5 *Vſurarius etiam reſtituetur uſuras nõ propterea eſt liberatus à peccato, quod cõtraxit exercens uſuras, niſi peccatum confeſſus fuerit, & pœnitentia n peregerit.*

6 *Mens uerbis præferri debet.*

7 *Pontificis Ro. auctoritas in deciſionibus cauſarum, quid præferens ſit dictis aliorum, etiam ſanctorum Patrum.*

QVAESTIO XVIII.

1 Q Væſtio talis eſt. † An uſurario ſufficiat in foro cõ ſcientiæ remiſſio ſibi facta ab his, qui debēt re habere uſuras ſine reali reſtitutione. & vř ꝙ ſic: nã in maioribus criminibus puta furti, uel uio lentiæ, & rapinę, in re furtiua, uel rapta apud furē, uel ra ptorem remanente de uoluntate dñi, purgatur uitiũ fur ti, & uiolētiæ ſine aliqua reſtitutione, ut patet de re furti ua. ff. de fur. l. inter omnes. §. rectè. & de uiolētia patet de preca. l. certè. §. In l. Quòd autem iſta ſint maiora crimina crimine uſurarum, patet ex qualitate pœnæ. nam ſine de his criminibus agat ciuiliter, ſiue crimĩnaliter, maior pę na infertur, quam uſurarijs, ſiue furtum ſit manifeſtũ, ſiue nõ, ſiue uiolētia ſit publica, ſiue priuata, ut patet. C. & ff. de fur. & de ui pub. uel priu. & de ui & ui ar. l. 1. Et non eſt dubium id grauius eſſe commiſſum, ꝙ eſt grauius uindicatum, ut. 24. q. 3. non afferamus. Patet etiam ex ordine titulorum, quia inter illa tãquàm maiora præmittiẽ crimen uſurarum. ¶ Præterea ĩ crimine uſurarum, & alijs criminibus maioribus, ſufficit ſatisfactionem condignã facere, uel emendationem, ut in c. 2. de rap. ut qs ſit liberatus à peccato, ut patet de uſuris. qua uto. & eo. ti. c. li. 6.

2 & de ſepul. c. ult. & de rap. c. in literis. c. 1 ſi. † Sed ſatisfactio intelligitur quomodocunq; deſiderium creditorũ adimpleatur, etiam ſi pecunia non ſoluatur, ut. ff. q ſatiſda. cog. l. 1. & ff. de pign. actio. l. ſi rem. §. ſatiſfactũ autẽ accipimus, & c. Vnde ſi creditor remittit actionē ſibi cõ petentem, ex quo ſpõte hoc facit, ſibi ſatiſfactum itelligi, ut in. ll. ſuperius dictis. ¶ Præterea qui poteſt donare ꝙ plus, vř ꝙ poſſit remittere, ut no. de reſcrip. ſtatutũ ad ſi. lib. 6. uel qui poteſt unum, poteſt & aliud, & pro eodē, quaſi accipiuntur, de teſti. ueniens. & ff. de calum. qui et. Sed certum eſt ꝙ ſi uſurarius reſtituiſſet pecuniã debitori, eidēq; creditori, ipſe poſſet illam dare uſurario, ergo eodem modo poſſet illam remittere uſurario. ¶ Præterea iſtud vř inſolubile. quidam ſunt ſpeciales caſus, io quib. obligatio ad reſtitutionem nõ ſufficit remiſſio, ut extra de reſcrip. ſtatutum ad ſi. de cēſ. exigit. li. 6. & ibi de hoc debet ergo intelligi ꝙ i alijs caſibus ſufficit remiſſio, ut not. de cle. nõ reſi. c. unico ad fin. de reg. iur. uó remittitur peccatum. lib. 6. ¶ In ꝯriũ dicit lex, qđ à ſignificatione uocabuli non eſt recedendum, niſi conſtet de mēte ꝯ ria ſignificationi uerbi. ff. de leg. 3. l. noo aliter. & uot. de uer. ſigni propterea. Vnde cũ regula ſit beati Auguſtini dicentis, nõ remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ, ut. 14. q. 6. ſi res. de uſur. cum tu. & de regu. iur. non dimittitur. li. 6. & aliud eſt reſtituer, & aliud remittere, ut. ff. de uerbo. ſig. l. pe. & l. cũ Pretor. & l. reſtituere, patet ꝙ non ſatisfecit regulę ille, cui facta eſt remiſſio, ſine reali reſti

4 tione; ſed cum reſtituere ſit in ſtatum priſtinum ponere, ut in pdicta. l. & de uſur. uideamus. §. infamiæ. ſicut ĩ aliis reſtitutionib. dř. C. de repu. l. una. de ſen. pal. l. 1. maxime eũ hic tractetur de peccato, eſt tutior uia eligēda, de ſpõ. e. iuuenis. de cle. ex. mini. i illud. de homi. ad audientiã. Itē noo ualet pactũ de non repetendo uſuras, de iureiu. ad noſtram. ij. Item qui ſoluit indebitũ ſcienter, donat. ff. de condit. inde. l. 1. & tñ ꝙ ſoluit uſuras ſcieter, nihilominus repetit, non obſtāte ꝙ uideatur d naſſe: ergo ſi donatio non ualet ꝙ ualebit remiſſio. Secundò per. c. debitores. & eius gloſſ. de iureiuran. Super hoc eſt opinio Dom. Io. And. in regula, peccatum. de regu. iur. lib. 6. q tenet primam partem, quod ſufficit obligato ad reſtitutionem li beraliter facta remiſſio ab eo, cui eſt facienda reſtitutio: allegat. ff. de pig. act. l. ſi rem. §. omnes. uer. ſatisfactum. nĩ ſi in caſibus, ubi expreſſum eſt, remiſſionem nõ ualere. ut c. ſtatutum. & in c. exigit ĩ al. Hoc etiam vř tenere Archi. de uſu. c. 2. lib. 6. ſuper uerſi. ſatisfactum. ubi dicit, ſatisfactum, accipimus quomodocũq; uoluntati creditoris ſatiſfaciat, all. d. §. omnes. uer. ſatisfactum. Et idem vř tenere Hoſt. i. per eadem iura in ſum na, de uſu. §. qui pœna. uer. ꝙ ſi fenerator. & uer. dicendum eſt ergo. Aliqui uero religioſi tenent, ꝙ etiam ſi partem reſtituat, & de reſiduo ſibi remiſſio fiat, niſi uſurarius totum offerat debitori, eidēq; creditori, non eſt liberatus. do. Dy. uero tenet mediam uiam, ſcilicet ꝙ ſi pecunia eſt reſtitutioni parata, ꝙ ualeat remiſſio, quaſi uideat reſtituta, & breui manu reddita, uel legata. allegat in arg. ff. de dona. inter. ui. & ux. l. 3. §. ſed & ſi debitorem. & ſi cert. pe. l. ſingularia. ſed opinio iſta do. Dy. eſt eadem cum opinione Theologorũ ſeu religioſorum. non enim plus eſt ei offerre pecuniam reſtituendam, ꝙ ſi eam habere paratam ad reſtituendum. primum enim continet ſm ut. ff. de act. empti. & uen. l. Iulianus. §. offerri. ſed ſm nõ continet primum, ut p te ui des: nam pecunia poteſt eſſe parata abſq; eo ꝙ offeratur. Secũdò dicēdũ eſt, quod ſi is, cui debet reſtitui pecunia uſuraria, uel aliàs male ablata, non coactus, non deceptus, uel circumuentus, & omni dolo, uel caliditate, ul, & metu ceſſantibus, & precibus, uel ſeruitiorũ exhibitione inductus pecuniam ſibi debitam, non oblatam, nec reſtitut ionẽ paratam uſurario remittit, liberatus eſt uſurarius à reſtitutio

5 ne, per iura pro hac parte inducta; † nõ tñ dico ꝙ ſit liberatus à peccato, quod ꝯtraxit exercendo uſuras, niſi de illo peccato confiteatur, & pœnitentiam peragat. nam in re male ablata obligatur quis ęternæ pœnæ propter peccatũ mortale, quod ꝯtraxit auferendo rem illicitè à proximo, & ad reſtitutionem rei. Duos ergo offendit, ſcilicet Deum, & proximum; & ſic duobus ſatisfacere tenetur, ut de uſur. cum tu. in ſi. de homi. c. ſicut dignum. §. ex eo. Et ex hoc poſſet dici

diei quod aliquibus durũ uidetur, ꝙ ſi uſurario perſeue
rante in crimine,& nõ diſpoſito ad aliqam reſtitutionẽ
uſurarũ,is, qui debet recipere uſuras,motu proprio, uel
ad petitionem uſurarij remittit uſuram ſibi debitã,libe-
ratus eſt uſurarius reſtitutinne rei,nõ dico à peccato,ꝙ
contraxit uſurarius ſenerando.& ſic intelligẽdo ſaluan-
tur uulgi opi quæ cõtradicunt ¶Non ob.ſignificatio uer
bi,reſtituere.nam beatus Auguſtinus,ea cuius uerbis ſũ
pta eſt illa regula, nõ habuit reſpectum ad ſtrictam ſigni
6 ficationem uerbi,reſtitueure,ſed ad mentẽ ſuam,quæ præ
ferenda eſt uerbis,ut legitur,& not.de uer.ſig.intelligẽ-
tia,Facit ꝙ ſi offendiſti proximũ tuum rapiendo,uel ſub-
trahendo ,uel uſuras extorquẽdo,ꝙ tu reconcilies te cũ
ipſo,& quia communiter homines non iactãt pecuias ,
ut.l.cum de indebito.ff.de probã.& uolũt ſibi reſtitui res
ablatas,ideo retulit ſe ad uerbum reſtitutionis.Quod au
tem Auguſtinus ſic intellexit,patet multipliciter,nã Au
guſtinus in uerbis ſuis nõ poſuit reſtituere,ſed reddere,
14.q.6.in princi.& aliqua differentia eſt inter reſtitue-
re,& reddere,ff.de uer.ſig.l.uerbum reddere.Item Roma
ni Pontifices,quorum auctoritas in deciſsionibus cauſa
rũ pferenda eſt dictis aliorum,etiam ſanctorum patruũ,
20.di.in ſumma.utũtur uerbo,ſatisfacere, & emendare,
ut de rapto.c.2.uer.emendationem.& idem de fur.c.ult.
ubi gl.allegat,14.q.6.& 1.& Ber.de uſu.c.cùm tn. ubi re
gula iuris dicit,reſtituere,Auguſtinus dixit,reddere imò
uidet ſufficere cautio,de uſur.c.2.li.6. Si enim debemus
iudicare ea uerbis,uide quid erit.dedi damnum,& nihil
tibi abſtuli,nec aliquid ad me peruenit.Hic nõ poteſt fie
ri reſtitutio ,pprio ſumpto uocabulo, ſufficit tamẽ ſatiſ-
facere,& tamen iſto caſu groſſo modo loquendo dicere
mus,iſte non poteſt ſaluari,niſi damnum. i. eſtimationẽ
reſtituat.Item pone,debeo tibi centum ex cauſa uſurarũ
rogo te ut poſſim illa centum tenere cũ conſcientia bo-
na,quia uolo cõmunicare in paſcate, & obligo me tibi
in centum per inſtrumẽtum ex cauſa mutui, uel depoſiti
& ad certũ terminum,& ille,q debet recipere,eſt ualde
coniunctus:nunquid iſte tutus eſt?utiq; ſatisfactũ eſt quã
tum ad eccleſiã,ut i pallegato uer.ſatisfactũ . Fredericus.

ADDITAMENTVM.

¶Diſpoſitio.] Ioan.Andr.in regula,peccatum.in Merc.poſt
uerba do.Dy.ſic dicit, Multum puto in his animum pon
derandum,nec tutum puto illum,qui ageret in mẽte,nõ
reſtituere,remiſſione non facta. Laur.

¶Quæſtio diſputata per domi.Federicum Petrucium Senẽſ.
in Academiã Peruſina anno Domini.M.cccxxxiij. men-
ſe Maio.

SVMMAE.

1 *Monachus monaſterij exempti promotus in Abbatem al terius monaſterij nõ exempti,ſi renunciet regimini,ubi remaneat monachus.*

2 *Dignitate alicuius finita,uel ablata,remanere is dicitur in eo ſtatu,& collegio,cuius erat.& nu.3.*

4 *Monachus aſſumptus ad dignitatem ſecularem,uel ad curatã eccleſiã,dicitur Epiſcopũ habere pro Abbate; nec amplius habet aliquid agere cum monaſterio.*

5 *Epiſcopus ab eccleſia ſua ſolutus, retineat ſua priuilegia.*

6 *Exemptus delinquens uel contrahens,ſubeſt ordinario loci,ubi delinquit.*

7 *Papæ immediatè ſubiectus,an nihilominus ſubiaceat Epiſcopo loci,in quo reſidet:quid de eccleſia unius diœceſis unita eccleſiæ alterius diœceſis;cuius eccleſiæ iuribus utetur.*

QVAESTIO XIX.

QVidam monachus unius monaſterii exempti,pmo
tus fuit in Abbatẽ alterius monaſtrii nõ exẽpti,
deinde renũciauit ex cauſa honeſta adminiſtra-
1 tioni,& regimini dicti monaſterii.†Nũc primò
quærit ubi maneat monachus an in primo, an in ſecũdo
monaſterio,an ſub Epõ,an ſub Papa immediatè tãq̃ exẽ
ptus,Secũdo poſito ꝙ remaneat i ſecũdo monaſterio mo
nachus quæritur an habẽdo locũ in c. & ſtallũ i choro
cuius tẽporis cõſiderato haberi debeat an tempore quo
abſũptus fuit i Abbatẽ an tẽpore quo deſinit eſſe Abbas
monachus reputatus.Et arguitur primò ꝙ remaneat mo
nachus i primo monaſtero, qa dignitas ſupueniẽs non
aufert ſtatũ priorẽ.ſed nouũ adiit,ff.de ſenten.l.ſenato-
2 res.ubi dicitur,†ꝙ ſi quis adipiſcatur dignitatẽ ſenatoriã
Romę nihilominus retinet domicilium ubi oriũdus eſt.
Ad idẽ.ff.ad muni.l.filii.§.ſenatores. ubi dicitur ꝙ ſi ſe-
nator impetrauit arbitrium morandi ubi uoluerit, nihil
ominus Romę retinet domicilium.C.de aduo.diue.iud.
l.ſi qs.de togatis.ubi expreſsè habetur ꝙ† depoſita digni
3 tate,remanet quis in eo ſtatu & collegio,unde erat. Itẽ
in primo monaſterio fecit profeſſionẽ unde eſt ibi per-
petuo obligatus,de iureiura.ſicut . Ad idem de maio. &
obe.per tuas.ubi quis adeptus à Papa ordinis dignitatẽ,
nõ eximitur ab Epiſcopo ſuo.ſic in caſu noſtro non adi-
mitur à primo monaſterio.Ad idẽ de conceſ. præben.c,
literas.& de elec.dudum.ij.ubi colligitur,& no.qđ ſi qs
habeat beneficium ſimplex,& adipiſcatur dignitatẽ, nõ
perdit primum. Ad idẽ de priuile.cùm Capella.nec eſt
inimicũ iuri ꝙ ſit qs Prælatus latus in una eccleſia,& ra
tione alterius alteri ſit ſubiectus,de priul.ex ore.cum ſi.
& poteſt quis habere domicilũ in loco originis, & ubi
habet beneficiũ,de temp.ord.c.3.lib.6. cum ſi. ¶In con-
trarium vr quod nõ remaneat monachus primi mona-
ſterii,nec illud repetere poſſit,quia eoipſo ꝙ fuit plenè
trãſlatus ad ſm monaſteriũ, fuit abſolutus à primo, &
monaſteriũ ab eo; & alter alterum repetere nõ põt.16.
q.1 .ne pro cuilibet.ubi etiam Archi. quærit an Epiſco-
pus poſſit diſpenſare ut redeat ad monaſterium. Ad idẽ
de ele.cùm in cunctis.cũ ſi.& 15.q.1.c. 5. & de priui.cũ
olim el.2.ubi monachus factus Epiſcopus,acquirit Epi-
ſcopatui,non monaſterio;quia nihil habet facere in pri
mo monaſterio.Ad idem.21.q.2. ſi quis iam tranſlatus.
ubi tex.dicit ꝙ trãſlatus ad ſecundam eccleſiã,nil habet
commune cum priori eccleſia.Ad idẽ.C.de remiſ.pig.l.
fin.& ff.de ſta.ho.l.liber homo.Optimè facit de elec.cõ
ſtitutus.ubi dicitur,& no.ꝙ nõ poteſt quis eſſe Abbas in
uno monaſterio,& monachus i alio eſſe niſi expſsè hoc
fuerit reſeruatum,de relig.do.c.ult.Ad idem.17.q.1.pſ
byteros.& regula eſt ꝙ remittentibus actiones ſuas,&c.
7.q.1.q̃ periculoſum. & de renun.ea tranſmiſſa.de ſimo.
c.ex inſinuatione. & facit quod not.16.q. 1.c.3.¶Ex hoc
uidetur,quod ſi monachus fiat Plebanus i eccleſia colle
giata,uel Epiſcopus,& demũ renunciet,uel deponatur,
nõ poteſt redire ad monaſterium primum, nec in plebe
nec in Epiſcopatu remanere poteſt,ut canonicus, qa ſua
profeſſio repugnat,ut qa in una eccleſia homines diuer
ſæ profeſſionis ſociari nõ debent.ad quod facit,qđ le-
gitur,& no.16.q.7.in noua actione.&de elec.c.1.in cle.
Hinc eſt ꝙ no.Hoſtien.de ſta.mo.quod Dei.& Ioan.An.
4 eo.ti.c.1.circa fi.in cle.ꝙ†monachus aſſumptus ad digni
tatem ſecularem,uel ad curatam eccleſiã , poterit ſtare
ſolus ſine monacho,nec inuitus ſociabitur. ratio eſt, qa
nihil habet facere cũ monaſterio , & Epiſcopus erit ſibi
Abbas.Quod autem remaneat monachus secũdi mona-
ſterii,ſic probatur,Certũ eſt quòd Abbas eſt monachus,
& appellatione monachorũ continetur.de ſimo.c.qm̃.&
c.ult.& alias non potuiſſet promoueri ad regimen mo-
naſterii,niſi primo fuiſſet monachus,de elec.cùm i magi
ſtrum.

ſtrum.& eo.ti.nullas.& c.indemnitatibus.lib.6.ſed mona
chus nūq̄ poteſt eſſe regularis ſine clauſtro,16.q.j.placuit
etiam ſi renunciaſſet cum iuramento,de iureiuran. ſicut.
Cum ergo non eſt ibidem ut Abbas ſaltē debet eſſe ut mo
nachus,ex quo præſuppoſitum eſt ꝙ non remaneat mona
chus in primo monaſterio.¶Prætereà Abbas per ſentētiā
amotus remanet monachus monaſterij eiuſdem, ut ꝓba
tur de ſta.monacho.cum ad monaſterium.in fi.& hoc ibi
tenet Hoſt.de ſimo.dilectus.ij.ibi hoc tenet Inno.de ele.
officij tui.in fi.& l.diſt.accedēs.¶Prȩterea ſi in caſu odio
ſo,& reſtringibili ille, qui deſiit eſſe Abbas,remanet ſim-
plex monachus,ut dictum eſt, quātomagis ī caſu noſtro,
ubi ex honeſta cauſa pro utilitate monaſterij,ceſsit Abba
tiæ, multo fortius ad hoc de reg.iur.odia.li.6.& ſic tenet
Hoſti.de Simon.c.ulti.ſuper uerbo Abbates.& ſuper uer
ſi.extendi.Item hoc probatur apertè de ſimo.c.qm.nā ibi
ex culpa remotus à prælatura,transfertur ad alium locū;
ergo ibi remotus ſine culpa,dēt remanere. Ex ꝯtrario ſe
queretur abſurdū; Pono quod quidā monachus ordinis
ciſtercieñ.unius monaſterij factus eſt Abbas in alio mo-
naſterio,& demum renūciat: quomodo honeſtum erit ꝙ
nec in primo,nec ſecūdo monaſterio ſit monachus, & ꝙ
ſolum ſub Epiſcopo in ciuitate degat relictis regularibus
obſeruantijs? Et poteſt poni exemplum in fratre prȩdica
tore,uel minore,qui factus eſt Epiſcopus,& poſtea renū
cauit,qūo iſte portabit habitum religionis extrà religio
nem? In contrarium vr̄ ꝙ non remaneat monachus ſecū
di monaſterij:ꝙ ſic probat.Iſte antequàm eſſet promotus
ī Abbatem iſtius ſecundi monaſterij,fuit obligatus huic,
& monaſterium iſti uinculo,cōiugali,& Abbatiali,& ꝓla
tionis.Diſſoluto ergo uinculo,quo iſte tenebatur mona-
ſterio,& monaſterium tenebatur illi,nil habet facere ul-
terius in monaſterio.Ad hoc, 7.q.1.ſicut de ſec.nup.c.pe.
& ul.Sic ergo nec monachus, quia profeſsionem ibi non
fecit,nec eſt Abbas,quia renunciauit.Facit de reg.iur.c.1.
immò vr̄ idem etiam,ſi fecit profeſsionē.Pone quòd ī iſto
monaſterio eſt numerus.xij.monachorum iuratus,& con
firmatus per ſedem Apoſtolicam. mortuo Abbate unus
ex illis fit Abbas,& in locum ipſius ſubrogatur alter mo
nachus:deinde ille renunciat Abbatiæ.nūquid recupera
bit iura monachus? vr̄ quòd non.nam eo ipſo quòd fuit
factus pater,& Abbas,perdidit iura monachatus, & filia
tionis. Ad hoc de ſimo.ſicut.& de conceſ.præbē.literas.
de prȩbē cùm ī eccleſia.li 6.& ibi uide quod no. Archi.
imò monachi nō poſsūt eum recipere ī monachū obſtāte
iuramento,& confirmatione ſedis Apoſtolicæ.Pone exē
plum magis ſenſibile:monachus factus eſt Plebanus in ec
cleſia collegiata,uel factus eſt Epiſcopus ī eccleſia cathe
drali, ubi sūt canonici ſeculares,uel regulares;ut ī eccle
ſia Peruſina.renunciat plebi,ut in primo exēplo,uel Epi
ſcopatui,ut in ſecundo exēplo.nunquid remanebit cano
nicus in plebe,uel ī eccleſia cathedrali? vr̄ quòd nō,quia
monachus nō poteſt eſſe canonicus in eccleſia ſeculari,
ut dictū eſt, & no.Hoſti.in c.quòd Dei.Sed tū dices,hoc
facit diſparitas habitus,& profeſsionis.Itē in ſecūdo exē
plo,Epiſcopus Peruſinus fuit monachus ſācti Petri peru
ſino,renūciauit Epiſcopatui, nūquid remanebit canoni-
cus regularis in eccleſia Peruſina? maxime cùm ibi ſit cer
tus numerus canonicorū iuratus.Dices quòd nō,obſtant.
numero, & diuerſitate habitus,& profeſsionis.Sed pone
fortius exemplum in uacante eccleſia Peruſina,quæ eſt re
gularis.Papa fecit ibi Epiſcopum quendam canonicum
regularem,puta Eugubinum, demum ille Epiſcopus re-
nūciauit Epiſcopatui.quo iure remanebit ille canonicus
ī eccleſia Peruſina ſine noua electione cùm nec canonici
elegerunt,nec Papa eum tranſtulit ad canonicatum, ſed
eum promouit ad Epiſcopum. Et ideò ſtylus curiæ habet
quòd qñ monachus unius monaſterij ad monachatū alte
rius monaſterij transfertur,per clauſulā iſtā ualet,Te de
monaſterio Furſeñ. cuius monachus exiſtis,ad monaſte-
riū ſāctæ Marię auctoritate Apoſtolica trāsferētes,ac uo
lentes,& decernentes,ex nunc uolumus ut eiuſdē mona
ſterij ſanctæ Marię monachus cēſearis,& ī eo recipiaris
in monachū. per iſta uerba clarè apparet ꝙ iſte hēt iura
monachatus ī ſcđo monaſterio.Sed qñ ꝓficitur ī Abbatē
non ponunt iſta uerba,nec ſūt apta,ut ſ. de cōſu.cùm ue
nerabilis.& ſic renūcians regimē ſecūdi monaſterij nil
hēt facere in ſecūdo monaſterio.immò plus,uacante ec
cleſia peruſina factus eſt Eṗs per electionem ſiue per pro
uiſionem ſuperioris,quidā canonicus peruſinus,in cuius
locū capitulū peruſinū aliū ſubrogauit,demum auctori-
tate Apoſtolica renunciauit Epiſcopatui:quo iure pōt iſte
repetere locū antiquum,aut ꝙ de nouo recipiat̃ cū tota-
liter iura canonicatus ꝑdiderit,& ſīn hoc remanebit Eṗs
nullius eccleſię,ſicut ille,đ renū.ad ſupplicationē.de eo,
qui renun.Eṗatui. c.1.poſito ergo pro ꝯſtanti ꝙ nec ī pri
mo,nec ī ſcđo monaſterio remaneat monach', ſubſequē
ter quęrit̃ an ſit ſub Eṗo loci,an ſub papa immediatè ſub
iectus remaneat.& ꝓbatur ꝙ ſub papa,ſicut primò erat,
quia priuilegia ſunt perpetua. 26.q.2.c.1.& ſcđo ad idē
de regula.c.decet.lib.6.& nemo ſine culpa dēt ſuo iure
priuari, de cōſti.cognoſcētes. cum ſi.itē exēptus certis
modis,recidit in iuriſdictionē ordinarij,de priu.c.1.lib.
6.ſed hic nō eſt aliquis de illis, ergo dēt cēſeri exēptus,
ut primo erat.item miles ex cā honeſta à militia remotus
gaudet plurimis priuilegijs,quib.gaudebat dū erat ī actu
5 militiæ,ut.ff.de ueteranis.per totū.Hinc eſt,†ꝙ Eṗs ſolu-
tus ab eccleſia ſua,gaudet priuilegio Eṗali in multis,quia
dēt poſtulari,nō eligi,ut no.de renun.cap. poſt trāslatio
nē. Ad idē de ſepul.is qui.ī fi.li.6.¶Itē monaſterium cōſi
ſtēs ī metas alicuius Plebanatus,uel Archidiaconatus effi
ciat̃ capella,vr̄ gaudere illo priuilegio, quo gaudebat dū
erat monaſteriū.Ad hoc de cap.mona.c.2.uer.cū enim.&
ibi dicit Inno.ꝙ talis capella ſubeſt ei,cui primò ſuberat.
Sic in caſu nr̄o,iſte monachus ſuberat Papæ ſicut ſuberat,
qñ erat in primo,uel ſcđo monaſterio.Itē cū aliquid con-
ceditur,mandat̃,uel imponit̃ collegio,uel uniuerſitati ip
ſis ſingulis vr̄ impoſitū,uel conceſſum.Facit de fo.compe.
dilecti.de reſcrip.cùm te.de ſen.excō.ſi ſn̄ia.in ſi.lib. 6. et
ſi diuiſus fuit à collegio.ff.de colle.illic.l.j.ī fi.18.q.2.nul
lo.& no.de reſcri.cùm dilecta.ſic in caſu nr̄o. Sed vr̄ ꝙ re
maneat ſub Eṗo,qa ceſſante cā cū priuilegiāte,ceſſat effe-
ctus,de app.cū ceſsāte. Sed iſte monachus erat exēptus ex
ꝑſona monaſterij, nō ex ſua ꝑſona erat exēptus,ut ꝓſup-
ponit̃ in themate.& iſta ſunt ualde diuerſa,ut patet de pri
ui.ne aliqui.lib.6.Si ergo ſolutus eſt tā à primo, q̄ à ſcđo
monaſterio,neceſſe eſt ipſum iure cēſeri aliorū de ſta.mo.
c.recolētes.nō eū gaudere ꝓrogatiua illius ordinis,à quo
per factū ſuū alienū fecit,de ui.& ho.cle.c.2.in cle.de ſen.
ex.in audiētia cū ſi.Ad hoc. optimè facit de renū.c.ad ſup
plicationem.ubi Archieṗs,q renunciauit Archieṗatui re-
manet ſub iuriſdictione illius,ubi domiciliū uel bn̄ficium
hēt.Ad idē de no.oper.nun.c.2.cū ſi.Ad idē de elec.uene-
rabilē.ī fi. ¶Prætereà dr̄ in iure,ꝙ ſi monachus exemptus
delinquit ad locū nō exēptū,nō gaudet interim priuilegio
exēptiōis,ut patet de tēpo.ordi.c.3.& de priu.c.j.ad ſi.li.
6. multo fortius in caſu nr̄o cùm ꝓſupponat eū deſiiſſe eē
6 monachū utriuſq; monaſterij.¶† Prætereà exēpus durāte
exēptione ſi aliqd faciat ex̄ locū exēptū delinquēdo, uel
ꝯtrahendo,ſubeſt ordinario loci:ut in c.j.de priuile.li.6.quā
to magis iſte,qui eſt abſolutus,& nudatus ab utroque mo
naſterio collocās domiciliū ī ciuitate uel diœceſi, debet
eſſe ſub diœceſano loci multo magis. Sed poſito ſine præ
iudicio ueritatis ꝙ remanſerit monachus ſecundi mona-
ſterij,quęritur quem locū habere debeat ī capitulo, uel
choro,an conſideretur tempus ſuæ promotionis,an tem-
pus,quo hodie incipit eſſe monachus, & deſiuit eſſe Ab-
bas, uel ꝙ tempus conſiderari debeat? Et arguitur primò

conſiderari tẽpus,quo incipit eſſe ut monachus,quia nũ-
quàm obtinuerat locum monachi in ſecundo monaſte-
rio,niſi hodie,vñ pinde ẽ ac ſi hodie cẽt receptus de no-
uo,&ſic oẽs añ eũ recepti dẽnt ꝓferri,17.di.c.ult.de ma-
iori.& obe.c.1.cũ ſi.Nã q prior eſt tpe, &c. de ꝓbẽ.ſi q.
& de reg.iur.q prior.lib.6.ad idẽ de renũ.c. ex trãſmiſſa
de ſimo.ex iſinuatione.de reſcript.q̃uis.lib. 6. i illis tri-
bus iuribus ille,q aliàs habuerat uocẽ,nũc de nouo rece
ptus habet ultimã uocẽ,ſeu locũ,multomagis ille, q nũ
q̃ ut monachus habuit uocẽ,uel locum,ut i caſu noſtro.
Nec ꝓdeſt ꝙ fuit Abbas, qa ex quo ex facto ſuo abbatiã
ꝑdidit,bonorũ reliquias nõ retinet,arg.ff.de qõ.l.j.§.itẽ
in uno.cũ ſeruus torquetur i caput dñi ſui, q ſeruũ amiſit
ex facto ſuo,&c.Sed vř ꝙdẽat cõſiderari tps,quo fuit trãſ
latus ad ſm monaſteriũ,ut ſi tũc erãt decẽ monachi i mo
naſter.&eo exiſtẽte Abbate duo ſunt creati monachi,ille
depoſito officio,& regimine monaſterij,debet eſſe unde
cimus,& nõ tertiuſdecimus.Nã ex quo ꝑſupponitur iſtũ
hře iura monachatus poſt renũciationẽ abbatię,debet i-
ferri,ꝙ qñ fuit cõſecutus abbatiã,fuerat ẽt cõſecutus iu-
ra monachatus.uno ergo ex his duobus ꝑdito,uel renũ-
ciato,ſcilicet abbatia,remanet ius monachatus. Ad hęc
de priuile.paſtoralis.cũ ſua glo.Abbatia.n.aduenięs mo
nacho,eſt tãq̃ poſterius ad prius.primũ autẽ põt eſſe ſine
poſterioribus,ſed nõ ẽ cõuerſo.nã Abbas nõ põt eſſe ſi-
ne monachatu,nec Archiepiſcopus, niſi ſit Eps.depoſito
ergo officio Abbatiæ, remanet monachus, depoſito au-
tem officio Archiepiſcopatus, remanet Eps. Ad hoc de
renũ.ad ſupplicationẽ.oportet.n.de neceſſitate,uolẽdo
tenere ꝙ remaneat monachus in ſecũdo monaſterio,iſer
ri qñ fuit trãſlatus ad ſm monaſteriũ, fuit tranſlatus ut
monachus cũ honore Abbatiæ. nã cùm in iſto monaſte-
rio ſecũdo nunq̃ fuerit ꝓfeſſus uel fecerit ꝓfeſſionẽ,uel
in monachũ receptus fuerit,meritò ſequitur,ex quo fuit
trãſlatus ad ſm monaſteriũ,fuit ẽt cõſecutus iura mona
chatus cũ iſto ſecũdo monaſterio,ac ſic i habẽdo locum,
cõſiderabimus tẽpus ſuę trãſlationis.Et licèt dixerim ꝙ
in trãſlatione fuerat cõſecutus iura Abbatię, ꝑlationis,
uel paternitatis,tñ durante officio Abbatię,prælationis,
ſeu paternitatis nõ põt exercere iura monachatus,ſeu fi
liationis,qa eodẽ tẽpore ad id,ad quod eſt pater,nõ põt
eſſe filius, licèt ex cõſuetudine interdũ Prælatus habeat
uocẽ in capitulo ut canonicus,& tñ tũc nõ eſt ibi ut Prę
latus de ꝓbend. cùm in eccleſia.lib.6.Simile quod no.de
ſen. excõ. officij. ubi abſolutio à prima ſentẽtia dormit,
donec fuerit abſolutus à ſecũda. Et quod no.de iudi. ita
quorundã. ubi effectus ſecũdæ excõmunicationis nõ ap
paret,niſi ſit abſolutus à prima excõmunicatione. Ita in
caſu noſtro iura monachatus nõ poſſunt apparere i iſto
donec eſt Abbas.Sic officiũ curatoris deuenit,furioſo ad
ſanã mẽtẽ redeunte.C.de cur.fur.l.cũ alijs.Sed vř ꝙ neu
trũ tẽpus cõſiderandũ eſt, ſed quòd debeat habere pri-
mũ locũ imediatè poſt Abbatẽ ſubſtitutũ; & hoc in me-
moriam priſtinæ dignitatis,ar. ad hoc.ff.de qõ.l.unus.§.
ſeruus.C.eo.ti.l.ſeruus.ij.Hic eſt ꝙ aliqua priuilegia cõ
cedũtur militibus ueteranis,& q deſierũt eſſe milites ex
cauſa honeſta;ut.ff.de priui.uetera.ꝑ totũ. Ad idẽ. ff. de
ſena.l.emancipatũ.& C.de qõ.l.Diuo Marco. Nec mirũ.
nam in memoriam delicti multa ſtatuuntur ꝯ ius cõmu-
ne,ut patet in poſteritatibus damnatorum,quæ non pec
cauerunt:ut in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis,ut i c.
uergentis.de hære.& eo.ti.c.pe.lib.6.& 6.q.1.ſi qs eum.
& de pœnis.felicis.li.6.& de hęre.accuſatus.3.reip ꝓſo.
Ad idem.19.q.3.mandamus.& de ætate;& quali.intelle
ximus.in fi.Si ergo hoc accidit in odioſis,multofortius i
fauorabilibus debet hři memoria ꝓteritorum. Ad hoc.
c.odia reſtrigi.de reg.iur.lib.6.& ff.de albo.ſcri.l.1.ubi
inter Decuriones ille magis honoratur,qui ſemel fuit di
gnitatẽ cõſecutus,& ſemel honoratus a ſuperiore,ſem-
per honorabitur;de ma.& obe.per tuas. Ad idem de cõſ
diſt.5.c.fi.Et ꝓ iſta parte facit generalis cõſuetudo optĩ
ma legum interpres,de cõſue. cùm dilectus.quæ habet,
amotos Abbates ex cauſa honeſta,i pluribus priuilegia-
tos exiſtere,& primũ locũ tenere poſt Abbatẽ.¶Ad pri-
mã q̃ſtionẽ vř dicendũ,ꝙ ipſe nõ remaneat monachus i
primo monaſterio,nec poſſet repetere iura monachatus
in illo,ꝑ iura ꝓ hac parte inducta,& allegata.Nõ ob.iu-
ra in ꝯriũ allegata,quia loquũtur in laicis,uel clericis ſe
cularibus,qui habẽt executionẽ ꝓprię uolũtatis,ſecus in
monachis.Itẽ magis eſt deteſtabilis i monachis uagatio,
q̃ in clericis ſecularibus:ut de prębẽd.cùm ſingulis. lib.
6.Ideò expreſsè ꝓhibitũ eſt ꝙ in duobus monaſterijs nõ
habeat quis iura monachatus,ut de reli.do.c.ult.de elec.
cõſtitutus.Facilius.n.ꝑdũt iura ſua monachi,q̃ clerici ſe
culares,de ſimo.ꝑ tuas.cũ ſi.¶Ad ſecundã q̃ſtionẽ vř di-
cendũ ꝙ nõ remaneat monachus in ſecũdo monaſterio,
ꝑ iura ꝓ hac parte inducta.¶Nõ ob.iura in ꝯriũ allegata,
quia poſſunt,& debẽt intelligi de Abbatibus,qui fuerũt,
& erãt primo monachi in eodẽ monaſterio, qui mona-
chatũ non perdiderunt per adeptionem Abbatiæ. Vel
debent intelligi de Abbatibus, qui aliunde uenerunt cũ
propter culpam ſuam amouentur, & cùm tunc nõ poſ-
ſunt cõmodè in alienũ monaſteriũ detrudi,remanent in
eodẽ monaſterio diſpẽſatiuè,& tanq̃ pœnitẽtes,nõ tan-
quàm monachi,ut extra de ſimo.quoniã. & c.ueniẽs. Nã
i clericis ſecularibus ꝑp delictũ quis detruditur in mona
ſteriũ,& tñ nõ eſt ibi monachus,81.diſt.di ꝯ.l.diſt. ſi Eps.
Et ſic mulier adultera,de cõuer.cõiu.gaudemus.¶Nõ ob.
c.fi. de ſimo. quia illi Abbates prius fuerunt monachi in
eodẽ monaſterio & legitimè,ſed uitioſè fuerunt mona-
chi ꝓmoti in Abbates. & ſic ſoluitur.c. officij.de elect.
ubi remanet monachus, quia profeſſionẽ fecerat in eo-
dẽ monaſterio.¶Ad tertia q̃ſtionẽ vř dicendũ ꝙ remanet
ſub iuriſdictione Epi,ꝑ iura ꝓ hac parte inducta.Nõ ob.
iura in cõtrariũ allegata, quia fatendũ eſt quòd priuile-
gia ſunt ꝑpetua,niſi reuocetur.Itẽ priuilegio exemptio-
nis nõ gaudebat iſte ex perſona ſua,ſed ex pſona ordinis
ſui,quia exempto monaſterio,&c.de priui.ꝑ exemptio-
nem.lib.6.Cũ ergo ſit abſolutus à primo,& ſecũdo mo-
naſterio,nõ gaudet plus priuilegio illorũ,ſed iure illo
rũ debet cenſeri;arg.de ſta.mona recolentes.& de cõſti.
trãſlato.Et ſi iuſpatronatus laici trãſit in eccleſiã, ſapit
naturã eccleſiæ,de iure patro.c.1.lib.6.Ad idem de ꝓben.
eo.l.1.c.cùm de beneficio.¶Nõ ob.ſi dicatur ꝙ exemptus
certis modis recidit in iuriſdictionem Epi, &c.quia il-
lud uerũ eſt cũ eſt exẽmptus,ſed ille perdidit ius exẽptio
nis,cùm deſierit eſſe filius illius monaſterij, ratione cu-
ius gaudebat exẽptione.¶Nec ob.de reli.do.c.2. & quod
no.Innoc.de cap.mo.c.2.ut ſuprà dictũ eſt,quia uõ tãgũt
7 caſum noſtrũ.nã ſi una eccleſia unius diœceſis ſubijcia
tur uel uniat eccleſiæ alterius diœceſis, q libet põt habe
re ſua iura in eccleſia ſic unita, & iſtorũ ꝓlatorũ iura ad
diuerſa ꝓferuntur. Sed nõ ſic i caſu noſtro, nã ſi iſte eſſet
imediatè ſubiectus Papæ,nõ põt eſſe ſub Epiſcopo, de
priuile.ſi Papa.libr.6. Sed ratione huius beneficij poteſt
quis eſſe exemptus, & ratione alterius poteſt eſſe ſubie-
ctus,de priuile.cpm capell.& c.ex ore.Itẽ non ob. quòd
ultimo dř de c.18.q.2.i nullo.&c.nã ibi ſinguli vt ſinguli
nõ petũt,ſed corpus monachorũ petit partẽ ſuã, & colle
giũ monachorũ ſuorũ.¶Nõ ob.c.ſi ſentẽtia.in fi.nã inter
dũ uniuerſitas capax interdicti nõ eſt,ſed ſinguli &c.Itẽ
nõ obſt.l.2. in fi. ff. de colle.illi qa ibi i pricipio nõ fuit
corpus,quia prohibitũ erat,& ſic deſtitutum fuit ibi col
legium de facto,quia reuera nũq̃ fuit collegiũ. ¶Ad ul-
timam quæſtionem poſito ſine præiudicio ueritatis ꝙ re
maneat monachus in ſecũdo monaſterio, dico ꝙ debet
habere primũ locũ in choro,capitulo,& alijs poſt Abba
tem ſubſtitutũ,Per iure,pro hac parte allegata, & maxi-
mè

mè per.l.1.ff.de albo.ſcri.Nonobſtāt iura, quæ innuunt
ꝙ debeat eſſe ultimus, uel quòd debeat cōſiderari tem-
pus,quo icipit eſſe monachus,qa loquūt i eo,q alias nō
fuerat Abbas monachus eiuſdē monaſt. Nec obſtant illa
iura,q̄ dicūt ꝙ debet cōſiderari tp̄s tranſlationis, qa lo
quūt qn̄ ut monachus ſimpliciter fuit trāſlatus.Sed i caſu
nr̄o,teneo illā op.ꝙ remāſerit monachus i ſecūdo mona
ſterio cū ē monachatu tranſlatus fuit in Abbatiā,ratione
cuius i memoriā priſtinæ dignitatis, præceteris mona-
chis honorādus eſt,& ſic ſeruat cōſuetudo.Federcus.

A DDIT.

¶Gaudet.hoc uerum ſi monaſteria tantum, quibus præfuit,
erāt exempta:ſecus ſi ordo; cuius erant ipſa monaſteria,
erat exemptus,ut Ciſtercien̄.Carthuſien̄. Prędicatorū,&
minorum:tunc enim niſi priuetur etiā ordine tali,rema
nebit exēptus ipſe monachus ratione ordinis exempti,
cuius ordinis ipſe monachus adhuc eſt. Laur.

¶Quæſtio diſputata per Domi.Federicum Petrucium Senē
ſem in Peruſina Academia anno Domini.Mcccxxxv.die.
xxix.Decembris.

SVMMAE.

1 *Frater prædicator conſtitutus pænitētiarius alicuius uni*
uerſitatis,& cui relictum eſt aliquid ſub nomine pæni-
tentiarij, ſi interim ad Epiſcopatum uocetur,& relictū
apprehendat,cui dicatur acquirere.
2 *Nomine proprio, & appellatiuo concurrentibus, pro-*
prium appellatiuo præferri debet.
3 *Relictum prælato ab amico uel coniuncto, uidetur intui*
tu perſonæ relictum.
4 *Conſtituti in dignitatibus,& perſonatib. quos,& in qui*
bus dicantur habere ſucceſſores.
5 *Capitulū dicit canonico ſuccedere in bonis ab eo relictis.*
6 *Relicta n Priori clauſtrali alicuius monaſterij,an præſu*
matur relictum intuitu prioratus uel monaſterij.
7 *Filiofamilias ſtipulante in tēpus,quo fuit ſui iuris;inſpi*
ciendum eſt tempus in quo,non tempus ad quod.
8 *Acquiruntur aliqua quandoq; ex contractu,et ſtipulatio*
ne,quādo ex legato,quādoq; ex iure hæreditario; & in
huiuſmodi acquiſitionib. diuerſimodè tēpus cōſiderat.
9 *Volūtas teſtatoris p̄ſumēda eſt i dubio legibus cōformis.*

QVAESTIO XX.

IN ciuitate Peruſij eſt quædam fraternitas, ſiue uniuer
ſitas hominum deuotorum à iure comprobata, quæ
habet pro confeſſore,ſeu pœnitentiario ſingulorum
de ipſa uniuerſitate, quendam fratrem Prædicatorū,
quem ſuus prælatus ad talem officium deputauit. Acci-
1 dit † qđ quidā de dicta uniuerſitate hr̄dē inſtituit dictū
pęnitentiariū noīe non expreſſo per hæc uerba, pœnitē
tiarium,ſeu cōfeſſorē talis fraternitatis hr̄dē inſtituo. de
inde dictus cōfeſſor ad Epiſcopatū uocatus eſt, & à ſuo
prælato licētiā obtinuit cōſecrandi,& tranſeundi,& ab
eo abſolutus extitit.& dū iā cōfirmatus,& conſecratus,
& in officio penitētiariæ pſeuerat,accidit ad Ep̄atus poſ
ſeſſionē habēdi,& i eius poſſeſſione exiſtēs hr̄ditatē adi
uit.Quęrit cui eā acquirat,an illi fraternitati an officio
pęnitētiarię,an cōuētui prædicatorū,an Ep̄atui.& ſi nul-
li iſtorū,quæritur cui.Et primò affirmatiuè arguamus p
quolibet mēbro, deinde negatiuè,deinde ſoluemus cū
rn̄ſionibus ad ōrīa.¶Et primò qđ acq̄ratur fraternitati,ar
guit p l.cum aliqs.C.de iure deli.ubi dr̄ ꝙ ſi aliqs iſtituat
aliquē p hæc uerba, Seruū illius hr̄dē iſtituo q iſtitutus
ſtatus qōnē patiebat,ītuitu dn̄i ur̄ inſtitutus,ſiue pnūciet
liber,ſiue ſeruus.Ad idē facit lex,q̄ dicit,q̄ relictū ciui ali
cuius ciuitatis,illi ciuitati relictū ur̄,ff.de reb.du.l.ciuib.
ad idē.ff.de ann.leg. l.annua. §.j. & de officio legat. qm̄

2 Abb.nā miniſterio illius quærit uniuerſitati. ¶†Præterea
quoties ɔcurrūt nomē ppriū & appellatiuū ppriū appel
latio pferi.ff.de ſtipu. ſeru.l.ſi ſeruus cō is ita 4.rn̄ſ.ubi ſi
ſtipulatus Titio & Seio dn̄is ſuis acq̄rit eis p uirilibus,&
nō p dn̄icis portionibus.Sic in ppoſito,nomē fuit appel
latiuū cōfeſſoris,& nomē ppriū uniuerſitatis.¶Præterea
iſte confeſſor geſſit officium pęnitentiariæ tp̄e teſti.&
mortis,& hr̄ditatis aditionis, & ſic tria tp̄a cōcurrūt,&
ſic habet pottora iura,q̄ alij.ff.de hę.inſt.l.ſi alienū.& l.
ſed & ſi.§.ſolemus.& ꝙ potiora iura habet.ille obtinere
dēr de pb.licet.C.de iure patro.l.ſuggeſtū.& ibi gl.¶Præ
terea cū iſte teſtōr eſſet de corpore uniuerſitatis,à qua
multa bn̄ficia,& cōtēplatiōes, ſeu cōſolationes recepit,
ur̄ potius i dubio ſēſiſſe de ipſa,cui obligatus erat,q̄ de
3 aliquo alio.Ad hoc teſt.cū i officiis.ſicut alias dicim⁹ † ꝙ
relictū plato ab amico uel cōiūcto.ituitu pſonę ur̄ reli-
ctū,ut de teſta.c.requiſiti.ſic cū iſte eſſet filius iſtius uniuer
ſitatis,de ipſa potius ſenſiſſe ur̄.Sed qđ officio pęnitētia
rię acq̄rat,ſic puo,dignitas,pſonatus,& officiū æq̄parāt
ſuicē,ut de cōſue.c.1.de pb.qa ſepe.& c.anpe.& c. ul.li.
4 6.cū ſi.Itē facit † cōſtituit i dignitatib.& pſonatibus ha-
bēt ſucceſſores,q ſuccedūt in honore,& onere ſic & ha
bētes officia,poſito ꝙ illa officia ſūt ſine adminiſtratiōe
reū tp̄aliū.Exēplū in officio inquiſitionis, & in officio
notariatus.de hęr.ut cōmiſſi.& c.ut officiū.In officio ui
carię,de of.uica.c. ..& 2.li.6.Itē pænitētiaria dr̄ officiū,
ut patet.de ele.c.2.uer.eo.tn̄.puiſio.in cle.At in ppoſito
certo certius eſt,ꝙ ſi aliquid relinquat cōſtitutio in di-
gnitate,uel pſonatu pprio nomine nō expſſo,de dignita
te ſenſiſſe ur̄,ut in c.requiſiti,& p iura poſita in articulo
pſentis quæſtionis in ſecūdo argumēto. ſic & i caſu nr̄o
ur̄ ſenſiſſe de officio pænitētiariæ,quia de ſimilib.ſimile
debet eſſe iudiciū.& ubi eadē ratio,idē eſt ius,de trāſla.
c.inter.& de cōfir.uti.uel inuti.c.cū dilecta.& quia ma-
ior cōiunctio,& affinitas ur̄ eſſe inter pęnitētiariū,& of
ficiū,q̄ inter pęnitētiariū,& illā uniuerſitatē,maximè cū
offm̄ audiēdi cōfeſſiones,& abſoluēdi,& pœnitentias i
iungēdi nō competat uniuerſitati,ſed ſingulis, ut propo
nitur in themate,& probatur de ſen.excom.ſi ſentētia.§.
ult.li.6.Et qđ officiū in pluribus aſſimilet dignitati, & p
ſonatui,& adminiſtrōni:patet in his quæ no. Archid. de
conſue.c.j.lib.6.in glo.magna.in fin.ubi tractat de offi-
cio.¶Præterea pro iſta parte faciunt iura poſita ſ̄ proxi-
mè in tertio argumento ſuper tribus tp̄ibus.Item facit
ratio poſita ſupra in quarto argumento, quia iſte teſta-
tor plura bona accepit ab officio pænitentiariæ, quam
ab uniuerſitate,quia ab illa temporalia,ab iſto ſpiritua-
lia,quę ſunt præferēda,de ma.& obed.c.ſolitæ.16.q.1.p
cipimus.& quia chariora, & dignıora recipit ab officio
pænitentiariæ q̄ ab uniuerſitate, ſeu ſua fraterninate.
ideò in dubio magis ur̄ ſenſiſſe de officio pænitentiariæ.
ad hoc de teſta.cum in officiis.Sed ꝙ acquiratur cōuētui
fratrum ſic probo.nā ſicut per filiū patri,& p ſeruū dn̄o
acquiritur inſti.per quas pſo.no.acqui.p totū.ff.de acq.
rerū domi.l.acquiritur.ſic p monachū acquiritur mona
ſterio.nā monachus,ſiue religioſus,ſeruus dr̄.xl.diſ.mul
tos.& nō habet executionē nolūtatis,uel uoluntatis,12.
q.2.nō dicatis.& de elec.ſi religioſus.& c.quorūdā.& de
teſta.c.ij.lib.6.& eo.tit.c.uno.in cle.de ſta.mo,cū ad mo
naſterium.§.1.& plus eximitur à propria uolūtate mona
chus,q̄ ſeruus.Nā niſi ſeruus etiā coactus à domino ade
at hæreditatē,nō acquirit domino. C.de hære.inſti.l.4.
& i n d.l.acquiritur.Sed monachus non p̄t nolle, ſed eo
nō adeunte,adit monaſteriū quia nō p̄t nolle,ut no. Ar
chi.18.q.2.c.uno.& probatur.C.de bonis quæ li.l.ult.§.
ſi autē.Facit ad pręmiſſa extrauagās Bonifacij,olim gra
ue ultra mediū.§.ad hæc aūt immò poſſet attētari ꝙ mo
nachus nō poſſet adire,ſed aditio,& repudiatio cōpetat
monaſterio,p id qđ no.de ſen.exc.parochianos.inſti.de

iniur.§.ſeruus aũt.& de ſepul.c.ſuper cathedrã.ultra.me-
dium,in glo.Pro hoc dicit commiſsio prędicta, ne hãc ĩ
quiſitionem impediat ꝙ gerat officium pœnitẽtiarię.Nã
per tale officiũ non deſijt eſſe clauſtralis,& ſemper fuit
ſubiectus ordini,& in ordine morã trahẽs.ille.n.qui pro
mouetur ad prelaturam extra ordinem,ille eſt,qui nõ ac
quirit ordini,ut.1 8.q.1.c.ꝙ nõ eſt in caſu propoſito.Sed
ꝙ acquirat.Epatui,vĩ caſus, in d.c.in rubeo,& nigro, ubi
dr̃ ꝙ canonica electio,& conſecratio facit quem Epm̃,&
abſoluit à regula.Nam per confirmationẽ,immo per con
ſecrationem habet ius adminiſtrãdi,ut extrà de elec.trãſ-
miſſa.etiam ſi poſſeſsionem non habeat,ut in caſu noſtro
ut ibi no.Inn.& Compoſ.poſſeſsio enim uel etiam conſe
cratio nil addncit ad uinculũ matrimonij ſpiritualis, ut
de trãsl.inter.¶Prætereà iſte fuit abſolutus ab ordine ne-
dum à iure , ſed etiam à ſuo Prelato.& ſic ordo cũ eo nil
cõe habet,16.q.1.ne pro cuiuslibet.& abſoluendo eum,
uĩ omni iuri renunciare,ꝙ poſsit ordini competere ex p
ſona ſui,7.q.1.quam periculoſum.& de renun.ex trãſmiſ
ſa. Et optimè facit quod no.de inſan.lãgui.expn.c . uno.
& quod no.Inno.& Hoſt.de priuile.cum olim.ij.& Guil.
in Spe.de teſt.mo.ner.xlj.& xlij.ubi dicitur ꝙ monachus
expulſus à monaſterio,non acquirit illi,ſed uagabundus
ſic.ſed iſte non erat uagabundus,immo licentiatus,& ab
ſolutus,ergo &c.¶ Pretereà dr̃ in l.ꝙ ſimiles de uno nu-
mero militum,ad alium numerum transfertur exiſtẽs in
itinere exemptus à primo,anteq̃ perueniat ad ſm nume-
rum,teſtatur iure militari,ff.de bo.poſ.ex teſt.mili.l.uni
ca.in fi.Ratio eſt,quia miles eſt,ut ibi dr̃.Cùm ergo ſit ue
re Eps,& de bonis Epatus uiuere debeat.Epatui dẽt quæ
rere.& qui ſentit onus,&c. de præben.c.cùm ſm.cum ſi.
maximè qa uicinus erat,de prab.c.pſenti.li.6.& faciunt
no.de elec.c.officij.& maxime.ut no.Archi.18.q.1.i ſũ
ma.Prætereà iure cauetur,ꝙ in hereditate acquirenda tẽ
pus inſpicimus aditionis.nam ſi tpe mortis hæres inſtitu
tus erat ſeruus tuus,& anteq̃ adeat,factus eſt ſeruus alte-
rius,uel manumiſſus eſt,non tibi ſed nouo dño,uel ſibi ac
quirit,ut Inſti.de hære. inſti.§.ꝙ ſi alienatus.& ſe & ff.de
leg.2.l.ſi alienus. & de legi.l.non dubiũ.& de acqui.hęre
di.l.Antiſtius.Ad idẽ.ff.de.uſufru.l. uſusfructus. in fi.ubi
inſpicitur tẽpus exiſtẽtis cõditionis.In ꝓpoſito igitur li
cẽt iſte ſit Eps,& liber factus tpe cõditionis, Epatui acq
rit.¶Modò arguẽdũ reſtat ꝓ parte negatiua. & primo ꝙ
nõ acqratur fraternitati.& primò ſic.Certi modi ſcripti
ſunt ĩ iure,p quos acqritur hereditas,& aliarũ rerũ dñiũ,
puta p ſeruos ꝓprios,filios,ſeruos alienos bona fide poſ
ſeſſos,&c.ut patet Inſti.p quas pſo.no.acq.p totum.Sed
iſte cõfeſſor nullo iſtorũ modorũ,uel aliquo alio cõſtri
ctus eſt huic uniuerſitati,nec ei peſt ut Prelatus,uel admi
niſtrator nec aliqua obligatio aut cõiũctio eſt iter eũ,&
fraternitatẽ,nec eſt cõfeſſor fraternitatis,ſed ſingulorũ.
Et poſito ꝙ ſit ſingulorũ, nõ eſt illis ſingulis aliquo iure
obligatus,uel aſtrictus, ut eis acqrere poſsit. ¶Prætereà
ut dixi ĩ parte affirmatiua ſuper tertio articulo,iſte tẽpo
re aditionis eſt Eps,ergo Epatui, & nõ alteri acqrit. Et ſi
diceres ẽt tẽpore aditionis gerebat officiũ pœnitẽtiarię.
reſpõdeo p cõfirmationẽ,& cõſecrationẽ eſt cõiunctus,
& obligatus eccleſię ſuæ tãq̃ maritus,à qua nõ poſſet di
ſcedere ſine licẽtia papę,ut de trãsla.p totũ. Sed iter eũ,
& fraternitatẽ nulla eſt cõiũctio,ut dũ factus fuit Epiſco
pus,& abſolutus ab ordine, ſola uoluntate remãſit cõfeſ
ſor,& in eius poteſtate erat illorum cõfeſsiones non au
dire.Item ꝙ nõ acquiratur conuentui fratrum ſic proba-
tur,quia cùm ordo fratrum prædicatorum non poſſet ha
bere proprium,nec in communi nec in diuiſo,ſed p pu-
blicum quæſtum, &c. ut de reli.do.c.uño.lib.6.& de ex-
ceſ.prel.nimis.ij.& ibi gl.Hoſt.ex qua ſumpta fuerũt illa
uerba de reli.do.c.uno.§.cõfirmatos.lib.6.Sequit̃ ꝙ non
ſunt capaces talium hereditatũ. Ad qđ optime facit cle.

exiui de paradiſo.§.cupiẽtes.i 6.co.ubi expreſsè habet,ꝙ
fratres minores nõ ſunt capaces huiuſmodi ſucceſsionũ,
q̃ ex ſui natura ſe habeãt ad cõmodũ pecuniariũ mobilia,
& imobilia,qa hic repugnat uoto paupertatis,& expro-
priationis proprij tam in cõi , quã in ſingulari,& in hoc
nõ differũt pdicatores & a minoribus,ut ĩ decre. nimis.
de exceſ.pla.ibi i altiſsima paupertate.Et cui cõpetit dif
finitio,cõpetit & diffinitũ.uã pdicatores,& minores ſũt
illi,q p publicũ qſtũ uictũ qrũt,ut i §.cõfirmatos.& hoc
placet Hoſtiẽ.de ꝓbati.i pſenti.ſ.ꝙ nõ poſsint talia bo-
na petere.¶Pretereà , ut dictũ eſt in parte affirmatiua in
quarto articulo,hereditas acqritur p aditionẽ:ſed tẽpo
re,quo iſte adit,nõ eſt ſubiectus ordini pdicatorũ, ſed li
cẽtiatus,& abſolutus,ergo nõ ſibi qrit . ¶Pretereà in te-
ſtamẽto nulla ſuit facta mẽtio de ordine, ſicut nec de no
mine fratris,unde nõ vĩ ꝙ intuitu religionis, ſed potius
fraternitatis, uel pœnitẽtiarię ſuit inſtitutus. ¶Itẽ ꝙ nõ
acquiratur officio pœnitẽtiarię ſic arguitur,ut argutum
eſt in primo argumẽto.nã inter illũ cõfeſſorẽ,& eius of-
ficiũ,nullũ eſt matrimoniũ ſpirituale,cõiunctio uel liga
mẽ.Nã mortuo cõfeſſore , uel ad clauſtrũ reuocato , non
põt dici ꝙ officiũ uacet:nã illi cõfeſſori nulla cõpetebat
5 adminiſtratio tẽporaliũ, uel ſpiritualiũ. Hic eſt ꝙ mor-
tuo canonico , in bonis ab eo relictis ſuccedit capitulũ
ut ſucceſſor canonici,ut de teſta.relatũ.ij.maxime ſi pbẽ
dę nõ ſunt diſtinctę,ut de pbẽ.dilecto.nã tale officiũ ho-
die eſt,& cras nõ eſt;& p tale officiũ nõ deſinit iſte clau
ſtralis eẽ, nec iſtud officiũ tale ẽ,ꝙ faciat eũ hẽre aliquẽ
plationis gradũ uel progatiuã iter alios fratres.Eadẽ qõ
6 poſſet formari,†ſi quid relinquitur priori clauſtrali ali-
cuius monaſterij,an illud relinquat monaſterio,uel offi
cio prioris clauſtralis . Et certũ eſt ꝙ acquiratur mona-
ſterio,quia tale officiũ nõ eſt quid diſtictũ à corpore mo
naſterij,ſicut dicimus in dignitate Archidiaconatus ha-
bẽtis adminiſtrationẽ indiuiſam.Nã ſi nõ eſt diuiſa,non
cenſetur quid per ſe à corpore capituli, ut not.in d.cap.
relatum.

¶Sed ꝙ nõ acquiratur Epatui arguit̃ ſic, ponit̃ in themate
ꝙ ille nõ eſt plenè trãslatus,& ſic nõ perdidit primũ lo-
cũ,21.q.2.iã trãslatus.Ad hoc de elec.cùm in cũctis.§.1.
de præbẽ.licet Epiſcopus.& c.ſi tibi cõceſſo. Igitur cùm
primus locus adhuc ſentiat onus ex pſona illius , debet
ſentire cõmodũ,de reg.iur.qui ſentit.lib.6.cũ cõcor. &
pro hoc optimè ſacit ꝙ no.Hugo,& Ioan.18.q.1.i ſũma.
Ad hoc facit.ff.de mili.teſta.l.ex eo.ubi dr̃ , ꝙ electus ad
militiã niſi primo in numero militũ relatus ſit,nõ põt te
ſtari iure milit. Adhoc faciũt oĩa iura,q̃ dicũt principiũ,
nõ finẽ attẽdendũ,ut de elec.dudũ.Ad idẽ,de reſcri.ſi eo
tpe.lib.6.Quid.n.ſi ille nunq̃ poſſet hr̃e poſſeſsionẽ Epa
tus?& ſic oportet ꝙ remaneret ĩ primo loco,iuxta illud,
ꝙ legitur,& no.93.diſt.ſi q Epiſcopi. Quomodo ergo eſ
ſet iuſtũ ꝙ acquiſiuiſſet illi Epiſcopatui,cuius commodũ
nõ ſenſiſſet:certè iniquum eſſet.Vnde ex hoc ĩ continen-
ti dicunt quidã,quòd talis acquiſitio eſt in pẽdẽti,ut.ff. ſi
cer.peta.l.proinde.& ad Maced.l.1.§.ſi pendeat. cum ſi-
7 milibus.¶Pretereà dicit lex†quòd ſi filiusfami.ſtipuletur
ĩ tempus,quo ſuit iuris,non tempus ad quod, ſed tempus
in quo inſpiciendum eſt,ff.de uerbo.obligatio.l.ſi filiuſ-
famil.cum ſimilibus.¶Item uenditio conditionalis,exi-
ſtente conditione,trahitur retro ad diem uenditionis ce
lebratę.ff.de periculo,& commodo rei uendi. l. quòd ſi
pendente.¶Prætereà uoluntas teſtatoris ſeruanda eſt,C.
8 de ſacroſan.eccle.l.1.de teſta.tua noſtris.cum concordã.
& hoc ubi apparet,& ſi non appareret expreſsè,recurre
mus ad coniecturas:& de hoc plenè de reg.iur.li .6.Ac ĩ
propoſito,quodcũq; iſtorum trium,ſcilicet fraternitatis
officium,pœnitentiariæ,& ordo predicatorũ afferat ad
ſe pertinere hæreditatem,habet probabiles coniecturas
uoluntatis defuncti . Nam defunctus facit mentionẽ de
frater-

fraternitate,& ꝯfeſſore i genere,& ſciebat ꝙ ille ꝯfeſſor
erat de ordine Prædicatorũ.Sed vr̃ ꝙ forte Ep̃atus põt di
cere,ꝙ teſtõr ſenſerit de illo.Verũ qđ ſciebat ꝙ ille erat
futurus Ep̃s?imò ſorte ille Ep̃atus nõ erat tũc i rerũ natu
ra:nã in hoc dubio vr̃ ſe retuliſſe ad alterutrũ de illis tri
bus,nõ ad hoc,qđ diuinare nõ poterat. Ad hęc ut eccle.
benefi.ut noſtrũ.de reſcri.c.ſi.& eo.ti.c.ult.in cle.¶Prętę
rea ad hoc ut hęreditas acquiratur,ꝯſiderãtur tria t̃pa in
extraneo hęrede,ut eſt i caſu noſtro.ſ.tẽpus teſti,mortis,
& aditionis,ut.ff.de hęre.inſti.l.ſed & ſi.§.ſolemus.& l. ſi
alienũ.eo.ti.ſed p̃dicatores,ut dictũ eſt,nõ ſunt capaces,
ergo &c. Quidã in hac qõne dixerũt,ꝙ nec fraternitati,
nec officio pœnitẽtiariæ acquirit,p iura allegata ꝓ hac
parte.Sed dicũt talẽ acquiſitionẽ eſſe in pẽdẽti,an acqui
ratur fratribus,uel Ep̃atui,ex eo ꝙ in pẽdẽti eſt,an iſte ſit
habiturus poſſeſſionem Epiſcopatus,nec ne.Et ꝙ recitat
Archi.18.q.1.c.uno.i ſumma. Alij dixerũt ꝙ cùm iſta hę
reditas eſſet acquirẽda fratribus, & ipſi nõ ſint capaces,
ut dictũ eſt,ꝙ ſuccedãt uenientes ab inteſtato.Alij dicunt
ꝙ debet ſuccedere Ep̃s diœceſanus loci illius cõuẽtus,
ubi iſte erat frater.& ad hoc allegãt p allegatũ.c.in præ
ſentia.& in Spec.de ſtatu mona.circa pri.& p Archi.19.
q.3.& p Io.28.q.1.de uiduis.Alij dicũt ꝙ acquiritur Pa
pæ,qa ille eſt modò ſeruus Papæ nõ ordinis: & ſic adeũ
do acquiratur nouo domino, nõ priori,ſicut in uero ſer
uo dicimus.Itẽ ꝓ nõ ſcripto debet haberi,& ſic ſuccedit
fiſcus,id eſt eccleſia Romana,ut de hære.inſti.l.1.nã Ro
mana eccleſia,uocatur fiſcus,ut no.de cõceſ. p̃bẽ.c.quia
in glo.pe.Alij dicũt ꝙ cùm primũ locũ retineat,ante ade
ptã poſſeſsionẽ acquirat utrique,argu.de reſta.relatũ. ij.
ut de ſeruo duorũ dominorũ dr̃.Saluo ſemp iudicio me
liori,vr̃ mihi ꝙ acquiritur Epiſcopatui,per iura pro hac
parte inducta.¶Reſtat reſpõdere ad iura affirmatiua alle
gata ꝓ fraternitate,officio,& fratribus.Et ad iura negati
ua allegata ꝯ Ep̃m.Et primo ad primũ.nõ ob.l.cùm aliqs.
C.de iure delibe.qa ille erat ibi ſeruus illius domini no
minati,uel tanquam ſeruus ab eo petebatur. ſed ille fra
ter in nullo erat aſtrictus illi fraternitati,ut ſatis decla
ratũ eſt in primo articulo ꝓ parte negatiua.Nõ ob.l.ciui
bus.qa nomine ciuiũ, ipſa ciuitas intelligitur, unde iſta
ſunt paria,reliquo ciuibus Peruſinis,& relinquo uniuer
ſitati ciuiũ Peruſinorũ,ex quo nomẽ ciuiũ nõ eſt expreſ
ſum.Et ſi eximant canonici alicuius eccleſiæ,ipſi,q hũc
ſunt,& erunt in poſterum, exempti erunt,de priuile.per
exemptionem.lib.6.¶Preterea ſaltẽ ciues ciuitatis ſunt
de corpore ciuitatis.ſed frater Prędicator exiſtens i ſuo
cõuentu,non eſt nec eſſe poteſt de corpore illius frater
nitatis,etiam ſi ſuus Prælatus permitteret, nec ut mem
brum nec ut Pręlatus propter diſparitatem profeſsionis.
Item nõ ob.l.omnia.& c. quoniam Abbas.loquuntur.n.
hęc iura in pręlatis,& adminiſtratoribus,quorum mini
ſterio acquiritur eccleſię,cui præſunt.ſed iſte frater non
preeſt,ergo &c.Item non obſt.l.ſi ſeruus cõmunis.quia,
ut dictũ eſt,ille frater nullo iure, & nullo modo eſt aſtri
ctus illi uniuerſitati.Item nõ obſtat ꝙ iſta uniuerſitas ha
bet potiora iura,&c.nam in acquirenda hæreditate tem
pus aditionis maximè cõſideramus.Et ſi diceres ꝙ etiam
tempore aditionis erãt cõfeſſor:reſpõdeo,ut ſuprà,quia
iſte frater ex tali poteſtate,quam habet abſoluendi,nul
lam habet communionem cum tali fraternitate.quia nec
ut prælatus,nec ut membrum illius, nec ipſius uiri ſubdi
tus,nec ut ſubditus ab ea poſſeſſus.Et ad id,quod ultra di
citur per.c.cum i officijs.de teſt.reſpondetur,ꝙ iſta non
eſt tãta obligatio ꝙ præſumptionem inducat uiolentam
nec uehemẽtem ꝓ uniuerſitate,cùm pro alijs p̃ſumptio
nes ſint magis efficaces,& ſuper iure fundatæ.¶Non ob
ſtãt iura,quæ innuunt ꝙ acquirat officio,& quæ uidẽtur
æquiparare officiũ dignitati,& p̃ſonatui. reſpõſio enim
patet per iura allegata i parte negatiua ſuper iſto articu
lo, quia iſte ex tali officio nõ dr̃ habere aliquã admini
ſtrationem à cõuentu ſuo diuiſam,nec tale officiũ dr̃ ha
ſiere ꝓpriũ ſucceſſorem,nec dr̃ uacare,unde põt eſſe,uel
nõ eſſe i eccleſia:uel cõuentu.illa.n.iura intelligũtur de
officio ꝑpetuo,& de tali ꝙ habet adminiſtrationem diui
ſam à capitulo uel cõuentu ſuo.Nõ obſtãt iura, q̃ innuũt
ꝙ acquiritur fratribus , nã fratres tales nõ ſunt capaces
harũ ſucceſsionũ,ut dictũ eſt.Et poſito ꝙ eſſent capaces,
iſte frater eo t̃pe,quo erat in poteſtate,de facto nec ſpõ
te,nec iuſſu adiuit,nec ſyndicus fratrũ adiuit, ſed adiuit
eo tẽpore,quo nihil cõe habebat cũ fratribus,& ſic prio
ri domino ex ſui p̃ſona nõ potuit acquiri, quia i talibus
cõſideramus tẽpus aditionis,ut ſæpius dictũ eſt. ¶Nõ ob
ſtãt iura,p q̃ arguitur ꝙ nõ acquirit Ep̃atui: & primò nõ
ob.c.ſi qs iã trãſlatus.cũ ſi.quia poſſeſsio nil operat ad eſ
ſe monaſterij , nec quo ad ſubſtantiam,nec quo ad ſo
lemnitatem. nam Epiſcopus eſt,& omnia, ſpectãt ad or
dinem,& iuriſdictionem,poteſt exercere , ut ſupra dictũ
eſt. Nõ ob.quod dr̃ ꝙ q ſentit onus,&c.nã põt negari,ꝙ
fratres tenentur ipſum ſuſtẽtare , cũ fuerit abſolutus ab
eis tã p cõſecrationẽ,q̃ p licẽtiã,& abſolutionẽ.¶Prætę
rea nõ ſequitur, tenetur eũ alere,ergo p eũ acquirit eis:
nã pr̃ tenetur alere filiũ,& tñ in aduẽticijs filius ſibi ipſi
acquirit:& maritus tenetur alere uxorẽ , & tñ uxor ſibi,
& nõ marito acquirit.Et ſufficit dare inſtãtiã.1.q.1.ſicut
urgeri.Nõ ob.c.cũ i cũctis. cũ ſi.quia licet nõ p̃dat prio
ra beneficia ante habitã poſſeſsionẽ , nihilominus uerus
eſt Ep̃s p cõſecrationẽ.Et ſi diceres licèt ſit Ep̃s ,nihilo
minus eſt p̃latus priorũ benefi . ergo acquirit utriuſq; de
teſ.relatũ.ij.ſicut ſeruꝰ duorũ dñorũ,acquirit utriq; dño,
in l.ſi ſeruus cõis.ita ẽ alle.& Inſti.de ſtip.ſeruo.§.ſeruus
cõis.dici põt quòd licet ſit prælatus primi,& ſecũdi bñ
ficij,pòtius dẽt acquirere ſcđo q̃ primo p̃p excellẽtiã ſe
cũdi beneficij.ad hoc de p̃b.ſi à ſede li.6. Rõ,quia radijs
ſecũdi bñficij eſt illuſtr.& honoratꝰ.de ſep.c.pe.li.6.¶Itẽ
i caſu nr̃o p̃ſupponitur ꝙ fuerit abſolutus ab ordine,& ꝓ
batur,qñ quis eſt p̃latus in una eccleſia,& in alia canoni
cus,p̃latura uincit canonicatum,& ꝓ p̃latura debet ſtare
ꝯtra primã eccleſiã,in qua quis eſt canonicus,no.de po
ſtu.c.ulti. Itẽ quia uicinus erat,aliquid debebat operari
ꝓ Epiſcopatu,arg.de p̃bẽd.p̃ſenti.lib.6.Itẽ nõ ob.lex, ex
eo.ff.de mili.teſt.imò facit ꝓ.à ꝯtrario ſenſu,quia ibi nõ
dũ erat miles,& nõdũ fuerat ſcriptus,& nõdũ iurauerat,
ut ibi colligitur ex gl.q̃ requirũtur in milite,ut no. ff.ex
qui.cau.ma.l.pe.ſecus ſi iã eſſet miles,ut i l.unica.de bõ.
poſ.ex teſt. mi.ſicut ẽ in caſu nr̃o , quia iã eſt Ep̃s, & nil
deficit ſibi,unde illa lex unica vr̃ ponere caſum qõnis no
ſtræ.Itẽ nõ ob.lex ſi filiusfa.ff.de uerbo.obli.quia tñ in ac
quiſitis,q̃ ex ꝯtractu ꝓueniũt,reſpicimus tẽpus ꝯtractus,
& ſtipulationis. in legatis uerò inſpicimus quo tẽpore
ceſsit dies legati. ſed in hæreditatib. acquirẽdis inſpici
mus tẽpus aditionis,ut p̃dicta colligũtur,& not.in d.l.ſi
filiusfa.ff.de regu.iur.l.& q̃ legata.qñ di.leg.ce.l.ſi uſus
fructus.in fi.& Inſti.de hære.inſtit.§. ꝙ ſi alienatus. & §.
alienus quoq; & ff.de leg.2.l.ſi alienus.& Inſti.de hære.
qua.& dif.§.ne in extraneis.Itẽ nõ ob.ꝙ dr̃ quòd uolũtas
teſtatoris eſt ſeruãda,& quòd nõ eſt uerìſimile quòd te
ſtator ſenſerit de Epiſcopatu,&c.Reſpõdeo.n.quod uo
lũtas teſtatoris eſt ſeruãda:ſed teſtator hoc uult quòd le
ges uolũt,quia nõ põt facere quòd leges nõ habeãt locũ
in ſuo teſtamẽto,de teſt.req̃ ſuiſti.& ff.de leg.1.l. nemo
põt.ſed lex uult quòd ſi teſtator inſtituit ſeruum Titij hę
redẽ,& anteq̃ iuſſus p Titiũ adeat , alienetur , & iuſſus à
nouo dño adeat acquiratur nouo domino.& ſi manumiſ
ſus fuerit,acquirat ſibi,ſi eã adire uoluerit, qa hęreditas
nõ acquirit niſi p aditionẽ . Hic eſt ꝙ nõ adita nõ trãſ
mittitur.C.de cadu.tol.l.una.§.i nouiſsimo.¶Itẽ non ob
ſtat ꝙ ultimò dr̃,ꝙ iſte nõ erat capax teſtamenti tempo
re mortis,licet eſſet capax tempore aditionis & ꝯ tempo

ra prædicta conſiderentur, &c.nam illud ſm Gni. nõ eſt
uerum.ut no.in ſpec.de ſtatu.mo.c.3.& 4.Archid.hic pu
tat magis æquum.9.q.3.c.3.Sed poſito φ ſint non capa-
ces,non tñ obſtat,quia leges,quæ de incapacibus loquũ
tur,intelliguntur de nõ capacibus ex delicto,ut patet.C
de hæredi.inſtitu.l.1.& ff.de his,qui.ut indi.l.2.& i d.§.
ſolemns.ubi exponitur peregrinis.i.deportatis,Sed tale
religioſi ſunt non capaces non ex uitio delicti, nota,uel
īfamia,ſed quia talia habere nõ expedit eorum ſtatui, &
profeſſioni,& ſunt aliena à uoto paupertatis.nõ ergo de
bent ex hoc reputari indigni, ſed magis præfecti.Et eſt ſi
mile φ dicimus de Epiſcopo,φ non debet promoueri ad
parem,uel minorem dignitatem,nõ quia ſit dignus , ſed
quia non deceret talem prælatum ad talem dignitatē uo
cari.no.de tranſla.c.ult.quia eſſet uilipendere dignitatē
Epiſcopalem, & quia maioribus honoribus functo nõ li
cet deſcendere ad minores,93.diſ.legimus.niſi ex cauſa,
de renun.ad ſupplicationem.Et preterea licèt non poſsit
iſte frater ſibi,uel ſuo ordini reliquere,tñ poteſt acquire
re aliteri ſuo ſuperiori,puta Epiſcopo,ſi nõ ē exemptus ,
uel Papæ,ſi eſt exemptus,& eorum iuſſu adire,uel eiuſdē
prælati poſſunt adire.Nam nec capax eſt,qui cum effectu
ſibi retinere non poteſt.nõ ergo capiunt qui retinere nõ
poſſunt,ſed accipiunt,ut per eos alijs acquiratur:ad hoc
ff.de ner.ſig.aliud.& de reg.iur.non vr̃ quiſq̃.Et hoc uo-
luit tangere Inno.de prob.in præſentia.& Hoſt.recitauit
poſt eum,ubi dixit,quoſdam dixiſſe φ bona ingredietis
ordinem mendicantium,debent eſſe Epi,cum ille ſit mo
nachus Epiſcopi.Et ideò dicebatur olim φ fratres mino
res rerum ſibi obligatarum dñium,& proprietatem acq̃-
rebant rõne eccleſiæ,ut in decre.Nicolai,exijt.& clemē.
exiui.§.patroni.in 10.col.& ideò cũ iſte frater Prædicã
tor dr̃ eſſe capax,habito reſpectu ad perſonam,cui debet
acquirere,puta ad Epiſcopũ uel Papam,cuius,perſona i
tuenda eſt hoc caſu,& non illius fratris,ut.ff.de le.1.l.ſi
mihi,& tibi.§.2.bene ſequitur φ factus ſui iuris poteſt ſi
bi quærere,ut ſ̃ dictum eſt.& iſtud uerum in prædicato-
ribus,qui profitentur ſm Auguſtinum,& eius regulã,qui
poteſt habere proprium in cõi,licèt ex conſtitutione nõ
poſſet habere.& magis attendenda eſt regula,q̃ conſtitu
tio ordinis, cùm cõſtitutiones poſsint mutari,regula ue
rò non.Sed minores nec ex regula,nec ex conſtitutione.
non ob.φ de minoribus,& prædicatoribus dr̃ i altiſsima
paupertate, quia hoc intelligitur quo ad factum,nõ quo
ad ius:nam ex cõſtitutionibus uoluntarijs Prędicatores,
ſed minores ex regula arctātur tenētur.Alia litera habet
arctiſsima,φ uerum eſt, ſed prædicatores ex cõſtitutioni
bus,minores ex regula,ut dixi . Opinio uerò illa,quæ ha
bet,eſt in pendenti,cui fiat acquiſitio.non uidetur bona,
quia hoc eſt certum ,& non pēdens,φ iſte Eṗs eſt abſolu-
tus ab ordine.Item nec illa opinio,quæ habet,φ uenien-
tes,ab inteſtato,ueniant,quia illa habent locum qñ inſti-
tutus tempore teſtamēti eſſet mortuus. Sed ille licèt quo
ad ſe fingeretur mortuus,non tñ talis cenſendus eſt reſpe
ctu illius,cui poterat acquirere.ſ.Papę uel ordini.Itē nec
illa opinio, q̃ habet φ ſuccedere debet diœceſanus loci,
vñ aſſumitur ille monachus,ſiue frater,vr̃ uera,quia illud
poſſet habere locũ,qñ religioſus eſt immediatè ſubiectus
Epiſcopo,quia eſt ſine clauſtro ,puta expulſus,uel factus
fuit rector parochialis eccleſiæ,& demũ fuit amotus,uel
renunciauit,& ſic cum non poſſet hr̃e regreſſum ad ſuũ
ordinem remaneat monachus Epiſcopi,& ſubeſt Epiſco
po ut abbati.Itē quarta opinio,quę habet φ eccleſia Ro-
mana ſuccedat,non uidetur uera,quia licèt iſte ſit imme-
diatè ſubiectus Papæ:tñ quo ad acquiſitionē acquirit uxo
ri ſuæ.i.eccleſię ex cuius bonis paſcitur,& ſuſtentatur:&
quocunq; intuitu acquirat prælatus religioſus,ſemp eius
miniſterio eccleſiæ acquiritur,de teſta.requiſiuiſti.ad fin.
& eo.tit.c.1.& no.18.q.1.c.uno.¶ Vltima opinio,quę ha
bet φ acquiratur utrique,ſaltē i caſu nr̃o nõ eſt uera,qa
hic collegialiter , & totaliter fuit abſolutus ab ordine
iuris,& hominis abſolutionē.Et poſito φ adhuc retine-
ret primum locum,debet pręferri Epiſcopatus,ut ſ̃ dixi.
¶Ad ſolutionem iſtã,quæ habet φ Epiſcopatui acquira-
tur,põt ſic opponi,eoipſo,& imediate φ aliquis religio
ſus inſtituitur hęres, ur̃ monaſteriũ inſtitutum,ita φ ius
adeundi competit monaſterio,nõ monacho.nã & ſi mo.
nachus repudiaret,ſyndicus monaſterij poteſt adire,nã
cùm monachus nil proprij hr̃e poſſet,nõ põt ſe iactare,
φ ius adeundi conſiſtat in eo,ſed imediate illud ius fuit
acquiſitũ monaſterio.Nec eſt iſtud ius ſpes iuris adeũdi,
immò eſt ipſum ius adeũdi,:φ cõpetit monaſterio à mor
te teſtatoris ſed ſpes adeundi,quæ eſt ante mortē teſtato
ris,non ramanet monaſterio,filio traſlato ad Epiſcopa-
tum,ante mortem.& ſic intelligitur,& no.18.q.j.c.uno.
ſuper uerbo mona.Sed inq̃tum allegat. l.non dubium φ
aliud vr̃ ſentire.Si ergo ita eſt,φ vr̃ eſſe per multa iura à
allegata in tertio mēbro partis affirmatiuæ in c.cum ad.
§.1.& 12.q.1.nõ dicatis. vr̃ inferendum φ ius adeũdi nõ
trãſiuit cũ illo religioſo ad Epiſcopatum, nec oſsib. ſuis
inhæſit,ſed potius remanſit apud primum monaſterium,
ſeu cõuentum.& ſic vr̃ φ ſua aditio nil operetur.Sed ꝯ fa
cit quod ipſe Archid.no.ſm Lauren.in d.c.unico.i ſi.ubi
dicit φ ſi aliquid relinquitur monacho ſub cõditione vt
inſtituatur,& in tempore,quo eſt Epiſcopus,exiſtat con
ditio,acquiritur eccleſię.& ſm hoc illud ius adeũdi,uel
ſpem nõ acquiſiuit monaſterio , ſed ſecũ portauit.& ſic
idem vr̃,φ i ſeruo,& filio emancipato uel manumiſſo.&
pro hoc facit qđ not,in ſpe.de ſta.mona. uerſi.8.quæris.

A D D I T.

¶Confeſſor]iſtud ar.facit etiam pro officio pœnitentiarię,
quia etiã pro officio faciunt tria.Laur.

¶Queſtio diſputata per Do.Fede. Petrucium Senenſem in
Academia Peruſina anno Domini M.cccxxxiiij.die.xix.
Decembris,Pontificatu Domini Benedicti Papæ . xij.

S V M M AE.

1 *Hæres exeraneus,qui non fecit inuentarium ſecundum iuris formam,an in ſoro conſcientiæ teneatur ad uſuras extortas à teſtatore ultra uires hæreditarias.*
2 *Iniunctum à teſtatore,& iniunctum à lege,pari paſſu dicuntur ambulare.*
3 *Iudex nõ iudicat ſecũdũ conſciẽtiã,ſed ſecũdũ probata.*
4 *Legitima filiorum põt minui,augeri,& penitus auſerri.*
5 *Obligatio ex delicto orta,non debet hæredem afficere ultra id,quod ex delicto peruenit.*
6 *Inuẽtarij ommiſſio,quib.caſib.dicatur prodeſſe creditoribus.*

Q V AE S T I O XXI.

1 NVNQVID hæres extraneus,† qui nõ fecit i
uẽtarium ſm formã iuris,teneatur i foro cõ
ſciẽtię reſtituere uſuras extortas à teſtatore,
ultra uires hęreditarias.Et arguitur primò φ
non teneatur,extra de reſcri.c.literas.in ſi.ibi facultates
& de uſur.c.2.li.6.in prin.& de ſepul.c.ul.& de uſur.tua.
in quibus dr̃,φ hæredes,ad quos peruenerunt bona eccle
ſię.quaſi diceret,peruenerunt,& prout peruenerunt reſti
tuere tenentur,& aliter,uel plus nõ.Ad hoc de regu.iur.
qui ſentit onus.lib.6.¶ Pręthereà ſicut teſtator in hęredē
non poteſt plus iuris tranſerre, quam ipſe dignoſcitur
habere,ut de do.inter uir.in c.nuper.& de regu.iur.c.ne-
mo.lib.6.ita hæres non debet plus grauari ex perſona te
ſtoris,q̃ ipſe teſtator fuiſſet grauatus , cùm eodem iure
utaẽ,ut.ff.de regu.iu.ſi quis in ius.ac iſte teſtor ſeu actor
non poterit cõpelli ad ſoluendũ ultra facultates ſuas,de
2 uſuris.cum tu.& de ſolu.c.3.ergo nec hæres.¶† Præterea
onus iiunctũ à teſtatore,& à lege parificari vr̃ ut,C.de re.
alie.l.ult.ſed onus iniũctũ à teſtatore nõ protēdit ultra vi
res emo-

tes emolumẽti, uel lucri, ut. C. de fideicõ. l. ab eo. cũ ſi. er
go nec lege debet qs plus grauari, q̃ fuerit honoratus, ne
dũ hæres lucrũ ſperat, damnũ ſentiat, C. de iure. deli. l.
ſancimus. ibi, nedũ lucrũ facere, &c. & i e. l. §. in cõputa-
tione. dr̃, ut de ueritate undiq; pquiſita, neq; lucrũ neq;
damnũ aliqđ hæres ea hmõi ſentiat hereditate. Præte-
rea lea, ſeu forũ conſciẽtię non erroneæ ſemper nititur
ueritati, & rei eaiſteſtiiæ: vñ Apoſtolus. Gloria nr̃a teſti
moniũ cõſciẽtię nrę. ij. ad Corith. 1. de ſacra unc. c. uno.
§ 2. colũ. Sed lea humana diſponit, & iudicat ea his, quæ
apparẽt, & nõ de occultis. Primũ patet. 32. diſt. c. erube-
ſcat. Ad ẽm de reſti. ſpo. lr̃as. & de ſen. excõ. c. inquiſitio-
ni. hic eſt ꝙ iudex ẽm pbata, nõ ẽm cõſciẽtiã debet iudi
care, 3. q. 8. iudicet. cũ ſi. Sed in caſu ppoſito pdicta. l. ſau
cimus. cogit heredẽ, q nõ fecit inuentariũ, ſoluere omni
bus creditoribus, qa ſibi cõtemnẽti legis diſpoſitionẽ i
nõ faciẽdo inuẽtariũ, nõ creditur ſi dicat hereditatẽ nõ
ſufficere ad oĩa debita pſoluẽda. & eſt pſumptio ꝯ eũ pp
cõtẽptũ legis, q̃tuncũq; hæreditas nõ ſufficiat. & hoc in
foro iudicali. Sed ea quo pſupponimus ꝙ reuera hæredi
tas nõ ſufficiat quãtũ ad forũ cõſciẽtię, in quo de pſum
ptione, uel fictione non curatur, ſed de ueritate; dicemus
ipſum non teneri. & ſic licet iſte i foro iudiciali cõpel-
latur ad totũ, ſi tñ põt euadere iudicialẽ cõpulſionẽ, in
foro cõſciẽtiæ non tenebitur ultra uires hæreditatis. be
ne facit de uſuris. c. in ciuitate. nec eſt illud nouũ ꝙ ẽm
forũ iudicale, quòd non iudicat de occultis, faciat unũ,
& aliud ẽm conſciẽtiã, de ſen. excõ. inquiſitioni. 17. q. 4.
c. ult. i ſi. ibi aliud iure fori, aliud iure poli. Ad idẽ quod
no. 10. q. 2. hoc ius. i gl. qd ſi offerat. & ad idẽ quod dr̃, ꝙ
ẽm legẽ licitũ eſt ꝯhẽtibus ſe decipere uſq; ad dimidiam
iuſti ptij, ut leg. & no. de emptio. & uẽdi. cũ dilecti. & tñ
hoc nõ licet iure poli cùm fraus, dolus, & deceptio ſint
nomina reatus. Ad idẽ qđ dr̃, quòd ẽm leges nõ põt op-
poni exceptio nõ numeratę pecunię poſt bienniũ, & ta-
men creditor, qui re uera nõ numerauit pecuniam, non
poteſt ſalua cõſcientia petere pecuniam poſt biennium.
Idem de eo, qui nõ erat debitor, & fuit condemnatus: &
de eo, q erat uerus debitor, & fuit abſolutus i his crimi
nibus, & ſimilibus caſibus, de quibus uide multa p Inn.
& Hoſt. & de immu. ecc quia pleriq; in glo. magna. & p
Hoſt. de ſol. c. ulti. in prin. magnę glo. & per Dy. de reg.
iur. l. locupletari. lib. 6. unum ſequetur iudea in foro ſe-
culari ſeu iudiciali. & aliud ſuadebit in foro cõſciẽtiæ,
q́ ſoli ueritati innititur, exemplum in c. inquiſitioni. &
de offi. ordi. c. 2. cũ ſimilibus. ¶ Ad præmiſſa etiam facit
quod oo. j. q: j. §. quoties. de paroch. c. j. de ſpõ. tua nos. cũ
ſimilibus. ¶ In ꝯrium vr̃ quòd lex conſcientię debet ſeq
legẽ humanam, & ſi cõnſcientia eſt erronea, eam depo-
nat. oã dr̃ in canone quòd oĩs Chriſti actio, noſtra eſt in
3 ſtructio, de cõſc. di. 1. ſolennitates. † ſed Deus nos inſtru-
xit, ut nõ ẽm conſcientiam iudicemus, ſed ẽm probata, 2.
q. 1. Deus, qui. 3. q. 7. iudicet. & ne innitaris prudẽtię tuę,
&c. de cõſtitu. c. ne innitaris. ¶ Pręthereà iura humana ſunt
à Deo, ut dicit Auguſtinus. 8. diſt. quo iure. ait enim, hæc
iura humana per Reges ſeculi Deus humano generi di-
ſtribuit. Et alibi dicitur, Venerandæ Romanæ leges per
ora ſunt principum diuinitus promulgatæ. 16. q. 3. c. ulti.
ubi tractatur de præſcrip. Et alibi dicitur, Habet Impera
tor priuilegia poteſtatis ſuæ, quæ in adminiſtrandis pu-
blicis legibus ei diuinitus eſt conceſſa, 97. diſtictio ſi im
perator. Vnde idẽ beatus Auguſtinus dicit, qui poteſtati
reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, 11. q. 3. q reſiſtit. & alibi
dicitur, Generale quippe peccatũ ſocietatis humanę eſt,
ſuis non obtẽperare Regibus, 8. diſtinctio. quæ contra.
& alibi monemur eſſe ſubditi Regi tãquàm pręcellenti,
& excellenti, & Ducibus tanquàm ab eo miſsis. 1. quæ-
ſtione. 2. & de maio. & obediẽ. ſolitæ. Si uero iſta iura po
ſitiua proceſſerunt per ora Regum, & Principum, & Du

cũ, tanq̃ miniſtrorũ Dei, non eſt dubium ea ſeruari debe
re. Vnde attẽdẽs ſancta Romana eccleſia mãdat Imperia
les, & Romanas leges ab omnibus cuſtodiri debere, ut
plenè legitur. 4. diſtinctio. c. de capellis. cũ ſequẽtibus, &
p totã diſtinctionẽ. Vnde & in cauſis eccleſiarum ẽm le-
ges iudicamus, ut de no. ope. nuncia. c. 2. Vnde cum à diui
oa, & humana eccleſia, cui iura terreni, & cœleſtis, ſcili
cet Imperij, ſunt cõmiſſa, 22. diſtinctio. c. 1. approbẽtur
humanæ leges, nõ immeritò in foro diuino, & cõſciẽtię
ſeruandæ ſunt, quia oĩa noſtra facimùs qbus auctorita-
tem impartimur, de præben. qa ſi Apoſtolicæ. lib. 6. ¶ Prę
tereà quãtũ poſſumus opiniones uitare debemus, q̃ per-
plexitatem, & intricationem inducũt, de reſtitu. ſpolia.
literas. per legem. n. nulli eſt laqueus inijciẽdus, 17. q. 1.
de uiduis. Sed ſi teneamus primã partẽ, iã erimus perple
xi, & intricati iter legẽ humanã, & forũ cõſciẽtię. Nã lea
humana dicit, nõ feciſti inuẽtariũ, cõtẽpſiſti legẽ, ergo
eius beneficio nõ perfruere: ſolue ergo omnibus credito
ribus, ẽt ſi hæreditas non ſufficiat. ¶ Ac in ꝯriũ dicet con
ſciẽtia, qa miniſter legis, ideſt iudea tibi pcipit ſecũdũ
legẽ, ꝙ tu ſoluas totũ, ẽt ſi hereditas non ſufficit, tu i fo
ro animę, & diuino nõ teneris ex perſona defuncti, pluſ
quàm ab eo receperis. Vnde defende te quãtũ melius po
tes in foro iudiciali, qa habeo te e acuſatũ in foro diui
no. ideò ad euitãdã hãc perplexitatẽ melius eſt dicere, ꝙ
cõſciẽtia ſe cõformet iuri poſitiuo condito à miniſtro
Dei, & cõfirmato per Romanã eccleſiã, cùm p utilitate
reipublicę ad euitãdas fraudes pceſſerit illa lea. nec eſt
hoc nouũ ꝙ ea cauſa imperator poſsit iuſtũ, q nõ fecit i
uẽtariũ, grauare, ꝙ de burſa ſua ſoluat ultra uires heredi
tatis, ut dicet i ultimo argumẽto, & not. p Inno. & Hoſt.
de cõſtitu. q̃ in eccleſiarũ. ¶ Prætereà ꝙ qs approbat, p ſe
recipere debet, 19. diſtinctio. ſi Romanorũ. 3. q. 3. cuius i
agẽdo. & quod ſemel placet, amplius diſplicere non de
bet. Sed iſte legem humanam p ſe approbauit adeundo,
& appræhẽdẽdo hereditatẽ ſibi delatam ex teſtamento,
quæ omnia de iure humano procedunt, ut Inſtitu. de te-
ſta. & ff. de hęre. inſtit. & de acquiren. heredi. per totum.
Nam tolle iura imperatorũ, quis dicit, hęc uilla mea eſt,
certè nõ poteſt dici, ut. 8. diſtĩctio. quo iure. ergo & legi
humanę debet eſſe ſubiectus dicẽti, ex quo adiuiſti hæ-
reditatem ſine beneficio inuentarij, hãc legẽ pateris, qa
teneris ſoluere omnibus creditoribus etiã ultra uires hę
reditatis, quaſi hæreditas ſit tibi delata cũ hoc onere. im
putet ergo ſibi ſi acceptauit adeũdo ſine inuentario, ſeu
beneficio inuẽtarij, ut i ſimili dicitur. extrà de teſta. c. of
ficij. uel ut pprius loquamur, iſte noluit uti cautela le-
gis, ſed eam deſpexit, quia nõ fecit inuentarium. ideò be
neficio legis nõ perfruatur, ot in d. l. ſancimus. ultra me
dium, ibi. nec legis noſtræ beneficio perfruãtur, quem cõ
tẽmnendã eſſe cenſuerunt. Non eſt ergo ſibi credẽdum,
ſi dicat hæreditatem ſibi non ſufficere. Et poſito ꝙ non
ſufficiat, i eius pœnã ſtatutum eſt ꝙ ſoluat omnibus cre
ditoribus, quia legem cõtempſit. iure enim humano ac-
quiruntur, & auferuntur rerum dominia, ut no. in tex. &
glo. ff. de iuſti. & iu. l. ex hoc iure. & 8. diſtictio. quo iure.
ut patet. ff. de acquit. rerum domi. per totum. & Inſti. de
rerum diu. per totum. Vnde tam iure canonico, quàm ci
uili lege præſcriptioni inductæ ſunt, nec teneor reſtitue
re quòd præſcrip ſi etiam ea cauſa lucratiua. Non ob-
ſtat diſtinctio poſita de præſcripto. uigilanti. & ibi not.
Hoſtien. per. l. pen. C. de præſcrip. long. tempo. & de do-
na. Apoſtolic. Item Imperator poteſt mihi auferre rem
meam, & dare militi benemerito, & ille põt licitè reti-
nere, C. de quadri. præſcrip. l. bene à Zenone. Ad idẽ ꝙ
not. de regu. iur. c. 2. io glo. ulti. lib. 6. Item inſtitutus in
uno denario, ſi alius nõ eſt hæres, eſt hæres i totũ, ff. de
re. iſti. l. 1. & C. eo. ti. l. quoties. Vñ hoc ꝯniſi qa lea huma-
na diuinitus pmulgata hoc ſtatuit. tollas de medio iura

humana,quis dicet,hæc domus mea eſt? nullus dicet, ut
ait Auguſtinus in c.quo iure.præall.Item quis ſtatuit ut
bona hęreticorum,& aliorum damnatorum de crimini-
bus confiſcētur ipſo iure,uel per ſententiã? certè hoc ſta-
tuit lex humana.Nunquid ergo emens à fiſco talia bona,
peccabit? certè non,quia non peccat quis legis auctorita
te,23.q.4.qui peccat.Hinc eſt ꝙ Dy.notat.de re.iu.indul
4 tum.li.6.ꝙ† legitima filiorum poteſt minui,augeri,& to
taliter auferri.per.l.munici.In propoſito cùm iſte extra-
neus auctoritate legis humanæ. acquiſiuit hæreditatē il-
lius,eodē modo poteſt ex cauſa licita,& honeſta,& pro
auctoritate reipublicæ ad tollēdum fraudem lex huma-
na illum grauare,ut de burſa ſua ſoluta omnibus credito
ribus etiam ſi hæreditas non ſufficiat,ex quo legem ĩtro-
ductam pro bono publico contempſit,non faciendo iuē
tarium.Quid plus? nō ne ſm leges,& canones filij,& po
ſteri damnatorum innocentes multis pœnis afficiũtur?
ut de hær.c.uergētis.cùm ſi.eo.ti.l.ſi quis.& de pœnis.c.
fælicis.lib.6.Et ſi diceretur,iſte non commiſit fraudē,ut
præſupponitur in themate:reſpondeo non,nihilominus
remanet lex firma.Quid enim ſi in xx.anno.aliquis eſt sū
me literatus,& ſpiritualiter,& temporaliter circumſpe
ctus,an poterit eligi in Epiſcopū de iure? non.de renū.c.
poſt translationem.de regu.iur.c.decet.li.6.per Dyn.Itē
licèt iſte non fuerit in fraude,non poterit negari qui ſue
rit in culpa & negligentia:& hoc ſufficit ut patet i pſcri
ptione inducta in odium negligentium,15.q.3.§.pręſcri
ptionum.& c.1.& c.uigilanti.cum ſimili.de præſcript.Si
aliud diceres,ſequerēt r ſine multę abſurditates;nã mul
tiplex,& uaria eſt facta prouiſio per ſtatuta ciuitatum cir
ca legitimam aſcendentium,& deſcendentium,circa exa
ctionem dotium,circa emēdationem damnorum , circa
ſolutiones faciendas in certa moneta,ꝙ mulieres emãci
patæ aliàs dotatæ non ueniat ad ſucceſsionem cum ma-
ſculis,& ſic de pluribus alijs.Nunquid igitur iſta obligāt
in foro cõſciētiæ? certè ſic . alioquin tu non diſſoluis,&
extricas nodoſitatē,iuriſdictiones , & perplexitates in-
ter forum humanum,& conſcientiæ.In iſta qõne Hoſt.ui
detur tenere quòd nõ teneat i foro conſcientię,ut no.i
ſumma de teſta.§.pe.ad ſi.primę col.uer.ſi nō ſufficit.Pro
quo facit quod no.Ber.de uſuris.tua nos.i ſi. Sed ipſe no
tat ꝯtrium de reſcrip.in literis.& de uſuris.tua. & etiã ui
det ſentire Ber.in d.c.in literis.Solutio,vr̃ dicēdū quòd
quicquid uult lex humanam condita ab eo,qui poteſtatē
habet legē condendi,manifeſtam non continens iniqui
tatem,obliget in foro cõſcientię,per iura pro hac parte
inducta.Ad contrarium reſpōdetur breuiter,ualet quod
intelligitur i eo caſu quo continet pactum,de pręſcri c.
ulti.& no.de regu.iu.poſſeſſor.li.6.Vel quando expreſsè
lex humana , uel alia pura canonica ,uel diuina diceret,
hoc facies tu iudex in foro humano.& hoc facies in foro
conſcientię.extra de ſenten.excommu.inquiſitioni.&de
reſt.ſpo.literas.cum ſi.¶ In caſu autem propoſito uidetur
dicendum ꝙ non teneatur,non quia.l.ſancimus.non ob-
liget in foro cõſcientię,ſed † quia regulariter obligatio,
5 quę deſcendit ex delicto,non afficit hęredem ultra id,
quod ex delicto peruenit,C.ne ex delic.defun.l.una.ſecū
dum lec.& ſic facere uel non facere inuentarium,nil facit
ad illa credita,quæ aliàs nō obligant hęredem.Vnde† ob
6 miſsio inuentarij prodeſt creditoribus eo caſu,ubi credi
tores potuerunt agere ꝯ heredem . Quòd autem teneatur
hęredes ex delicto defuncti,ēt ſi mihi ad eū peruenerit ex
delicto,ſtatuitur iure canonum,ut patet in eo,qđ no.de ſe
pul.c.ulti.in ſua materia.Canō,q in hac parte grauat hęre
dem ultra ius ciuile,uoluit ęquitatem pręferre,ut non te-
neatur pro maleficio,uel delicto defūcti ultra uires hęre
ditarias, ut i c.i literis.de uſuris.de .c.2.li.6.& ſicut ęqui-
tas mouit latorem iuris canonici ad ſtatuendum ꝙ hæ-
res,qui habet bona defuncti licitè quęſita,teneatur ad re-
ſtitutionem illicitè quæſitorū,etiam ſi illicita non perue
nerunt ad hæredem, & etiam ſi non ſit lis conteſtata cū
defuncto; ſic eadem ęquitate fuerit ſtatutum,ut ultra ui-
res hæreditarias non teneatur.

ADDIT.

¶Quia non.Adde hic quod no.Ioan.An.de immu.eccl.c.ul
ti.lib.6.in nouella. Laur.

SVMMAE.

1 *Vſurario an ſufficiat remiſſio facta ab his,qui debent uſu
ras recipere,non obſtante reali reſtitutione.*
2 *Caſus ſunt plures,in quibus non ſufficit peccatori ſpecia
liter pro re male ablata, ſatisfactio exterior. & nū. 6.
& ſeq.*
3 *Regula à beato Auguſtino tradita,quòd non dimittitur
peccatū,niſi reſtituat ablatum,qualiter ſit intelligēda.*
4 *Aliud eſt dimittere,& aliud reſtituere. 1.q.18.num.4.*
5 *Offerri plus eſt,quàm paratum eſſe.*
7 *Excommunicato ob clerici percuſſionem, non ſufficit læ
ſo ſatisfacere , uel ab eccleſia abſolui,ſed tenetur cor-
de pœnitere.*

QVAESTI XXII.

1 AN uſurario† ſufficiat facta remiſsio ab his,qui de-
bent recipere uſuras ab eo, ſine reali reſtitutio-
ne.Quod uidetur,nam de uoluntate domini ac-
cedente fur,raptor,& uiolentus licitè retinet rē
ſubtractam,uel inuaſam,ut.ff.de furt.l.inter omnes.§.re-
ctè.& ff.de præca.l.certa.§.Iul.& no.de renun.poſt tranſ
lationem. ergo multòfortius debet ſufficere hoc uſura-
rio,qui minus deliquit,ꝙ patet ex qualitate pœnę.quia
maior pœna ĩponitur furibus,latronibus,raptoribus,&
uiolētis,q̃ uſurarijs,ut patet in ſuis titulis.& nemo dubi
tat grauius eſſe commiſſum,quod eſt grauius iudicatum,
24.q.3.nō aſſeramus.Iſta ſol.fuit Io.An.i nouella de uſu
ris.c.2.lib.6.i gl.dicebat.ubi approbat ſolutionem meã.
& facit mētionem de hac queſtione. Item patet ex ordi-
ne titulorum.nam rubricę de raptoribus, & furtis pręce
dūt rubricam uſurarum. Prætereà in crimine uſurarum,
& ĩ aliis criminibus maioribus ſufficit cōdignam facere
ſatisfactionē,ut quis ſit liberatus a reſtitutione rei;ut pa
tet de uſu.quãta.& eo.ti.c.2.in prin.lib.6.de ſepul.c.ult.
de rap.c.in lit.de furt. c.ult.cum ſimilibus.Sed ſatisfactū
intelligitur quandocunq; ſeu quomodocunq; deſideriū
creditorū impleatur,ff.qui ſatiſ.co.l.1 & de pig.ac. l.ſi
rem.§.omnis. uerſi.ſatisfactum. undè ſi creditor remittit
actionem ſibi competentem.ex quo facit hoc,non ui,nō
dolo,non metu, ſufficit uſurario,& intelligiť ſatisfactio
quemadmodum uoluit,& quia remittenti licet actiones
ſuas,&c.6,q.1.q̃ periculoſum . imò ſufficit aliqñ cautio
de reſtituēdo,multofortius remiſsio.ad hoc de uſuris.c.
2 2.lib.6.de rap.c.2. †Pręterea caſus ſpeciales ſunt quidã,
ut rei malè ablatę nō ſufficit remiſsio,de reſcri.ſtatutum
ad ſi.lib.6.de ſen.excom.c.2.eod.lib.& ſpeciale eſt in eis
ut no.in c.ſtatutum.ergo regula remaneat i ꝯtrium, ꝙ ſuf
ficit remiſsio.no.de cle.nō reſi.c.uno libr.6.¶In ꝯtriū ui-
detur.nã lex dicit ꝙ à ſignificatione uerbi non eſt recedē
dum,niſi cõſtet de mente contraria.ff.de leg.3.l.non ali
3 ter.& not.de uerbo.ſigni. propterea. Vndè†cum ſm bea-
tū Auguſt.detur regula,ꝙ nō dimittitur peccatū,niſi re-
ſtituat ablatū,ut.14.q.6.ſi res.de uſuris.cū tue.& de reg.
4 iur.nō dimittitur.lib.6.&†aliud ſit dimittere,& aliud ſit
reſtituere.ff.de uer.ſig.l.plus.& l.reſtituere.de uſur.uidea
mus.§.niſi una.quia remittere non eſt in priſtinū ſtatū re
ponere,ſicut in alia reſtitutione dr̃.C.de repud.l.una. &
de ſen.paſ.l.1.pater ꝙ non ſatisfecit regulę illę,cui facta
eſt remiſsio,niſi rem cū effectu reſtituat,maximè cū tra-
ctemus hic de peccato,in quo non eſt diſputãdum de api
cibus iuris;ſed uia tutior eſt eligēda.ſ.ꝙ fiat reſtitutio,de

bonu.

homi.ad audientiam.de ſpon.iuuenis.& de cle.ex.mi.il-
lud.cum ſimil.maximè cùm non uideatur ualere pactum
de non petendo uſuras iam ſolutas.de iureiu.ad noſtrã.
Super ſolutione huiuſmodi quæſtionis ſunt opi.nam Io.
And.not.in c.non dimittitur peccatum.de regu.iur.li.6.
ꝙ ſufficit remiſſio liberaliter facta.allegat dictum uer.ſa
tisfactum.cum ſimilib.niſi in caſibus,in quibus exprimi-
tur remiſſionem non ualere. Hoc etiam uidetur ſentire
Dy.de accu.c.2.li.6.ſuper uerbo.ſatisfactum.dicit enim,
ſatisfactum accipimus quomodocunq; uolũtati credito
ris ſatisfiat.ff.de pign.ac.l.ſi rè.pro quo facit qđ not.Ber.
de uſuris.quia fruſtra.in gl.2.circa prin. & ide vř tenere
Hoſt.in ſumma de uſuris.§.quæ pœna.uerſi. ꝙ ſi fęnera-
tor.& uerſi.dicendum eſt.tñ ipſe ibi refert ꝙ Theologi
dicũt ꝙ niſi totũ offeratur,nõ eſt ſecurus uſurarius, etiã
ſi partem offerat,& pars ſibi remittatur. Dy.tenet in d.c.
nõ dimittitur,ꝙ ſi pecunia eſt reſtitutioni parata,ꝙ tunc
ſufficiat remiſſio, quaſi uideať tũc reſtituta,& breui ma-
nu reſtituta ab uſurario,ff.ſi cer.pe.l.ſingularia.& de do.
inter ui.& ux.l.4.§.ſed debitorem.Et iſta op.Dy.non ui-
detur eadẽ cum opinione Theologorum, qui requirunt
5 oblatũ:†nam plus eſt offerri,ꝙ̃ paratum eſſe, ff.de emp.
& uen.l.Iulianus.§.offerri. Nam ſi offertur, paratum eſt.
ſed nõ ſequitur parata eſt pecunia, ergo eſt oblata.Dicẽ
dũ eſt ad iura pro hac parte inducta, ꝙ ſi is,cui debet fie
ri reſtitutio pecuniæ uſurarię uel alias malè acqſitę,uel
ablatæ,metu, dolo,circumuẽtione, & calidate,& omni
fraude ceſſantibus,omnino proprio motu,uel ad preces
uſurarii,uel amicorum,uel ad remunerãdum ſeruitia re
cepta,pecuniam ſibi debitam,& extortam, ſiue ꝑ uſura,
ſiue per furtũ,uel rapinam,nec reſtitutioni paratam;&
communem actionem, quam habeat ad illam repeten-
dam,remittat,liberatus eſt uſurarius,uel fur,uel raptor à
reſtitutione rei.Nõ dico ꝙ ſit liberatus à peccato,ꝙ ɔ̃xit
exercendo uſuras,uel furãdo,uel rapiẽdo,ſed dico ꝙ eſt
liberatus à reſtitutione rei.nã & ſi uerè,& realiter reſti-
tuat pecuniam malè ablatam,niſi aliter pęniteat de pec
6 cato commiſſo,nõ†eſt liberatus quo ad Deũ,quia in uſu
ra,furto,& rapina eſt peccatum,quod tollitur per cõtri
tionem,& eſt ibi reſtitutio facienda rei male ablatę,de
uſuris.c.cum tu.in fi.& de homici.ſicut dignũ.§.eos.quæ
reſtitutio intelligitur facta quomodocunq; reccõciliatur
ei,cui ſit extorta pecunia.Simile in eo,qui eſt excommu
7 nicatus quia†clericum percuſſit,quia licet ſatisfaciat lę
ſo,& eccleſiæ,& ſit abſolutus,niſi pęniteat de peccato,
quo ad Deũ nõ eſt abſolutus de hoc. 4.q. 1.in ſumma,&
de ſen.exco.decernimus lib.6.nõ ob.quod diciť de ſigni
ficatione huius uerbi reſtituere,nam beatus Auguſtinus,
& ſancti patres nõ curant de propria ſignificatione uer
bi,ſed de mẽte,animo,& intentione,de uerb.ſign.nihil.
& c.intelligentia.Præterea ipſe beatus Auguſtinus nõ di
xit reſtituere,ſed redderẽ,14.q.6.c.1.& dictio reddere,nõ
eſt omnino idẽ ꝙ reſtituere, ff.de uerbo.ſigni.l.uerbum
reddere.Item iura circa huiuſmodi malè ablata utuntur
uerbo ſatisfacere,ut in c.in literis.de ra.& c.ul.de furtis
& de uſuris.c.2.lib.6.& interdum utuntur uerbo emẽda
re de reſcrip.c.2.Et certũ eſt quod ſatisfactum intelligi
tur &c.ut in l.ſi rem uerſ.ſatisfactum.& bene facit de ſe.
excom.cùm deſideres.§.2.Quod autem non ſit iudicium
in uerbo reſtituere,probatur: pone ꝙ conduxi domum
tuam,non poſſumus eam reſtituere, condemnatus ſũ ad
æſtimationem.nunquid actionem tibi competẽtem ex
re iudicata contra me potes mihi remittere, utique,ut
in c.quàm periculoſum.& de renun.c.cùm inter.& ff.de
ædi.ædict.l.uenditor.§.item ad.c.ad noſtram.ij.reſponde
per no.de iureiur.debitores.Fede.Senenſis.

¶Quæſtio diſputata per do. Fed.Sen.in Peruſina Academia
anno Domini.M.cccxxxviij.

SVMMAE.

1 *Laicus an per accuſationem ſuam poſſit impedire promo*
tum in prælaturam,quominus gaudeat promotionis ef
fectu,& in hoc an probationes admittantur, & quo
pacto.
2 *Excipiendi ius non habens,agendi ius habere non poteſt.*
3 *Præcedentia poſſunt reſtringi,& regulari per ſequẽtia.*
4 *Inſtitutio canonica quid in promotionibus ad officia ec-*
cleſiaſtica ſoleat operari.
5 *Infamia contracta in uno iudicio,dicitur fidem facere in*
alio.
6 *Sententia lata contra clericum pro crimine ciuiliter in-*
tentato,reddit ipſum clericum infamem in cauſa recon
uentionis.
7 *Crimen,quod per ſolam conſtat confeſſionem, & de quo*
aliter non agebatur,an nihilominus puniatur.

QVAESTIO XXIII.

Titius electus in prælatum cuiuſdam eccleſiæ,&
edicto ſolenniter præmiſſo confirmatus,accuſa-
1 tur per laicum †parochianum ſuum de crimine
periurii præcedentis ipſam electionem, & quòd
tempore electionis erat infamis,ad hunc finem ſolum
ut ab ipſa eccleſia amoueatur. Ad quę probanda inducit
quædam acta,per quæ conſtat ꝙ ipſe Titius conuentus
actione depoſiti,iuratus dicere ueritatem,interrogatus
a iudice,reſpondit ſe nõ credere quòd Seius actor depo-
ſuerat ſibi rẽ ab eo petitã:demũ de ipſo depoſito fuit ꝑ
inſtrumẽtum publicum conuictus,& poſtea per ſenten
tiam cõdemnatus ad reſtitutionẽ rei depoſitæ,quę ſen-
tentia tranſiuit in rem iudicatam. Nunc primò quæritur
an dictus laicus audiri debeat,& ſi audiri debet,an dicta
probatio ſit ſufficiens ad remotionẽ dicti prælati.Et pri
mò uideť quòd nõ debet audiri,quia laici in accuſatione
clericorum non debet admitti,de accuſ.cũ p.de teſti. de
cętero.cum ſimilibus.Item non debet audiri,quia lapſũ
eſt tẽpũs,ĩ quod potuit ſe opponere,de exce.paſtoralis.
de proba licet.de elec.c.ulti.libr.6.cum ſimilibus .Item
2 †ſi nõ poſſet excipere, quod eſt minus, non poteſt agere
nec etiam accuſare, quod eſt plus.quia cui denegať qđ
eſt plus,& quod minus debet ſibi denegari , ut.ff.de ſe-
na.qui indignus.de ſen.excommuni.cum illorum.Sed ꝙ
excipere,ſit minus ꝙ̃ agere,patet de excep.c.cum inter&
de regu. iur.qui ad agendũ.lib. 6. Item ex quo sciuit,&
ſe non oppoſuit.ſuſpectus uidetur.ſuſpecti autẽ non ad
mittuntur,qui ma.ac.poſ.c.ulti.2.q.1.prohibentur.& q.
7.quærendum.cum ſimilibus.Item uideť quod nõ debeat
audiri ſuper dictis crimine,& defectu;ex quo enim hęc
non fuerunt oppoſita ante confirmationẽ.mores eius ui
dentur eſſe approbati,& tranſiuit ſententia confirmatio-
nis in rem iudicatam.ad hoc de pur.cano.c.ulti.de elec.
cum dilectus.& c.nulli.cum ſimilibus.lib.6.de teſti.eo.ꝑ
terea.& de iur.iu.c. quẽadmodum. ¶Cõtra quilibet po-
teſt accuſare, ſi non prohibetur,ff.de acc.l.qui.accuſare.
Sed in caſu noſtro prohibeť,quia accuſatio non fit ad eũ
finem,ad quem eſt inſtituta.ſ.ad depoſitionem,uel ad de
gradationem,ut de accu.ſuper his.& c.qualiter.ij.& tũc
dř cauſa criminalis criminaliter intentata. Sed qñ agiť
ſolum ad remotionem beneficii,dicitur agi ciuiliter de
crimine,puta per denunciationẽ,inquiſitionẽ, exceptio
nẽ,uel accuſationem.& in his caſibus laicus ſuper crimi-
ne audiatur ɔ̃ clericũ, ut de teſti.c.3.& no.co.tit,tã lite-
teris.& c.ex parte.de accu.qualiter.ij.in fi. magnæ gl.&
talẽ cauſam poteſt audire Epiſcopus ſolus ſine aliis Epi-
ſcopis.ut 18.q.2.ſi quis Abbas.& no.10.q.2.ĩ ſumma. &
in ſpec.de ac.in.§.quarto.ultra medium.§. 1.per Arc.5.
q.5.c.3.Et ideò cũ talis cauſa non ſit criminalis,ſi ciuili
ter agatur de crimine,poteſt in ea interuenire procura-
tor,de

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tor,de procuratoribus tuę.de accuſa.ſuper his. in fi.licet
autem iſte laicus utatur uerbo accuſationis,ſcilicet accu
ſo, tamen ſignificatum eius interpretabitur ex fine, ad
quem agitur,& dirigitur conclnſio libelli,quia non eſt
nouuum quòd † præcedentia reſtringantur, & regulētur
per ſequētia,ff.de penu.lega.l. nam quod. in fin. & de le
gatis.1.l.ſi ſeruus plurium in fin.cũ ſimilibus.Et ſic ꝑ lo-
cũ ab effectu iudicabimus iſtũ modũ agēdi nõ eſſe ueram
accuſationē,ſed potius denũciationē,uel actionem. Ad
quod facit quod not.23.di.illud ꝑ Archi.in 2.& 3.colũ.
¶Quod autē dixi ſ quòd de crimine agatur interdũ ꝑ uiā
accuſationis,patet,nā ſi peto Prælatũ remoueri, qa nõ
habet titulũ in eccleſia, ratione alicuius grauis criminis
præcedentis,uel irregularitatis,uel excõcationis, hic dr̃
agi ꝑ uiā actionis,extrà de reſcrip.c.2. ſic no. Hoſtiē. &
Cõpo.de elec.querelā.& ꝑ Archidi.poſt eũ.2.q.7.ſi quis
inquit.& Hoſti.de accu.qualiter.2. §. fina. ſuper uerbo,
tribus.

¶Præterea iſtius laici parochiani intereſt habere bonũ prę
canonicè inſtitutũ, à quo poſsit licitè recipere eccleſia-
ſtica ſacramēta. iniuriari ergo vr̃ iſte inſtitutus nõ cano
nicè ſuper parochia. ſed laicus auditur ſuā ꝓſequēs iniu
riā;ut de teſti.de cęte.ergo.&c.Talis.n.debet eſſe ꝑlatus,
nc populns famē,& ſiti uerbi Dei ſub eo patiatur, 13.q.
1.licèt.Itē excluſus à iure excipiēdi,nõ eſt excluſus à uia
agēdi,uel accuſandi,ut de ap.cõſtitutus.& de cõceſ.præ
bēd.poſt electionē. & ubicunque retrò redditur nullum
quòd geſtũ eſt,C.ſi ex fal.inſtru.l.penul.& l.ulti. & not.
de re iudi.c.quod ad cõſultationē i.glo.ulti.& de excep.
c.exceptionē.in glo.1.Sed i caſu noſtro inſtitutio vr̃ nul
la,ut potę facta de indigno,de electi.nihil.cũ ſimilibus.
& quia infamia ſua erat notoria ꝑ ſententiā. Vnde ſine
diſpēſatione nõ potuit ꝓmoueri.ut de tēpor.ordinā.c.ul
timo.ergo electio fuit nulla,ut not.Cõpo.de ele.cõſide-
rauimus.ergo licet nõ audiatur excipiēs,põt tñ audiri ac
cuſans, ne ꝑ ſubreptionē qs aſcēdat ad ꝑlaturā. de elec.
cum dilectus.Nā poſito ꝙ aliqs ſit cõfirmatus,& inſtitu-
tus,nihilominus põt puniri de crimine antecedēte ſuam
inſtitutionē,ut patet.81.di.q fine.& c.ſe.16.q.ult.c.1.&
ul.l.di.ex pœnitētibus.& 24.di.c.ulti.& ueritate maniſe
4 ſta,cedit opinio neritati,8.di.ueritate manifeſtata.†Sola
enim canonica inſtitutio facit quē Prelatũ,ita ꝙ antiq-
tas dierũ, uel res iudicata quo ad ueritatē nihil operat,
de re.iu.c.1.lib.6. Dicendũ eſt ꝙ iſte laicus accuſans re-
pelli nõ debet ideo,qa laicus,ꝑ hęc iura ꝓ hac parte in-
dncta.Nõ ob.c.de cętero.cũ ſuis ſimilibus,qa loqunntur
cũ agitur de crimine ciuiliter.Nec ob.eo.ti.c.3.cũ ſimili
bus.ſecus qñ agitur de remotione beneficij tñ, ut dictũ
eſt ſuprà, quia tũc admittitur. Verũtñ licèt nõ repellaſ,
ideò quia laicus,repellitur tñ ideò quia tēpore ę icti ꝓ
poſiti tacuit ſciēs.Quod autē fuerit ſciens,ꝓſumitur,12.
q.2.qui & humanis.de poſtula.pl.c.1.cum ſi.Preſumitur
enim ſuſpectus ex eo,ꝙ ſe nõ oppoſuit cum potuit, quē
ma.ac.po.cum i tua.niſi in caſibus ibi poſitis.ad quod fa
cit quod no.de clāde.deſpon.c.ulti.in 5.glo. ibi, & hæc
exceptio .i fi. ſecus ſi nõ habuiſſet facultatem ſe opponē
di,quia tũc auditur accuſans uel denũcians,ut de elec.c.
indemnitatibus.§.cęterùm.lib.6.Sed contra hāc ſolutio
nem opponitur de c.accedēs.de accu.de ap.conſtitutus.
de cõceſ.præben.poſt electionem.So.in c.accedens.non
habuit ille facultatem excipiēdi, quia planum eſt ꝙ ius
fuerat aſſecutus per collationē Papę;undè nõ exceptio-
ni,ſed accuſationi, uel denũciationi erat locus. ad capi.
poſt electionem.reſpõdendum eſt,ut ibi not.in glo.ulti.
Item nõ ob.de iureiur.debitores.ubi agit,non excipit,qa
illud ob reuerētiam iuramenti ſtatutum.eſt. De hoc au-
tem puncto.ſ. an audiatur agens,qui potuit excipere, &
nõ excepit,ſatis notat Innoc.de dolo, & cõtu. cùm olī.
de cauſa poſ.& ꝓpri.c.pe.,& per Compo. in 5.& 6. col.
de elec.ꝙ ſicut. ibi tenet Cõpo. i uerſi. ſi uerò agēs iura
uit ꝙ ille,q habuit copiā excipiēdi,& nõ excepit, nihilo
minus tñ adepta poſſeſsione auditur accuſans,ꝙ eſt ꝯ il-
lud.c.cùm i tua.qni ma.ac.poſ.Itē repellitur ideò qa ac-
cuſauit de crimine ꝑcedente electionē de pur.ca. c.ulti.
& ꝑ alia iura ꝓ hac parte inducta.Nõ ob.iura i ꝯtrariũ a-
legata,quia poſſunt intelligi de criminibus occultis tē-
pore electionis, & ꝑ cõſequēs nõ debet iputari alicui ſi
tũc nõ oppoſuit ſe petēti cõfirmationē, ſecus ſi erat fa-
moſũ & manifeſtũ.Nā in cõfirmatione,cā cognita,facta:
mores eius approbati ſunt, & quaſi ſecũ diſpēſatũ ꝓſumi
tur.Et hoc tāgit Hoſti.de teſti.ꝑtereà. Sed ꝯtra hāc ſolu-
tionē opponitur,quia ſm eũ ſequitur ꝙ melioris ꝯditio
nis ſit ille,cuius delictũ ſit manifeſtũ,q̃ ſi ſit occultũ :qđ
abſurdũ,ut patet de tēpo.ordi.c.ulti. & de cohabitatio-
ne cleri.& mulie.neſtra. cũ ſimilibus. Reſpõdeo ꝙ licet
iſte,uel ſciērer ꝓmouens indignũ,ꝯ eũ nõ admittatur,tñ
cũ alius,qui nõ ſit ſuſpectus,& ſuperior, uel ſucceſſor ꝯ
firmatoris admittatur,ar.de ele.ꝯiug.diuerſis fallacijs.i
ſi.meritò &c.Et ad hoc facit ꝙ no.de ęta. & quali. acci-
pimus. cũ ſimilibus in glo. pe. Sed itetũ ꝯ hāc ſolutionē
opponitur. nā ſi crimē erat occultũ tēpore electionis in
occultis ꝓſumitur ſm acta legitima ut not.2.q.7.ipſi.er-
go vr̃ ꝙ electio & ꝓmotio fuerũt canonicę ut de tēp.or.
c.5. cũ electio nõ ſit nulla,ſed annullāda,q̃ de crimino-
ſo fit.ut no.Inno.& Cõpo.de elec.ꝯſideramus. Sed poſi-
to quòd iſta ſolutio ſit uera,cui tñ cõtradicit Hoſt. & de
hoc plene recitàtur ꝑ Archi.di.8.q.1.i ſcripturis.intelli
gitur tñ de occulto tali quòd poſt pœnitētiā nulla nota
uel irregularitas remaneat ut ipſe Cõpo.notat in d.c.cõ
ſiderauimus, quod nõ vr̃ eſſe in caſu noſtro cũ periuriũ
& infamia nõ purgētur ꝑ pœnitentiā.2.q.3.§.hinc col-
ligitur.& de teſti. teſtimoniũ. ſed certè ꝑiurus vr̃ habi-
lis poſt pœnitentiā ad ꝓmotionē,de tēpo.or.c. ulti. li-
cet nõ quo ad teſtimoniũ.Itē gl.Io.poſita.2.q.3.ipſi. nõ
vr̃ uera,cũ cõfeſsio.& pœnitētia debeāt ꝓbari.ut no.de
teſti.c.nup.& c.teſtimoniũ in fi.in 2. q. præſuppoſito ꝙ
periurij infames,nõ ſint habiles ad promotionem,patet
de iu.iu.querelam.& de exceſ.prela.inter clericos.de re
gu.iu.infamibns lib.6.Et etiam pręſuppoſito ꝙ i caſu no
ſtro iſte de quo queritur ſit infamis:ut.ff.de his qui notāt
infa.l.1.& not.3: q. 6.§. porro. Arguitur primo ꝙ talia
acta faciāt plenam fidem in hoc iudicio, ut probatur de
teſti.teſtimoninm.ff.eodem titulo.l.3.§.Iulia.& l.quæſi-
tum.Nam talis ſentētia facit fidem in alio iudicio ad ꝓ-
bationē infamiæ.Et hoc etiā inquit Innoc.de accu.qua-
liter.ij.ad finē magnæ glo.& crimina undecunq; clarue
runt puniēda ſunt.24.q.3.ecce.ad idem de foro compe-
ten.poſtulaſtis.24.q.2.quiſquis.& c.ſequē.ff.de iureiur.
l.ſi duo.& quod nota. ꝑ Inn. de electio. ꝑ inquiſitionē.
&c.ſuper eo.& de ꝓba.poſt ceſsionē.& de ſen.excõ.de
cernimus ad idē qđ no.2.q. 6. alicui. & de excep. exce-
5 ptionē Ex qbus colligitur† quòd iſamia ꝯcta,& excõmu
nicatio incurſa in uno iudicio,faciunt fidem in alio. ēt
inter alios.ad idē facit qnod not.Innoc.& Hoſtiē.de ex
cep.periurij.& de accuſa.ſuper his ad fi. Ad idē facit de
maio.& obedien.cũ in eccleſijs.& de nerbn.ſignifi.c.2.
lib.6.& omnia alia iura ꝑ quæ probari,põt,quòd per in
ſtrumentũ probatur crimen.de qua materia no.per Ar-
chi.2.q.7.pleriq; in q.Io.And. crimē probetur ꝑ inſtru-
mentum. quæ quæſtio ſituata eſt de regu.iur.ſemel ma-
lus.lib.6.in mercuri.Cõtra,res inter alios acta &c.de re
iudi.c.pe.C.eo.titu. in rubro & nigro. Et quemadmodũ
dicimus de ſententia ꝙ nõ facit fidē in alio iudicio. Itē
de actitatis ante ſententiā.de fi.inſtru. inter dilectos. §.
porro.Ad idē bene facit quod no.Ber.de iudi.at ſi cleri-
6 ci.& Hoſti.ibi & 2.q.1.multi.ubi notatur† quòd ex ſentē
tia lata ꝯtra clericũ ſuper crimine ciuiliter inrentato in
cauſa recõuentionis puta de furto.ex qua ſententia uide

tur in-

tur infamis.ut.ff.de furtis.l.non poteſt. Nō poteſt Epiſcopus repellere talem clericum. Ratio quia ad hoc nō fuit actum.de or.cog.c.2.ad fi.de ſymo.licet hely.ad idē qđ no.de elec.ſuper eo.& de teſti.teſtimonium.ubi repulſio in alio iudicio facta nō præiudicat, niſi aggrauatio probetur in alio nouo iudicio.Ad idem de teſt.ueniens.& c.cauſam.& c.cum in tua.Ex quibus probatur ꝙ etiam inter eaſdē perſonas acta in uno iudicio habita nō faciūt fidem in alio.Sed ī caſu noſtro perſonæ ſunt diuerſę & ēt modus agēdi uariatur.ad idem de excep.c.1.in fine.¶Prętereà cum conuentus actione depoſiti habeat ſe defendere ſuper depoſito,& nō ſuper periurio ſuper quo nō agebatur,durū eſſet ꝙ ille de crimine periurij debeat puniri, cū ſuper eo non fuerit facta defenſio quam etiam facere non tenebitur.¶Ad hoc optime facit, quod legit & notatur de teſti.ueniens.uerſi.cū audito,cum declaratione quā ponit ibi Hoſti.facit etiam quod no.Inno. & Cōpo.de elec. per inquiſitionē, ubi dicit dare regulam. ꝙ

7 †licet de crimine alicuius cōſtet aliter quam per cōfeſſiones,nō debet quis puniri ſi ad hoc non agebatur,contra probationes enim ſiue ſint teſtiū ſiue inſtrumentorū multa poſſent obijci, q̃ ſi taceat ille ꝯ quem producūtur ſibi nocere nō debēt niſi inquantum modus agendi patiatur.¶Sed poſſes dicere hic cōſtat per ſuam negationē de piurio falſi,ergo debet puniri.ut in c. ulti. de iureiu.li.6.So.ut ibi. ¶Prętereà ī criminalibus probationes debēt eſſe luce clariores.& neceſſario inferētes.C. de proba.ſciant.2.q.8.ſciant.ac in propoſito licet ille fuerit cōdemnatus ad reſtitutionem depoſiti.potuit.tamē nō credere vel non recordari de illa re quæ apud eum depoſita dicebatur,quia forte huius nō habet memoriam. ſed facit quod nota.de teſti.cum cauſam.primo & ſecundo reſpon.licet in proprio facto non ſit probabilis ignorantia.tū ex hac præſumptione cum non ſit uiolenta non debet quis condemnari.de præſumptionibus litteris.& ſufficiat ꝙ potuerat non credere,uel non recordari ꝙ ſæpe accidit in proprio facto de ſen.excom.cū illorū.in priu. ¶Præterea ſi diceremus contra,ſequeretur abſurdū. nam cum in qualibet cauſa iuretur de ueritate, & de calūnia: tunc diceremus ꝙ victus poſſet de periurio puniri.uel ex officio iudis durante inſtantia.ut.C.de teſti.nullum.aut de nouo iudicio inſtituto.quod eſt abſurdum, cū ad hoc non ageretur.Solutio.uidetur dicendum ꝙ per illam ſententiam in hoc iudicio productam probetur iuris īfamia per iura pro hac parte inducta. ¶Non ob.quod dr̄ ꝙ res inter alios acta &c.nā ſpeciale eſt in ſententia quæ infamiam parit. Nam cū dicta infamia & quæcunq; alia ex ſententia proueniens non poſſet probari niſi per ſententiā,oportet dicere neceſſariò, ꝙ aut illa ſentētia ea qua prouenit illa infamia faciat fidē ī hoc nouo iudicio.aut ꝙ iura de tali infamia loquētia.ut. ff.de iudi.l.infamiæ. & de his qui no.infa.l.1.& l.furti ſint impoſita uerbis,ꝙ non eſt ſentiendum.de ele.commiſſa.lib.6. pro hac ſolutione facit quod not.Inno.de acc.qualiter.ij.ad fin.glo. magnæ.¶Non ob.quod not.de iudi.at ſi clerici.in glo.1. quia licet ille clericus ex tali infamia, uel cōdēnatione non debeat in illo iudicio puniri,cum ad hoc nō fuerat actum:nō negatur tamē quin nouo iudicio inſtituto puniri poſſit.Et eſt ſimile quod de calūnia punienda.nota. 2.q.3.§.notandum in princi.C.de calum.l.1.¶Nō ob.qđ notatur c.teſtimonium.& c.ſuper eo. quia licet ſola repulſio non ſufficiat ſine aggrauatione.tū ſufficit diffinitiua ſententia.Vel dicas ꝙ potius cōcordat. ¶Nā ſicut repulſio cū aggrauatione ſufficit:ita ſentētia cū infamia ī de proueniēti ſufficit,& utrunq; probatur.in c.teſtimonium. ¶Non ob c.ueniens.ij.quia ſicut alias dictū eſt ſpeciale eſt in ſententia,quę parit infamiam inter quoſcūq; lata.Nec eſt nouū,tolle ſimile in eo,quod legitur & no. ff.de iureiur.eum qui.§.in popularibus.de accu.de his. de elc.cum dilectus.ij. Non ob.iura quæ innuūt crimē non poſſe per inſtrumētum probari,quia poſito ꝙ ita ſit.regulariter tū in caſu noſtro dicendum eſt quod non agimus hic de crimine ſed de infamia quæ per inſtrumentū ſententiæ probari poteſt & non aliter,ſicut probatur crimē illius qui inſtituit tutorē presbyterum, uel q hæreticos hæredes inſtituit.Item in quo qui iurauit ꝯtra.Et in eo q alienādo rem eccleſiæ ſubſcripſit uel alienauit.Iſta omnia probantur per inſtrumentum.Sed licet ea tali ſentētia probetur de infamia,non tamen per talia acta probatur periurium,per iura pro hac parte inducta.¶Non ob. de iureiur.c.ultimo.libro.6.nam ibi de periurio cōſtat ꝑ confeſſionem inexcuſabilem ponentis ꝯria uel cōtraria reſpondentis.Sed hic non conſtat per confeſſionē imò dr̄ hic conſtare per inſtrumentum à parte aduerſa productum.Itē in caſu noſtro potuit eſſe obliuio facti ut dictū eſt ſupra.ſed cum conſtat per confeſſionem ibi, illa cōfeſſio bene ꝓiudicat in alio iudicio ꝑ l.generaliter.C.de non num.pec.& de proba.per tuas.& no.per Inn. & Cōpo.in c.per inquiſitionem.Hoc eſt quod nō ſtatur ſecundo dicto teſtis.ut no.in c.cū in tua.& c. ueniens.de teſti. ſed ꝯ hoc ꝙ dicitur de confeſſiōne ob.de excep.c.1.in fi. ſo.ibi non negatur quin extraordinaria pœna puniatur: ut ibi dicit Inn.Item ibi non agebatur ꝯ teſtē ſed excipiebatur quod ſolum tendit ad repulſionem non ad punitionem.¶Non ob.quod not.per Inn.& Hoſt. de accu.ſuper his.ad fi.nam licet probetur pecunia non ſoluta, ea quo non apparet ſoluta in termino,ad hoc ut compellat ſoluere creditori:non tamē talis probatio ſufficit,ut ꝓpter crimē periurij puniatur,uel à promotione repellatur.& quia dictum eſt ſupra ꝙ ille qui reſpondit per uerbū nō credere non incidit in periurium, ſecus ſi reſpōderet ꝑ uerba aſſertiua.Ideo uidetur obſtare quod no.de iureiu. ea literis in glo.ult.Secundo fateor ꝙ ille æque ſibi præiudicat qui reſpondit per uerbū ſcio uel credo, ſed ī caſu noſtro nō reſpondit per uerbū ſcio uel credo,ſed nō credo.Vnde licet ſibi pręiudicet confitendo nō tū ꝓiudicat ſibi negādo credulitatem.qa nō crederet ea obliuione facti id qđ uerū eſſet.Sed ille qui rñdēdo ad libellū dicit credo qđ petitur,uel quod ponitur,cōfitetur quid.n. quęrimus plus ſi credatur uerum eſſe quod petitur. Fed.

ADDIT.

¶Cum in tua.Vide quod ibi ſcripſit Ioan.An.ſolutio hæc ꝑ me poſita non uidetur omnino uera.ut no.de reg.iu.mora.iu 2.q.lib.6.in mercurialibus.

¶Conſultatio facta per quendam legiſtam domino Federico Peruſij.

SVMMAE.

1 *Iudex an recordari poſſet per exceptionem ſuſpitionis propoſitæ ante præſentationem litterarum.*

2 *Argumentum de mandato procuratoris ad munus iudicandi an ſit ualidum.*

3 *Iudicandi munus neceſſarium eſt: officium uero procuratoris uoluntarium.*

4 *Iudex poteſt procedere ante præſentationem litterarum facta ſibi fide de illarum commiſſione.*

QVAESTIO XXIIII.

1 COGITETIS ſi exceptio † ſuſpitionis propoſita ante præſentationem litterarum procedat quia ſub conditione propoſita eſt: & antequam ſit iudex,quia non acceptauit, uidetur quòd poſſet proponi ſub conditione. Sed an atequam acceptare & ſibi litteræ præſententur,dubito.

¶Reſponſio domini Federici.

ALIAS dubitauit & tūc recipi ꝙ ſufficiat quod feciſtis.Nam decre.iudex de offi.deleg.li.6. dicit ꝙ iudex poteſt

dex poteſt recuſari. Eſt ergo uidendum an ſit iudex ante
præſentationem litterarum ex uerbis Innocen.& Hoſti.
de reſtitu.ſpo.ex conquæſtione.in gloſſ.magna.& de ap.
c.ſuper co.Archi.de procu.lib.6.innuit quod ante præſé
tationem nõ habet iuriſdictionem.Ego non credo ꝙ di-
ctum eorum ſic nudè ſit intelligendũ. Et credo ꝙ debeat
exponi idest nõ habeat exercitium iuriſdictionis. nam à
die datæ eſt iudex licet nõ poſſet exercere iuriſdictioné.
nam ante præſentationé nõ appellatur iudex. ut in c.ſu
per eo.& no.per Hoſt.de reſcrip.eam te, in fi.nec eſt ar-
2 gu eiusdem †de mandato procuratoris ad munus iudican-
3 di:nam munus iudicandi eſt neceſſarium.ut in l.munerũ
§.iudicandi neceſſitas ſed officium procuratoris uolũta
rium.Datio enim iudicis facta in curia facit illum iudicẽ
licet nõ poſſet exercere.Vnde ſm Ber.nulla facta præſen
4 tatione poteſt iudex procedere facta fide de commiſſio-
ne literarum. Licet alij cõtra in hoc. ut not.de priuil.c.
cum olim.in fi.ulti.glo.Hinc eſt ꝙ quãdo uolumus ſcire
àn iuriſdictio alicuius poſſet impugnari recurramus ad
tẽpus datæ ut not.de præben.dilectus.ij.Et eſt hodie tex.
de reſcrip.c.1.li.5.nec eſt hoc nouum ꝙ quis ſit iudex &
procedere nõ poſſit: ut not. de reſcrip. paſtoralis.ij.re-
ponſo ad finem. Si teneremus ꝯrium ſequeretur abſurdi-
tas ꝙ actor poſſet præuenire diligentiam rei uolentis re
cuſare iudicem quia clam præſentauit reſcriptum.Talib⁹
enim ſupplicationibus & preuẽtionibus obuiandum eſt
de ap.oblatę. Fauendum quidem eſt reo in hac parte, ne
ſuſpectus.iudex cuius ſuſpitio poteſt probari:committat
alteri ſuſpecto ſibi,cuius ſuſpitio non poterit bene pro-
bari,& fauorabili alteri parti.Feder.

¶Reſponſio domini Federici de Senis ad quoddam dubiũ
Peruſij.Anno domini.M.cccxlj.

S V M M AE.

1 *Promotus in prælaturam eccleſiæ ſi adueniẽte conſtitu-
tione quòd talis ad ſacerdotium promoueatur an defe-
ctu promotionis pœnam priuationis incurrat.*
2 *Priorum appellatione,àn contineatur Præpoſiti: Deca-
ni uel alij Præſidentes eccleſiis conuentualibus.*
3 *Dignitatem perſonatus, & officium quòd pro eodem in
iure accipiantur.*
4 *Conſtitutio quæ loquitur de aliquo ordine mendicãtium
an porrigatur ad alium ordinem.*
5 *Monachorum appellatione,an contineantur canonici re
gulares.*
6 *Argumentum à ſimili,uel ab idemptitate rationis , non
procedit in his quæ à iure communi exorbitant.*
7 *Principis declaratione opus eſſet in materia.q.25.*

Q V AE S T I XXV.

CASVS talis eſt. Quidam fuit promotus in Præ
poſitum collegiatæ eccleſię canonicorum re
5 gularium†iam ſunt anni.x.& interim ſuperue
nit conſtitutio domi. Benedicti quę eſt.18.&
incipit. Prędentiũ auctoritate ſtatuimus.ubi tractatur de
promotione pręlatorum in religione canonicorũ regu
larium,& de pœnis eorum:qui ſe non faciunt promoue
ri.Iſte præpoſitus nec ante illam conſtitutionem nec po
ſtea fuit ad ſacerdotium promotus. Quęritur nũquid de
buerat promoueri.Et an pœnam priuationis incurrerit
ex eo quia non fuit promotus.¶Ad primum reſpondetur
ꝙ debuerit promoueri de ęta.& quali.c.1. Sed non pro-
pter hoc pœnam priuationis incurret etiam ſi præpoſitu
ra haberet parrochiam,& curam animarum , ut de elec.
ſtatutum.li.6.Modo quęritur an per nouam conſtitutio
nem domini Clementis de ſta.mo.c.2.§.cæterum.ille ꝑ-
poſitus nõ promotus incurrerit pœnam priuationis.Et
uidetur ſic,quia prior habens conuentualem eccleſiã de
bet promoueri.alias pœnam incurrat ut ibi.Sed præpoſi
tus & Prior qui præſunt Conuentibus regularibus idẽ li
cet nomina ſunt diuerſa . Vnde idẽ ius debet eſſe quia de
diuerſitate nominum, & uocabulorum nõ eſt curãdum.
ex quo idem important de uerbo.ſign.nihil.& 90.di.§.1.
& c.2.Reſpondeo illa conſtitutio domini Clemẽtis loq
2 tur de monachis,& non canonicis regularibus.Item †ſub
nomine Priorum nõ continentur præpoſiti Decani &
alii præſidentes eccleſiis cõuentualibus. Et ideo Benedi
ctus.xij.illam conſtitutionem Clementis quæ pœnã im
ponit prioribus,qui ſe nõ faciunt promoueri ad ſacerdo
tiũ,extendit ad præpoſitos Decanos & alios pręſiden-
tes,nõ autem declarauit. & tñ erat eadem ratio in omni-
bus præſidentibus,ut patet in ſua conſtitutione de ſtatu
monachorum nigrorum quæ eſt.xxix.incipit,Inſuper cũ
caueatur.ad quod facit no.de reg.c.3.lib.6. ¶Reſtat nũc
uidere an per conſtitutionem domini Benedicti quę tra
ctat de canonicis regularibus , ſuperius nominati pœ-
nam incurrerint.Et uidetur ꝙ ſic,quia dicitur quòd ha-
bentes dignitates perſonatus,officia, & adminiſtratio-
nes in monaſteriis & aliis locis conuentualibus eiſdẽ re
ligionis,debeat promoueri infra annum.aliàs incurrunt
priuationem ipſo facto.& habet locum pœna etiã in il-
lis qui ante conſtitutionem erant promoti:ut ibi in fi.po
nitur.¶Sed ꝯ uidetur.nã ibi dicitur quòd prioritas &c.&
nomine prioris non continetur decani & prępoſiti ut
dictum eſt ſupra.Item quia dominus Benedictus qñ uo-
luit præpoſitos priuare nõ contẽtus fuit nominare prio
res:ſed nominauit & ſpecificauit præpoſitos,ut patet in
cõſtitutione.xix.quæ incipit,Dignũ fore.§.in cathedrali
bus.Et idem facit in titu.de monachis,& in cõſtitutione
xxix.Inſuper ſupra allegata.Item quod loquitur in dicta
conſtitutione dignitates & perſonatus &c.intelligitur
de his qui habent dignitates & ꝑſonatus in locis cõuen
tualibus,non autem de præſidentibus locorum cõuentua
lium,& hic no.præpoſito de qua uide quod no.Innoc.
Ioan.An.de præben.c.1.in glo.de iſto.& de æta.& quali.
c.2.in glo.cathedralibus in clemen.ſed ſi hoc eſſet uerũ
ſequeretur iſtud ꝙ præpoſitus exiſtens in aliquo Cõuen
tu ſub Abbate uel Priore,ꝙ teneatur promoueri ſub pœ
na iuris:& tamen ſi præpoſitus eſſet principalis prælatus
eccleſiæ conuentualis non teneretur.Et ego reſpondeo
& dico ꝙ mirari nõ debes. nã hactenus prępoſitus paro-
chialis eccleſiæ ita ꝙ nõ ſit dignitas debeat promoueri.
& ſi talis præpoſitus haberet dignitatem,puta quia Præ
poſitura eſſet Conuentualis nõ tenetur promoueri ſub
pœna iuris ut in c.ſtatutum.de electi.li.6. In hoc ſtat q̃-
ſtio cum olim prępoſitus Conuentualis eccleſiæ etiam
curatæ nõ teneretur promoueri ſub pœna iuris,nũquid
ſit receſſum ab illo iure,& uidetur quòd nõ:quia hoc nõ
eſt expreſſum,& ſi dicatur expreſſum eſt in aliis ubi eſt
maior ratio.Reſpondetur ad hoc ut in principio per id
quod no.de regula.conſtitutionem.lib.6.

¶Super eodem.

¶Dictum domini.P. de Tuderto,cui non placuit dicta re-
ſponſio.

VIDETVR ſaluo ſemper meliori conſilio & maxi-
me ueſtro, ꝙ dict.Præpoſitus collegiatæ eccleſię
canonicorũ regularium debuerat ſe facere ꝓmoue
ri ad ſacerdotium ſub pœnis à iure ſtatutis. & moueor
3 tali ratione.†Cõſtat enim ꝙ iura uidẽt iſta tria pro eodẽ
accipere.ſ.dignitatem,perſonatum,& officium,ut patet
extra de conſti.cũ accetsiſſent.ubi de hoc recitari cõſue
uit.& de præbẽ.cum in illis lib.6.& hoc idem uř ſentire
Archi.de conſue.c.1.lib.6.ſed cum cõſtitutio Clemẽ.hoc
ſtatuat de habẽtibus dignitatem. ergò & de aliis idẽ ſũt
enim realiter cũ dignitate ipſa, & ſub ipſa fictione iuris
comprehenduntur & idẽ ſtatuiſſe uidetur. Nec obſtare
uidetur

uidetur ꝙ idem loquatur de monachis, quia idem itelli-
gendum in canonicis regularibus, cum idẽ ius regulari-
ter ſit in utroq;, ut patet de ſta.re.ꝙ Dei.81.di. dictũ cũ
4 ſimilibus. Nec ob.† quod dicitur ꝙ cõſtitutio quę loqui-
tur de aliquo ordine mendicantiũ nõ porrigitur ad aliũ
ordinem in quo non ſit eadem ratio ut no.in d.c.cõſtitu
tionem de regula.li.6.quia illud intelligo quãdo expreſ
ſe de aliquo ordine loquiť cuius appellatione alij ordi-
nes nõ ueniunt. Sed ſecus crederẽ ubi generaliter de mo
nachis loqueretur: quia tunc omnes ueniunt, & etiã ca-
5 nonici regulares quia † ipſorum monachorũ appellatio
ne dicti canonici cõtinentur, ut in iuribus ſupra allega-
tis. Igitur quodcunq; iſtorum. ſ. ſiue dignitatẽ ſiue perſo
natum uel officium dictus Præpoſitus dicať habere, ſuf-
ficit quãtum ad hoc ut ſe debuerat facere promoueri ar.
illius decre.clemen. Et dato ꝙ iſta ſint diuerſa. ſ. dignitas
perſonatus, uel officium, ad huc idem crederẽ argu. illa-
rum extrauagãtium Benedicti, quę uidentur hoc dicere.
nam negari non poteſt quin eſt Præpoſitus dignitatẽ, per
ſonatum, uel officium habeat, ut ſatis patet per not. ĩ di-
cta decre. cum acceſsiſſet, quorum quolibet habere ſuf-
ficere uidetur. ¶ Nõ ob. quod dicitur ꝙ illa itelligatur de
habentibus dignitates uel perſonatus in cõuentualibus
eccleſiis non autem de Præſidente alicui Cõuentui regu
lari. ſicut eſt in caſu noſtro quia arguẽdo à ſignificatione
uerbi, ſatis iſte, qui præeſt Cõuẽtui dicitur habere digni
tatem, quia dignitas non eſt aliud niſi præeminẽtia in ec
cleſia, immò fortius, talis dicitur habere qui præeſt cõuẽ
tui q̃ in dicto conuentu habere dignitatem ut colligiť
& no.in dicta decre.de præb.c.1. Hæc autem ſint dicta
breuiter ad emendationem & correctionem.

¶Federicus

¶Impugnatio facta ad iſtam reſponſionem per dominũ Federicum de Petrutijs de Senis. ibi. Hoc ſtatuit de habẽ tibus dignitatem.

NON loquitur Clemens generaliter de habẽtibus di
gnitatẽ, ſed de habẽtib. Prioratus cõuentuales ſub
quibus nõ comprætenditur Præpoſitura, quamuis
ſit eadem ratio, quia in his quæ exorbitant à iure commu
ni non procedit talis argumentatio. Vnde Bonifacius nõ
declarauit, ſed extendit in c.3.de regula.libro.6.& Bene
dictus.xij.extendit Clementis conſtitutionem loquẽtẽ de
habentibus prioratus Cunuentuales ad Præpoſituras &
Decanatus Conuentuales ut de ſta.mo.c.29.quod ĩcipit.
Inſuper cum caueatur. Et ſi dices igitur per iſtam extẽſio
nem comprætenditur. Præpoſitux igitur ſopita eſt quæ-
ſtio. Reſpondeo iſta cõſtitutio ſolum habet locum i mo-
nachis nigris. Vnde ibi dicit ordinis ſeu religionis huiuſ
modi, ibi huiuſmodi, ibi quod Dei timorem, quia iura lo
quẽtia generaliter de monachis vt religioſis habẽt locũ
ĩ canonicis regularibus. Sed iura ſpecialiter prodita cir-
ca monachos nigros nõ habẽt locum in canonicis regu
laribus. Er ideo do. Benedictus per ſe facit conſtitutionẽ
de monachis ngris & per ſe de canonicis regularibus. In
6 fine ibi fortius. ſupradixi ꝙ †argumentum à ſimili, uel ab
idemptitate rationis non habet locum in his quę exorbi
tant à iure communi. Vnde in talibus Princeps nõ decla
rat ſed extendit ut not. de reg.iur.c.3.li.6.& in cõſtitutio
ne Benedicti, inſuper cũ caueatur ſupra allegata. Circũ-
ſcripta igitur mente conſtituẽtis quæ mihi nõ patet, per
conſequẽs debeo ſtare uerbis ut.ff.de excr.l.1.§.is i fi.c.
Credo ꝙ primo dixi, & ſic conſulo. utilis tamen eſſet Prĩ
cipis declaratio.

¶ Dominus Ioan. An. conſultus reſpondit ut ſequitur.

¶ Chriſti ſuæ matris & beati Hieronymi ſuffragijs & no
minibus inuocatis per rationes iductas ſatis uidetur iuri
cõſonum præſcriptum conſilium domini Federici circũ
ſcripta intẽtione ſtatuentis ut in alia cedula ipſe ſcripſit
mouetur quia conſtitutio domini noſtri de canonicis re
gularibus quæ incipit præſentium. uerſicu. qui prioratus
dignitates. &c. per prędictam dictionem dignitates nõ
comprehendit principales pręſidentes, nec ſũt ſub nomi
ne prioratus, qđ patet ex eo quod ibi ſequitur, uel ſaltẽ
ad ordinẽ uel dignitates, officia &c. hic duo nota. ꝙ non
repetit prioratus qui neceſſario requirit ſacerdotium. Se
cundo ſi dicatur ꝙ prima dictio dignitates, non compre
hendit principales præſidẽtias, ſequitur intentũ pro cõ-
ſilio domini Federici, ſi uero dicatur quod comprehẽdat
ſequitur idem. cum per uerba præſcripta ibi uel ſaltẽ &c.
pateat quod talis dignitas non ſub nomine prioratus, nõ
requirit neceſſario ſacerdotium. Reliqua in cõſilio alle-
gata ſufficiunt. Ad id tamen quod allegatur de deci. cõ-
ſtitutus. de regu. addi. poteſt decre. ſtatutum.ij. de hære.li
bro.6.in fi. ideſt gl. cum ſimilibus. & co. lib. de pe.c.roma
na.ij. reſponſo in fin. ulti. gloſ. Ego. Io. An. propria manu
ſcripſi meum faciens ſigillum apponi.

¶Dubia quæſtio domini Fede. de Petrucijs de Senis.

S V M M AE.

1 *Frater minor ordinis ſancti Franciſci an ſi iuris ſolennita*
te adhibita ad profeſſionem orationis ſancti Benedicti
tranſeat, efficitur capax ſucceſſionis bono. mater. hæ-
reditatis ſibi tempore quo erat ordinis. S. Franciſci de-
latæ.
2 *Excluſus ab hæreditate ex uno capite an & quando re*
integra poſſit ex alio capite admitti.
3 *Religionis fauore multa contra ius cõmune ſtatuta ſunt.*
4 *Filij exiſtentia, qui non poteſt ſuccedere, an defectum fi-*
deicommiſſi, eo decedente ſine filijs, inducat.
5 *Vſucapiens pro emptore debet eſſe bonæ fidei tempore*
traditionis, & tempore contractus.
6 *Non eſſe, & inhabilem eſſe ad aliquid quòd paria ſint.*

QVAESTIO XXVI.

CASVS talis eſt. Quidam eſt ingreſſus & profeſ-
s ſus ordinem fratrum minorum † poſt profeſsio
nem ab inteſtato ſibi eſt delata hæreditas ma-
terna. cuius hæreditatis, præfatus profeſſus uel
ipſe ordo minorum capax non eſt. Deinde hæreditate ia
cente, & non apprehẽſa per proximiorem in gradu, ille
profeſſus ad ordinem ſancti Benedicti, uel aliũ, cui licet
proprium habere in communi, iuris ſollẽnitate adhibita
tranſiuit. Modo quæritur an monaſterium ſecundi ordi-
nis ex perſona iſtius olim fratris nũc monachi poſsit pe
tere illam hæreditatem uacantem. Certum eſt quod dũ
erat in ordine minorum non poterat ipſe uel ordo cape
re, cum ſint non capaces, nõ ex uitio, ſed ex profeſsione
regulæ ut in decre. domini Clemen. exiui. §. cupientes in
11. col. & per cõſequens hæreditas deferebatur adueniẽ
tes ab inteſtato ſm ueriorem opi. De hoc not. per Inn. &
Hoſti. de proba. in præſentia. Sed re integra. i. præfata hæ
reditate per alium non adita factus eſt iſte & eius mona
ſterium capax & ſic uidetur admittendus: quia ſufficit ꝙ
tempore aditionis ſit capax: tempus enim aditionis eſt ꝑ
petuum ut no. C. de iur. del. l. cũ antiquioribus. Ad hoc.
ff. de acqui. hęredi. l. ſi ſeruus eius qui capere, ibi conſide
2 ratur tẽpus aditionis. Item † excluſus uno capite, admitti
tur alio capite maxime re integra ad hoc. ff. de ſuc. edic. l.
j. §. ſed uidendum eſt. Optime facit quod legitur, & no. de
procura. licet. li.6.& de pręben. ſi tibi abſenti. eo. li. Ex q-
bus colligitur ꝙ re integra qui à principio uenit admitti
tur, optime etiam facit quod no. de reſcrip. quamuis li.6.
in fi. & quia res redit ad eum caſum à quo efficax potuit
habere principium. Ad hoc de conuer. coniug. placuit. cũ
ſimilibus. Facit etiam ad hoc quod no. de reſuſcitato. 35.
q.2. licite. & quod no. in Specul. de ſta. mo. uerſicu. 14. ubi

tractatur

tractatur de eo,qui egreditur religioné auctoritate Pa-
pæ an recuperet patriá poteſtatem.Quomodocúque er-
go iſte de nó capace ſit factus capax ſiue iuris beneficio,
ſiue per reſtitutionem principis,ſiue ꝙ ſit ſublatú impe-
dimentum primum ex quo res eſt integra admittendus
eſt ſiue ſecundum monaſterium pro eo maxime i fauo-
2 rem religionis .nam † ob eius fauoré multa ſpecialia có
tra ius commune ſtatuta ſunt,ad hoc.19.q.ulti. i ſi. Sed
quomodo eſt res integra cum ius adeúdi ſit queſitú pro
ximioribus.dato ergo ꝙ ille deueniat ad ſtatú quo adi-
re poſſet,non tamen tenetur adire in præiudiciú illorú
quibus cópetit ius aduendi ut in c.quàmuis, de reſcrip.
lib.6.Item iſte profitendo,renunciauit proprio,& omni
iuri,non tamen illud ius ſicut nec omnia bona ſút dedi-
cata ordini minorú tanquàm nó capaci. Iſtud habet lo
cum quando ante profeſsionem delata eſt hæreditas. Et
ſic profiteudo uidetur perdere ius adeúdi,& tamé i iſto
caſu duobus téporibus.ſ.delationis & aditionis eſt ca-
pax.Item pone ꝙ aliquis pater famili.habés bona immo
3 bilia ingreditur ordiné minorum, profitendo renúciat
bonis,& tamen illa nó applicétur ordini minorú cuius
ſunt,uidetur ꝙ poſſunt appræhédi per cóſanguineos ut
dictum eſt.Pone ergo ꝙ iſte tranſeat ad aliud monaſte-
rium,quo iure ſecundum monaſterium aſpirabit ad bo-
na,poſito ꝙ ſit apprehenſa adhuc per conſanguineos.Ex
perſona iſtius ſecundo profitentis nó:quia tempore ſe-
cundę profeſsionis iſte non habebat aliqua bona.Ex per
ſona primi conuentus non : cum Conuentus fratrú mi-
norum illa nó habet.¶Eadem quæſtio uidetur poſſe fie-
ri ſi antequàm bona profeſsi ordinem minorum appre-
hendatur per conſanguineos,ordo minorum reddat ca-
pax ad ſuſcipiendum hereditates & bona . Nunquid di-
ctus ordo factus capax poſsit dicta bona petere in pręiu
dicium conſanguineorum.Vnde ex præmiſsis uidetur ꝙ
iſtæ queſtiones nó ſunt eędem uel ſimiles,ſcilicet ſi ante
profeſsioné delata eſt hæreditas cui renúciaſſe vr̄ pro-
fitendo an poſt profeſsionem obueniat.Ná ſi poſtea ob-
ueniat,licet non poſſet capere ipſe uel ordo;non tń re
nunciat.Vnde ex quo transfertur ad ordinem capacem
táq̃ prior in gradu poteſt adire.Sed certe ille.§.ſed uidé-
dum æquiparat an quis excludatur tempore,uel repudia
tione.& utroque caſu præferatur cæteris.

¶Reſponſio domini Iacobi de piſtorio.

DICO breuiter pertinere hærepitatem ipſam ad
Monaſterium ſecundi ordinis,& moueor quia me
dio tp̄e inter tépus mortis,& aditæ hęreditatis hę
res depræhenditur nó capax,ſicut i propoſito fuit pro-
pter ingreſſum primæ religionis,quæ non poteſt habere
proprium.tamen hoc non prohibet qń poſsit adire herę
ditatem cum tempore mortis & hæreditatis aditę capax
ſit:ut.l.alienum.§.extraneus cum materia ſua.Ité per adi
tionem hæreditatis quæritur dominium rerum hęredita
riarú:ut l.cum hæres.de acquir.poſ.& l.1.de bon.poſ.ac.
certum eſt de iure,ꝙ ſi monachus relinquat uná religio-
nem & tranſitum faciat ad aliam ꝙ bona poſtea quæſita
ad ſecundam religionem ſiue ad ſecundum monaſteriú
pertinent:ut in aut.de monachis.§. ſi uero relinquens in
aut.de ſanc.Epiſcopis.§.ꝙ ſi monachus.igitur.& c.cú té
pus aditionis ſequatur egreſſum primæ religionis. Et ad
hoc bene facit.l.anaſtaſius.§.ſi ſeruus.& l.ſi ſeruus eius q
capere.de acqui.hære.¶ Non ob.ꝙ eo effecto non capace
ꝑ ingreſſum primæ religionis factus uideatur eſſe locus
legitimo,ex ſuceſſorio edicto.& ſic ius uideatur eſſe ac-
quiſitú legitimis ꝙ ſiue facto ſuo ei euelli non poſsit;ut
l.id quod noſtrum.cum materia ſua.ff.de re.iur.quia ex
ſucceſſorio edicto tunc demum pertinet hęreditas ad ſe
quentes in gradu qń primi irreuocabiliter excluſi ſunt, à
iure adeundę hæreditatis alias uero ſecus,ut patet in l.3.
§.ſed ſi bonorum.ff.ad tertul.& l.a .§.ſi quis adituſ.& l.&
ſi ex modica.§.ſi filius de bo.lib.cum ſimilibus.¶Cú er-
go ius adeundę hæreditatis nó irreuocabiliter abdicatú
ſit à filio effecto nó capace:ut ex ꝓmiſsis patet ergo &c.

¶Dominus Griffolus de móte politiano cótra pręmiſſa.

¶ In oppoſitum vr̄ hęreditatem iuris de qua quęritur uel
ius adeúdę hereditatis proximiori ab inteſtato eſſe quę-
ſitum irreuoabiliter præfato filio omnino excluſo. pri-
mo quia certum eſt quod cum dictus filius tempore mor
tis matris non fuit capax quàmuis ius adeundi ſibi nó có
petat licet tempore additionis capax fuerit ut.ff.de hęre.
inſti.l.ſi alienum.§.1. & ſic ad ſequentem proximioré eſt
delatum cui præfatus filius non obſtat.Nam non eſſe fi-
lium,& inhabilem eſſe ad ſuccedendú paria iudicamus:
4 ut.l.1.§.quod cuiuſ.uni.no.¶ † Præterea exiſtétia filij qui
non poteſt ſuccedere non inducit defectum fideicómiſsi
ſi deceſſerit ſine filijs.ut.ff.de legatis.1.l.filiusfami.§ . cú
quis.& ibi notat plené.Caſus vr̄ expreſſus.Habeo filium
in poteſtate & ex eo nepoté ſi filius deportatur ſuccedit
tamen nepos,& eius filius in deportatione exiſtens non
reſiſtit: ut.ff.de bono.poſſeſ.ꝯtra.l.1.§.quidá filiú. Item
ſi patronus deportetur & libertus moriatur ſtatim com-
petit filio patroni bonorú poſſeſsio in bonis liberti.¶Ité
patre deportato ſi filius qui in patris poteſtate fuerat,du
rante deportatione faciat teſtamentum,& moriatur de-
mú patre reſtituto ; non uitiatur teſtamentum à filio fa-
ctum.primum probatur.ff.de bo.li.ſi necem domini.§.ſi
deportatus.Secundum.C.de ſen.paſ.l.ulti.& ibi no.Non
ob.ff.de acqui.hæred.l.ſi ſeruus eius qui.Reſpondeo ut
nor.ff.de reg.catho.l.cathoniana in magna gloſ.quæ etiá
gloſ.multum uidetur pro hac ſententia facere . Solutio
huius quæſtionis ſatis uidetur poſſe colligi ex.l.iterdicit
cum ibi no.ff.de condi.& demon.

¶Altera ratio domini Franciſci a monte Altino , & Re-
ſponſio ad idem dubium.

QVAESTIO pręmiſſa,eſt magis dubia quàm à prin
cipio putabam propter legé uná repugnantem le-
gi naturæ ſcilicet l. ſi ſeruus eius qui &c. ff. de ac-
qui.hęre.quę vr̄ deſtruere omnes regulas de hac materia
tractátes.Et ꝑſuppoſito ꝙ fratrú minorú religio nec quá
tum ad ſe nec reſpectu eccleſię Romanę ſit capax , uidet
prima facie diceneum ꝙ ſecundo ordini nihil acquirat.
nam quoties in aliquo actu habilitas rei uel perſonę re-
quiritur certo tempore limitato,ſi eo tépore deficit,dici
mus actum non ualere etiam ſi ex poſt facto ueniat habi
litas rei uel perſonę.Hoc probatur iure.nam ſi ſtipulor
rem meam purè uel ſacram rem,uel liberum hominem
licet poſt deſinat eſſe mea uel res efficiatur prophana uel
liber efficiatur ſeruus nó conualeſcit ſtipulatio.ut.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.obli.facit.l.ſi meam ré.
& l.nemo.& l.exiſtimo.e.ti.Et idem eſt in legato ut.l.ex
tera.& l.ſenatus.ff.de leg.1.ubi ſi eſt inhabilitas rei tépo
re teſtaméti licet ex poſt facto ſuperuenerit habilitas nó
ipſum recóualeſcit.Idem eſt in inſtitutione hęredis.ut.l.
5 pe.de rei uendi.& not.in l.3.ff.de re.catho.ad idem † ut
quis uſucapiat pro emptore duobus temporibus bonam
fidé habere debet, ualet tépore traditionis , & ꝯtractus.
& ſi altera extremitate téporis deficiat bona fides,dici
mus non procedere talem pręſcriptionem hoc eſt.i l.2.
ff.de uſucap.pro emp.ſic eſt in actu conficiédo ſi plura re
quiruntur ad eſſentiam ſuá altero deficiente deficit ille
actus.ut.l.cum homo.§.prętor.de tranſac.& l.1.C.de ſi.
inſtr.& iur.haſt.fiſci.li.10.¶Item ar. de tempore ad rem
eſt ualidum &c. ut.l.ninum.ff.ſi cer.cum ſimi.¶Sed i pro
poſito capacitas perſonę iſtis tribus temporibus requiri
tu ,ut poſsit acquirere ut.l.ſi alienum.ff.de her.inſti.& §.
in extraneis.inſti.de hęre.qua.& dif.ergo ſi altero tem-
pore nó eſt capax uitiatur in perſona eius.acquiſitio .ut
dictum eſt.Iſte autem effectualiter vr̄ damnato in metal
lum ęquiparari quia nec capere altero tempore iſtorum
poteſt

poteſt nec accipere.ut .l.3.de bo.prę́ſcrip.l.in metallum ff.de iur.fiſ.i.Quod in omnibus iſtis eatremitatibus requiratur habilitas probatur,quia omnia iſta tria tempora ponuntur copulati uè ad capacitatem ut.d.§.in extraneis.de hære.qua.& dif.Igitur in omnibus iſtis tribus tẽporibus capacitas hæredis debet concurrere ut.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.& demon.& l.ſi quis ita ſtipulatus.ff.de uerbo.oblig.Sed cum hic defecerit igitur &c.arg.ff.de le.2.l.ſempronius.& tunc ſuccedunt ar.dñi Ia.† paria uidentur eſſe,nõ eſſe & inhabilem eſſe.ut.l.1.§.antep. & pen.de uaca.mune.& l.1.§ pen.ꝙ cuiuſ.uni.no. Itẽ facit quod alleg.l.filius.§.cum quis ſecũdum unam opi.q̃ decre.allegat.Item probatur etiam filium non eſſe excluſum & inhabilem ea parte hominis paria ſunt hoc probatur in l.1.§.ſed ſi patronus.ff.de contratab.& inſti.de ſuc.li.§.ſi uerò.& l.Quidam ſunt.ff.de pœn.Sed ſi eſſet excluſus per hominem uideretur uenire ſequens in gradu ut ĩ d.§.ſed ſi patronus.& l.1.§.pe.de aſsi.lib.ergo & quando per legem eacluditur ut ĩ caſu noſtro qñ redditur omnino ihabilis.Ad hoc accidit & bene.l.1.§.pen.& ulti.ff.de bo.poſ.ↄ̈tab.& l.ſi in necẽ domini.§.ſi deportatus.de bo.lib.¶Prętercà facit ad idem nonne per legem iſtud ius hęreditarium de ſucceſsione ab inteſt. defertur illis qui demum ſunt habiles tempore mortis:ut in l.ſi quis eahęredato.in princ.l.& §.ſciẽdum.& l.titius.de ſu.& le.& unde cogna.l.ſi quis proaimior.Sed alias iſte non erat habilis tempore mortis;ergo nõ ſibi delatum eſt,ergo nullo *modo* acquiritur.licet poſtea ueniat ad ſtatum.ꝙ habilis eſſet,ut patet apertè ĩ dictis legibus.¶ Præterea qñ actus redditur inutilis ſimpliciter niſi ſuperueniat noua uolũtas confirmans tacita uel eapreſſa,non ualet ut no.ĩ l.1.§.fi.ff.de le.3.& l.1.in fi.ff.de ↄ̈ta.cum ſimilibus. Et plene per.Dy.in c.non firmatur de reg.iur.lib.6.immò & ſi ſuperueniat noua uoluntas non ualet niſi ex tempore quo confirmatur:ut.l.obſeruandum.§.fin.nam non retrotrahitur.ut ibidem.ſed in caſu noſtro nõ potuit ſibi deferri tẽpore mortis quia habetur pro mortuo, & pro nullo. ut d.l.Quidam ſunt de pœn.l.In metallum.C.de bon.præſcrip.Non poſtea confirmationis tempore quo erat habilis quia iſte teſtator mortuus erat.Nam dicimus ꝙ uluentes ab inteſtato habent ex defuncti tacita uolũtate per.l.ur conficiũtur de iure codicil.Sed cõſideratur talis tacita uoluntas tempore mortis.Et ideo ſoli agenti qui erãt tempore mortis ueniunt;non alij qui poſtea naſcerẽtur. Nec in iſto habet locum fictio quia ſtatus eius nõ pẽdet ſed certus eſt,ſecus eſt in eo cuius ſtatus pẽdet:ut alleg.l.ſi necem domini.§.ſi deportatus.ff.de bo.liber.quia ratione fictionis quæ retrotrahitur à tẽpore mortis delata. licet multa alia poſſẽt allegari iſta ſufficiant.tñ benè facit & quaſi uidetur caſus.l.1.§.fi.ff.ſi quis ali.re.prohi.& l.j.ff.qui bo.po.non competit intelligendo ueram glo.quæ eſt ĩ l.2.ſi quis ali.rẽ prohi.¶Satis credo ꝙ poſſet iſta qõ terminari per l.pe.de reg.iur.Et bene faciunt ad idẽ quę not.in l.3.de regu.cathon.Venio ad ſolutionem ↄ̈triorũ.& primo ad primum.& uer.all.primo quia res quę integra ſecundo quia cõſideratur tempus aditionis quo erat habilis,& allegat.l.ſi ſeruus eius qui.Tertio arguitur de re ad tẽpus.Quarto arguitur quia res deuenit ad caſum à quo potuit incipere.&c.Vltimo ab impedimẽto ceſsãte.¶Ad primum uenio quia res cenſetur integra dupliciter quantum ad propoſitum, quia aut eſt integra quantũ ad ius delationis,uel acquiſitionis,& tũc re integra ſi efficeretur habilis non eſt dubium ꝙ admitteretur & ita itelligitur.l.ſi alienum in fin.& l.ſi cum dies.§.ſolemus.cũ ſimilibus.Alio modo ſumitur res integra quantum ad ius aditionis ut ſumitur in l.ſi.C.de le.hære.Et iſto modo ſi fiat habilis re integra nõ prodeſt ſibi,quia ius nec ſibi delatum eſt tẽpore mortis nec deferri poteſt. Et ideo quia non habet ius agendi uel adeundi ut ſ̃ probatum eſt non prodeſt.¶Ad ſecũdum ꝙ conſideratur tempus aditionis tñ hic eſt omnino falſum,& contra iura ut præallg.l.ſi alienum.& not.in l.ſi cognatis ff.de re.du.tn quantũ ad hoc diſtinguendum eſt,quia aut quęro quãtum ad habilitatem hęredis,uel ad capacitatem & tria tempora cõderantur ſiue acquiruntur per immediatam perſonã ſiue mediatam ut in ſeruo & filiofamilias. Nam cõſideratur reſpectu temporis uel domini.ut.l.non minimus.de hęred.& inſti.& l.ſi mihi & tibi.§.regula.ff.de leg.1.aut quæro quantum ad delationem iuris quæ fit ab iteſtato, uel non iuris teſtati cui deferatur.& conſideratur tẽpus mortis.& ita loquitur all.l. quis exhærædato.& l.1.§.ſciendum.de ſuis & legi.& l.1.§.pen.de ↄ̈ta.l.ſi necem.§.pe.de bo.li.Aut quæro quantum ad reale ius acquiſitionis & conſideraĩ tempus aditæ hæreditatis.Ita loquitur.l.antiſlius.§.fi.de acqui.hęredi.cum ſimilibus.Nõ ob.tertium argumentum quia excluſus uno capite. &c.quia iõ admittitur quia ius ex ſequenti capite eſt delatum quod non eſt in propoſito ut probatum eſt. ¶Ad quartum arg.quia res deuenit ad caſum &c.dicendum eſt,quod nõ cõfirmatur ex primo iure inhabili niſi ſuperueniat cõfirmario iuris habilis ut no.in l.quæ ab initio.& l.pe.de re.iu.& no.in c.non firmatur,de re.iur.lib.6.per Dy. ſed habilitat ipſam rem ad ſuſcipiẽdum ipſum ius. Non ob.ar.de cauſſa ceſſante:quia ſoluitur ut in arg.proaimo. Secũdò allegata cõtinent ueritatem ſed non faciunt ad materiã quia loquũtur de tpe medio qđ fuit inter tempora mortis & aditionis hæreditatis & nõ nocet ut all.c.Sed quęſtio noſtra prę́ſupponit ꝙ tempore mortis erat inhabilis Et Ideo rationes in eadem allegatę non faciunt ad rhũbum.Alia allegata non faciunt quia loquũtur ut ſ̃ proaime alle.& tñ quia omnia allegata fundant ſe ſuper.l.ſeruos.de acqui.hæredi.Et dominus meus non eaplicauit illud ↄ̈rium & male uidetur illud intelleaiſſe intelligẽdo.Prout in glo.in l.3.de reg.cath.& in ↄ̈rio not.& in §.i ex trancis inſti de hęre.quali.& diffe.quia dicit ibi de benignitate.ſed quare non eſſet hic benignitas in caſu noſtro immò multo magis. quia illius, & quia loco religioſo acquiretur cui fauetur.Item dicimus quod ſi aliquid ↄ̈ rationẽ iuris Introducit ubi eſt i caſu ſimili omnino idẽptitas,debet cenſeri idem in caſu omnino ſimili ut not.l.quę propter neceſsitatem.ff.de regu.iur.Ergo ſm ſolutionẽ gl.& domini mei omnino in caſu ſimili eſſet dicẽdum idem quod in caſu.l.ſi ſeruus.quod eſt cõtra ea quę ſcibit.& ideo intelligenda eſt .l.ſi ſeruus quando fuit iſtitutus ſeruus contẽplatiune tantum ſerui & erat illius qui poterat capere ſed non accipere,de quibus habeĩ in l.aliud.ff.de uerb. ſignifi.& ſic in perſona eius potuit cõſiſtere ius hæreditatem adeuendi.& ideo dicit cõtemplatione ſerui.& nõ ob.quòd fiſco acquiri deberet ut.l.ſi deportati ſeruo.ff.de leg.3.& ita intelligit eam Iac.de Are.cuius opi.eſt ipſa ueritas, & Dy.uidetur innuere in exẽplo eiuſdem .l.

Addit.præcedentis quæſtionis.

¶Capax tempore mortis non quia tunc erat frater additio.
¶Quæſtio ſimillis ſupra proxi.& quaſi eadem.

SVMMAE.

1 *Hæreditas debita illi,qui ante illius aditionem intrauit religionem fratrum minorum ſucceſ. incapacem: deferenda eſt ab inteſtato.& quid ſi is cui debeatur factus eſt aliquo modo capax.*

2 *Actiones ſuas remittens an ad eas poſtea regreſſum habere poſſit.*

3 *Hæres ex teſtamento,debet eſſe capax tempore confectionis teſtamenti,& tempore mortis,& tempore aditionis.*

QVAE-

QVAESTIO XXVII.

TITIO exiſtenti in ſeculo delata eſt hæreditas ma
terna ab inteſtato.† Iſte Titius hæreditate non a-
dita,neque repudiata ingreſſus eſt ordinem fra-
trum minorum , qui ordo non eſt capax iſtarum
hæreditatum,ſic ꝙ talis hæreditas defertur uenientibus
ab inteſtato. Sed antequam uenietes ab inteſtatn illã hæ
reditatẽ apprehendãt uel ſe intromittant,ordo fratrum
minorum ſactus eſt capax,uel ille tranſiuit ad ordinẽ ca
pacem,nunquid ordo fratrum minorum,ut in primo ca
ſu,uel ſecundus ordo:ut in ſecundo caſu poſſet illa hęre
ditatem ex perſona illins adire.& uŕ ꝙ ſic, ex quo res eſt
integra:ut in alia quæſtione allegatum eſt.Item iſte tem-
pore mortis,& tempore aditionis eſt capax & ſic mediũ
tempus non debet nocere ut.l.ſi alienus.ſeruus ff.de leg.
2.& facit quod ibi not. Nam ibi diciẽ ꝙ ab inteſtato ſuf-
ficit tempore mortis eſſe capacẽ,immò ſufficit ꝙ uŕ eſſe
capax tempore aditionis ut.ff.de acqui.hære.l.ſi ſeruus.
& ſi dicatur ꝙ illud ex benignitate ꝓcedit,multo fortius
eſt præſumendũ pro religione, cui pluribus fauor debe-
tur à iure. Econtra uŕ,nam iſte profitendo ſimpliciter re
nunciauit & abdicauit à ſe omnia bona iura & actiones
& ius adeundi ut in aut. ingreſſi.& aut.ſi qua.C.de ſacro
ſanc.eccle.& ſic cœpit ius competere ſequentibus ĩ gra
du.nec dedicata ſunt monaſterio : quia ut dictũ eſt ordo
fratrum minorum non eſt capax.Vnde in præiudiciũ cõ
2 ſanguineorum nõ uŕ poſſe adire.nã † remittentibus actio
nes ſuas nõ datur amplius ad eas regreſſus ut in l:quæri-
tur.§.ſi uenditor.ff.de ædil.edic.Sed ꝯ.ff.de ſuc.ædi.l.1.§.
ſed uidẽdũ,ubi repudiatio non nocet Sol. ibi remiſit nõ
repudiauit ſimpliciter ut ibi not.In gloſ ſi nõ ſint. ¶Pro
Deo uideatis unum ſi antequam conſanguinei adat iſte
efficitur habilis & capax quare non deber numerari ĩter
conſanguineos:unde & cum prior ſit in gradu debeat cę
teris ante ferri.Si contingat nos dicere ꝙ iſte nõ pręfera
tur conſanguneis quæro interim ſi tempus datum a lege
primo conſanguineo ſit decurſum ut ille repudiet.an iſte
qui modo reperitur habilis admittatur.Et uŕ ꝙ ſic.Sicut
enim iſto.a.profitente admittetur.b.ſequens in gradu,ita
iſto.b.excluſo tempore,uel repudiatio ne deberet ille.a.
reſuſcitatus,& factus capax,& quaſi poſthumus admitti,
quia proximior.ad iſtã materiam facit quod no.de reſu
ſcicato.32.q.2.licite.Si is de quo quęrit fuiſſet hęres ex
teſtõ non eſt dubium ꝙ hæreditas defertur ad conſangui
3 neos.† Nam hæres ex teſtamento debet capax eſſe tẽpo-
re confectionis teſtamenti, & tempore mortis,& tẽpo-
re aditionis inſti.de hære.quali.& diff.§.in extraneis.
¶Lapus.illo ingrediente & profitente ordinem fratrũ mi
norum ius adeundi illam hęreditatem eſt quęſitum pro-
ximiori & eo ceſſante aliis proximioribus,illo ingrediẽ
te omnino remoto ita quòd aliȷs exiſtentibus non po-
teſt ſuccedere poſtquàm erat inhabilis tempore mortis
illius cuius erat hæreditas ſecundũ ea quæ ſcripſit poſt
Hoſti.de uſur.quanquàm.lib.6.

SVMMAE.

1 *Appellatione pendente an aliquid ſit aliquo caſu inno
nandum per iudicem à quo appellatur*
2 *Iudex an poſſit compellere appellantem facere ſibi fidem
de proſecutione.*
3 *Iudex à quo cognoſcet ad ſui inſtructionem,an appellans
ſit infra terminum appellationem proſecutus.*

QVAESTIO XXVIII.

PVNCTVS quæſtionis talis eſt, pro parte Monal-
ducii actoris contra Venetonem Nicolaæ lata eſt
ſententia, à qua quidem ſententia per procurato
rem dicti Venetonis ad ſummum Pontificem ap-
pellatum fuit,demũ fuit ſibi reſponſum hoc modo uide
licet. ꝙ datus fuit eidẽ appellanti terminus quindecim
dierum ad arripiendum iter,& unius menſis ad cõparẽ-
dum coram ſummo Pontifice cum actis, & munimentis
cauſæ ad proſequendum dictam appellationem.& alius
menſis ad faciendum fidem de proſecutione prędicta.in
fra quos terminos nullam facit appellans fidem. Elapſis
uero quicunq; menſibus & ultra talis appellans fecit fi-
dem coram Vicario.qui ſententiã tulit qualiter in primo
termino iter arripuit,& qualiter ĩ termino cõparuit ad
audientiam uolens eius appellationẽ proſequi,& ꝙ ſibi
reſponſum fuerat ꝙ clauſula erat audientia.& ꝙ tunc tẽ
pus nõ erat aperta.& qualiter pro parte dicti appellantis
proteſtatum fuit ad audientiam prædictam: per eum nõ
1 ſtare,& ꝙ ipſi tempore non currerent.Nunc quęrit † quia
non fecit fidem ĩ terminum ſibi ſtatutum coram dicto ui
cario,utrum dicta appellatio ſit deſerta uel non.¶De iu
re communi appellatione pendẽte à diffinitiua ſentẽtia
interpoſita nil faciendum eſt per iudicẽ à quo appellatũ
eſt ut.ff.nil no.ap.pen.l.2.& dẽ iureiur.uenietes.& de ap.
non ſolum primo reſponſo lib.6.cum ſimilibus. per iura
noua eſt conceſſum iudici à quo appellatur, ꝙ poſſit ſta
tuere terminum appellanti ad arripiendum iter & ad ꝓ-
ſequendum uel ad ſe præſentãdum,ut de app. perſonas.
& c.cum ſit cum ſimilibus.Et ſi ĩ illum terminũ à iudice
aſſignatum appellans nõ proſequitur rata manẽt ſenten
tia diffinitiua uel interlocutoria ut in dictis iurib. & de
ſen.excõmuni.licet.li.6.& ſi de hoc iudex certus eſt,po-
teſt exequi ſuam ſententiam etiam appellante nõ citato
2 ut no.Inno.de ap.ex ratione, Sed † nõ uŕ mihi prima fa-
cie quòd iudex poſſit cõpellere appellantẽ ad faciendũ
ſibi fidem de proſecutione.arg.ad hoc.de ap. ex inſinua-
tione,& quia hoc nõ inuenitur ſibi pręmiſſum à iure.poſ
ſet enim dici ꝙ ex quo iuſto impedimẽto ceſſare nõ fa-
cit ſibi fidem de proſecutione ĩ terminum ſibi aſſignatũ
cui non cõtraxit quòd talis executio nõ debeat retracta
ri ſed pendeat a futuro euentu cauſæ appellationis,ſicut
in ſimili no.de app.paſtoralis in gl.antepe. circa mediũ.
3 Sed propter hoc appellatio non debet dici deſerta.†Nõ
enim eſt nouũ quod iudex a quo cognoſcat ad ſui inſtru-
ctionem an appellans ſit infra terminum ſuam appella-
tionẽ proſecutus ut not.de appel.conſti. per Inno.& fa-
cit quod notat. Ber.de ap.ſæpe in gloſſ. ut ſimilis in fi.Et
ꝓ tanto inualuit cõſuetudo per iudices à quibus appella
tur aſſignari terminũ ad faciendũ fidẽ de proſecutionẽ
appellationis ut ſine pœna & reprehẽſione poſſit ſuas
ſentẽtias exeq ſi nõ cõſtat eis de ꝓſecutione facta . Fede.

SVMMAE.

1 *Monaſterio nouo conſtructo quod inſtrui debet a religio-
ſis antiqui monaſterij:cuius monaſterij iuribus utantur
religioſi translati:& cuius prouiſione ſuſtentandi.*
2 *Monialis receptio in aliquod cœnobium præſupponit ſuf-
ficientiam uictus.quòd ſi nequit ſine penuria alij non te
net receptio.*

QVEASTIO XXIX.

QVIDAM uolens quoddam nouum monaſteri-
um ædificare: & dotare pactus eſt cum monia-
libus cuiuſdam monaſterii ordinis ſanctę Clarę
de uoluntate prouincialis miniſtri ad quem cu
ra illius monaſterii ſpectat, ꝙ de primo monaſterio e-
grediatur quatuor moniales ꝓ informatione noui mona
ſterii ex quo dotans illud intendit ibidẽ ponere.12.do-
minas.Ita tamen ꝙ poſſeſſiones & omnia alia bona pri-
mi monaſterii uniantur,aggregentur,&appropriẽtur ip
ſi monaſterio nouo,ita ꝙ ſint unum & idem monaſteriũ
ambo,& unus,& idem conuentus uſufructuarius.& unũ,
& idem corpus ita ꝙ non poſſet aliquid ordinari ĩ uno
ſine conſenſu alterius his pactis & cõuentionibus adim
pletis,moniales primi monaſterii renunciauerunt omni
bus iu-

bus iuribus cõpetentibus nnua monaſterio prout patet in
cedula infraſcripta anon dñi M.340.die.26.menſis Augu
ſti.frater.C. cuſtos Aſsiſii & Viſitator monaſterii S.Seba-
ſtiani de Canario & S. Margaritæ de Aſsiſi a Reuereodo
patre fratre Ioanne miniſtro ſpãlites inſtitutus,cõgrega
tis monialibus & capitulo monaſterii.S.Sebaſtiani præſa
tiad ſunum campanellæ requiſiuit præfatas Abbatiſſam
& moniales, ex parte Abbatiſſæ & monialium S.Marga-
ritæ de Aſsiſio ſi uellet in præfata monaſterio aliquo iu
re.uti.rñderunt ꝙ non & ſi aliquod ius haberent renũciãt
per præſentes.& ẽt ex nunc uolunt & conſentiunt quod
præfatę moniales faciant receptiones & alia taoqua col
legium a pręfato monaſterio S.Sebaſtiani & totaliter li-
beratum.Hæc facta ſunt & actitata corã fratribus de Ca-
narin Guardiano Benedicto de Fulgineo & Franciſco Vã
nis de Viſſo. Mõ quærit utrũ moniales primi monaſterii
poſsint & debeanr cogi ad cõicandam bona ſui monaſte
rii monaſterio ſecundo, uel ſaltem ad reddendum dotes
quas egreſſæ obtulerunt cum in ingreſſu earum. Fuerunt
proteſtatæ ꝙ nulli iuri earum talis derogaret egreſſus.
Item ſi ex præfata renunciatione moniales primæ priua-
tæ ſint iure eis competenti ſi in monaſterio nouo,& ſi re
nũciatio illa eſſet io aliquo infirma quõ debet roborari.
Itẽ ſi moniales primi monaſterii poſsint aliquid ordina
re irrequiſitis monialibus monaſterii noui.Item ſi Abba-
tiſſa monaſterii noui poteſt adhuc uti iure Abbatiſſatus i
monaſterio antiquo cum ibi fuerat Abbatiſſa ex pacto ha
bito io contractu ꝙ debet eſſe Abbatiſſa i monaſterio no
uo ſicut ex nnoc eſt licet de facto ſit in monaſterio aoti-
quo alia Abbatiſſa electa & confirmata. ¶ †Quæſtiones
1 formatę non ſunt faciles ſed difficiles maxime quia iſti
caſus raro accidant.Sed reſpõdeo ad id de quo principa
liter cuſtos ſacri loci Aſsiſii principaliter quæſiuit.Et di
co qđ ſiue unio & communicatio facta a principe ualue-
rit,ſiue nõ,ſiue ualuerit renunciatio q̃ fecit monaſterium
primũ ſiue nõ, dico in utroq; caſu quod monaſteriũ pri-
mũ tenet prouidere ſuis monialibus trans latis ad ſm mo
naſteriũ pro informatiooe ipſius ſecũdi monaſterii ita &
taliter ꝙ habeãt honeſtã & decẽtẽ ſuſtẽtationẽ ſicut i pri
mo monaſterio habebat.Non.n.dicũtur eſſe onerolæ ſo
monaſterio & maxime hoc procedit qñ in ſecũdo mona
ſterio de redditibus ſecundi monaſterii poſſunt ſuſtenta-
ri.prædicta poſſunt colligi.18.q.2.c.in oullo 27.q.2.ſi qs
rapuerit.16.q.10.de lapſis & de regula c.ul.& facit quod
no.de ſimo.dilectus.Et ꝑ iura ꝑdicta probat ꝙ idẽ ſeruã-
dũ cõuenit qñ unus religioſus uel una religioſa ꝑꝑ deli-
ctũ devno monaſterio ad aliud cauſa pęnitetię transfert.
Dico ꝙ cũ cauſa ꝑꝑ q̃ illæ moniales de primo monaſte-
rio ad ſm trãſierunt non ſit ſecuta nec ſequi poſſet ad ꝑ-
ſens poſſent petere reductionẽ, ad primũ monaſteriũ in
quo honeſtius oixerint ꝓpter maiorẽ cõgregationẽ q̃ in
illo monaſterio nouo ſolitariẽ uiuẽdo,qa ſolitudo inimi
ca eſt religioni,& ſuſpecta de ſta.mona.c.2.in prin.& op
timẽ facit 54.diſt.quorũdã. Plus dico ꝙ ſi iſta duo mona
ſteria nũquã habuiſſent aliq̃ vnionẽ ſed eſſenr totaliter ſe
parata & diſtincta,& aliquid ex iuſta cauſa cõtingeret ꝙ
in aliquo Monaſterio moniales nõ poſſent honeſtẽ uiuę
re uel nõ ſine penuria,prælatus utriuſq; monaſterii debe
ret educere monachas illius Monaſterij ad aliud mona-
ſteriũ obi agerenr uitã ſuã honeſtẽ & ſine penuria,unien
do illud Monaſteriũ tenue ad tp̃s uel i perpetuũ faciẽdo
ſeruiri illi Monaſterio ꝑ capellanũ. ad hoc de cap.mo.c.
ul.& de ſta. reg.c.2.in fine.in cle. Et ad hoc optime facit
2 † quod ſtatuit Bonifacius VIII.Statuit.n.ꝙ ſi aliqua reci
piatur io monacham alicuius monaſterii de ordine oon
mendicãtiũ, in quo nõ poſſet ſuſtẽtari ſine penuria nõ ua
let receptio de ſta.re.c.uno.li.6. Ex his cõcludo ꝙ ꝑlatus
utriuſque Monaſterii debet eligere id quod minus habet
ſcandali & magis ſit conforme honeſtæ uitę uniendo.ua
let reducere eas ad primum Monaſterium uel facere eis
prouideri de honeſta & decenti ſuſtentatione.præſuppo
ſito ꝙ illa unio ualuerit quod difficile eſt quod ualuerit
& oõ vr̃ ualuiſſe illa renũciatio quẽ fecit primo Mona-
ſterio.quia cũ primum Monaſterio ſine cã renũciauit iu-
ri ſuo,& dooauit.quæ donatio cum extẽdat ſe ad iura im
mobilia & iura perpetua, nõ ualet: quia io hoc grauiter
& enormiter lęſum eſt.Item quia nõ proceſſit tractatus
diligeus qui requiritur in alienationibus perpetuis ut ꝓ
batur.12.q.2.ſiue & de re.ec.non alie.c.1.li.6.cum ſimili
bus. Item quia Viſitator prædictus datus ad uiſitandum
& corrigendum exceſſus & mores reformando non po-
tuit interpooere auctoritatem iſti renũciationi,remisſio
ni,uel donationi.Miniſter, qui eſt iudex ordinarius di-
ctorũ monaſteriorum autorizare.cum igitur talis cõmu-
nio pariat difficultatem quia non poſſunt dictorum Mo
naſteriorũ moniales in ſimul cõuenire,& ueriſiſr ſit ſcã-
dalum paritura.Ad quòd accedit ue ſe.uacan.c.1. fiat re-
nunciatio & remisſio hinc inde autorizante miniſtro &
ſic quodlibet Monaſterium remaneat liberum.præſuppo
ſito igitur dictam unionẽ ualuiſſe quod eſt difficilẽ & ꝑ-
ſuppoſito dictam renunciationẽ nõ ualuiſſe,quod eſt fa-
cilẽ Sequitur ſolutio alterius dubii.uidelicet ꝙ iſti duo
Cõuẽtus cãſeãtur unus Cõuẽtus,& primũ monaſteriũ de
bet tractare ſua negotia cum monialibus ſecundi mona
ſterii.Et quia iure prohibente moniales non poſſunt ſuã
clauſuram exire de ſta.mo.c.uno li.6. cõmittanr monia-
les noui monaſterii uices ſuas monialibus primi quibus
uoluerint.Ad qđ facit quod no.de ſta. mo.c.2.in gl. iſto
rum.igitur in ſi.¶Ad ultimũ dubium dico ꝙ illa antiqua
abbatiſſa tacitẽ ur̃ renũciaſſe iuri abbatiſtatibus in primo
monaſterio.Nam cum fuit ordinatũ auctoritate ſuperio
ris ꝙ debeat eſſe abbatiſſa ſecũdi monaſterii & nullus uel
nulla poſſit eſſe abbas uel abbatiſſa io pluribus monaſte
riis de religio.domi.c.ul. tranſeundo ad ſm monaſteriũ
renunciaſſe vr̃ uel habere pro derelicto iura primi abba
tiſſatus maxime permittẽdo nouam abbatiſſam ſubſtitui
in monaſterio alio,& non ſe oppooẽdo ſed patiẽdo. Ad
hoc quod legitur & not.de his quę.ſi.ã maio.par.ca.c.ex
ore.& de reg.beneficium.in uerb.aſſenſus li. 6. Cũ ergo
quilibet maximẽ prelatus prouidere debeat ut ſcandala
oon naſcantur,& nata tollantur ut de pręſcrip.c.2. & de
no.oper.nũ.c.2.& 18.qõ.2.luminoſo ſuccidat radicitus
materiam ſcaodalorum,& tollat & diſſoluat unionem il
lam quę viris peritisſimis difficultates nedum theologis
ſed & iuriſtis ingerit inextricabiles. Quo facto faciat ꝓ
uideri de neceſſariis uitę illis monialibus translatis ad
ioſtructionem ſecundi monaſterii uel eas reducat ad pri
mũ monaſteriũ douec propitius dñs habitauerit ſm mo-
naſteriũ ad monialiũ debitũ numerũ ſuſtẽtãdũ.O deita-
tis liliũ exora tuũ filiũ ut nobis det auxilium. Fede.

¶Addit.præceden.Quæſt.

¶Capellanum.ad hoc quod ſcripſit Archi.q.3.unio.

¶Patiendo.hoc non ur̃ pro renunciatione ſm ea quę ſcrpſit
Io.An.de reg.iur.qui tacet in prima.q.6.io nouella li.2.
&Hoſt.ſecundum ipſum licet aliter ſentiat.

¶In Chriſti nomine. Quęſtio diſputata per do.Fede.de Pe-
truciis de Senis decretorum doctorem in Academia pe-
ruſina anno domini.M.339.

S V M M AE.

1 *Capitulum an poſſit dare auctoritatem permutationi ec
cleſiarum:& an permutatio ſit diſpenſatio.*

2 *Capitulum non dicitur propriẽ procurator, uel uicario
epiſcopi ſed ſucceſſor:nam multa poteſt qua non poteſt
uicarius.*

3 *Capitulum quod habeat iuriſdictionem ſede uacante ſal
lit in tribus caſibus.*

QVAESIO XXX.

AN capitulũ ſede uacãte poſſit cũ rectore parochia
lis eccleſiæ diſpenſare, ut ꝑ ſeptenniũ inſiſtere
ualeat ſtudio literarũ,& qđ interim ad ſacerdo-
tiũ ꝓmoueri minimè teneaẽ. ¶Arguiẽ primo ꝙ
nõ ꝑ c.cũ ex eo de elec.li.6. ubi diciẽ, qđ Epi & eorum
ſuperiores poſſunr in caſu iſto diſpenſare, & nõ alii. ad
ĩd facit,qa in generali mãdato nõ ueniũt ea q̃ requiritur
ſpeciale mandatũ.2.q.5. qua de cauſa.de procur. qui ad
agendum in fine lib. 6. Sed diſpenſatio uidetur quædam
reſtitutio,ſed reſtitutio requirit ſpeciale mandatum, ut
ff.de mino.l.illud. Item conceſſa licentia eligendi con-
feſſorem &c.de pœni.& remiſſ. c. ij.lib.6. Item capitu-
lum diciẽ eſſe ſucceſſor iuris epiſcopalis de maio.& obe.
c.uno lib.6.Sed diſpenſatio nõ eſt ius,ſed iuris cõmunis
relaxatio & uulneratio.23.q.4.ipſa pietas.& no.50.diſt.
ut conſtitueretur. Nec poteſt peti aliquo iure diſpenſa-
tio ut no.47.diſt.ſicut hi.& 1.q.7. exigunt.Item poteſtas
epiſcopalis ad capitulum deuoluta non uidetur ſe exten
dere niſi ad expreſsè præmiſſa in iure.ad hoc, ne ſede ua
can.c.ij.& ad ea quæ ſunt iuris & non gratiæ ut no. Ar-
chid.de maio. & obed.ca.i. lib.6. Diſpenſatio eſt gratia
non ius,ut 1.q.7. didici in fine. & de cler. excommuni.
min.c.pen.& de elect.licet canon.lib.5. in fi. Item facit
quod not.Innoc.de eo qui fur.ordi.c.ij.ubi.no.quod in-
feriores ab epiſcopis non poſſunt diſpenſare niſi in caſi-
bus à iure permiſsis. ¶ Præterea capitolum ſede uacante
debet cuſtodire & conſeruare iura epiſcopi de elec.quia
ſæpe de offi.ordin.præſenti.lib.6.12.q.2. hoc ius placiti
cum ſimilibus.Sed capitulum diſpenſando contra ius cõ
mune non conſeruat iura epiſcopalia in ſuo ſtatu ſed mi
nuit.Nam cum diſpenſatio ritè facta ante tempus com-
pletum reuocari non poſſit,ut no. in c.cum ex eo preal-
legato.igitur factum eſt preiudicium epiſcopo,quia non
poterit illum cõpellere ad ſacerdotium quod potuiſſet
ſi non fuiſſet diſpenſatio facta. ¶De materia pro & con-
tra,non tamen in caſu propoſito not.in Specul.de inſtru
men.edi.§. nunc uerò ad fi. pro iſta parte facit quod no.
de ſymo.ex inſinatione, ſed tex.facit contra.Econtra ca
pitulũ ſuccedit epiſcopo generaliter in ſpiritualibus &
temporalibus ut patet de ſuplẽ.negli. prælat.c. penult.
& ult.in glo.j. ¶Præterea regulariter omnia quæ ad iu-
riſdictionem pertinent poteſt inquirere & punire etiã
de maximis criminibus,ut patet de hæret. ad abolẽdam.
& eodem ti.c.j.in cle. quod nõ poteſt facere vicarius de
offi.uica.c.ij.li.6.Facit epiſcopus conſecrari & clericos
ordinari ſicut electi & confirmati.¶ Ad primum facit qđ
no.64.diſtin.prouinciales.Ad hoc per Innocen.& Ho-
ſtien.de tempo.ordin.nec epiſcopi. Ad ſecundum de or
din.cog.c.3.lib. 6. Item epiſcopus & capitulum faciunt
vnum corpus, cuius ipſe caput eſt de teſta.requiſiſti. de
his quę fiunt à præla. & ultimo. ideoque dicendum eſt,
quod omnia quæ pertinent ad epiſcopum iure ſuo tran-
ſeunt in capitulum,ut etiam not.Innoc.de hæret. ad abo
lendam.Suo iure igitur dixi,quia ea quę competunt epi-
ſcopo iure delegato, uel ex priuilegio ſingulari:nõ tran
ſeunt in capitulum,ut not.Archid.in tractatu hæretico-
rum in §.poſt hoc quæro in prin.4.carte, & do. Pau.de
hære.c.j.in uerbo capituli in cle.licet.in aliquo diſcor-
det ibi.Pau.à dom.Archid.¶Præterea regula eſt,ꝙ q̃ po-
teſt plus poteſt & ꝙ minus;prout in regula iuris non de-
bet cui plus.cum concord.ſed plus eſt poſſe confirmare,
conferre,inſtituere,deſtituere, abſoluere, excommuni-
care,&c.tamẽ Capitulum hæc omnia poteſt.ut patet ne
ſede uac.c.j.de inſtit.c.j.de maio.& obed.c.cum olim.&
eo.tit.c.uno lib.6.cũ ſimilibus. Item poteſt interponere
decretum in alienationem rerum, & omnia quæ ad me-
rum & mixtum imperium pertinent,paucis exceptis, ut
patet,C.de offi.eius qui uicem al.iu.ob.l.ij. quæ lex facit
ad caſum noſtrũ,qui loquitur de ſubſtitutis in locũ ab-
ſentiũ uel defunctorũ:& ſuꝑ meri iperij cõtineẽ diſpen
ſatio,ut no.ĩ Spe.de iur.om.iud.§.j.ĩ pri.v.col. ¶Præte-
reà ſi iſta diſpẽſatio fieri nõ põt ĩ hoc fit ꝑiudiciũ eccle
ſiis,in quarũ fauorẽ ac ẽt vniuerſalis eccleſiæ:q̃, uiris li
teratis maximè noſcitur indigere,emanauit illa conſti-
1 tutio cũ ex eo.¶†Præterea Capitulũ põt præſtare aucto
ritatẽ permutationi eccleſiarũ,ut no.de re.permu.c.vno
ĩn cle.& tñ ꝑmutatio eſt q̃dã diſpẽſatio, ut no.per Ar-
chid.poſt Hoſt.de re.ꝑmu.c.j.lib.6.Vna ergo ſpecie di-
ſpẽſationis cõceſſa omnes ſimiles uidẽtur cõceſſæ.4.di.
denique in fi.12.q.2. ſi q̃s ꝑuẽtus à cõtrario. ¶Præterea
ſucceſſor & anteceſſor ꝓ vna perſona reputantur de fo.
cõpe.dilec.ti.& de ſol.c.j.ſed omnes clamãt,ꝙ Capitu
lũ ſuccedit epiſcopo ſede uac. ergo debet tradi regula
affirmatiua,ut.ſ.quod poterat eṗs poſſit Capitulũ.Hinc
eſt ꝙ mãdatũ factũ Capitulo adiplet Eṗs ſubſtitutus.De
hoc ꝑ Cõpo. de reſcript.eã te. ¶Preterea ‡ſpeciale eſt in
Collegio Cardinaliũ uacãte ſede,quod nõ poſsit exer-
cere ea,q̃ ad Papã uiuẽtẽ pertinerẽt niſi ĩ caſibus premiſ
ſis,ergo &c.Regula iuris vr̃ in cõtrariũ,ſ.ꝙ poteſtate &
iuriſdõne Eṗi uiuẽtis poſsit uti Capitulũ de elec.c.ij.cir
ca pri.ĩ cle.Preterea optimè facit quod no.Io.16.q.1.ec
cleſia ubi expreſsè Io.innotuit,ꝙ capitulũ poſsit diſpen
ſare ſicut eṗs;ad hoc faciũt iura quæ allegat ꝓ hac par-
te Guil.in Spec.de iſtr.edi.§.nunc aliqua in ult.col.uer.
itẽ circa legitimas &c. & quod no.Io. Andr.de hæret.
c.j.in gl.hec litera in cle.ſed prima pars placet mihi, ꝙ
patet per reſponſionem ad contraria.& hoc placet Ioã.
And.de elec.cum ex eo ſuper glo.hoc igitur.Nõn obſt.c.
cum ex eo,quia licet dicatur ꝙ epiſcopi poſſunt,ꝑ hoc
nõ excluditur Capitulum Eṗi mortui, ſed excluduntur
alij Prelati ne poſsint cum ſuis ſubditis diſpẽſare.ſed ca
pitulũ cenſetur idem cum Eṗo,ut dictum eſt ſupra.Item
nõ obſt. quod dr̃ de generali mandato quando quis cõ
2 ſtituitur procurator uel uicarius,qa†Capitulum non dr̃
propriè ꝓcurator uel uicarius,ſed ſucceſſor.& habet or
dinariam iuriſdõnem à lege ſine miniſterio hoĩs,& põt
ĩnfinita quę nõ põt vicarius eṗi,ut patet de offi.uic.c.ij.
& iij.lib.6.Item nõ obſt.quod dr̃ conceſſa licentia &c.
illud intelligitur in licẽtia cõceſſa ab homine.Itẽ ſi nul
lum uertatur preiudicium illius cui cõcediẽ licentia, qa
in illis caſibus poteſt ad eṗm recurrere,ſed ĩ caſu noſtro
poteſt imminere periculum ſi eṗi ſede uacante,non poſ
ſent per Capitulum expediri.item ex dicto illo ſequereẽ
abſurdum ꝙ pniarius, & electus confeſſor à Capitulo ſe
de uacante non poſſet abſoluere cõfitentes ĩ caſibus eṗo
reſeruatis,quod tamen eſt falſum & de ma.& obe.c.vno
lib.6.item non ob. ꝙ Capitulum ſit cuſtos qui habet cu-
ſtodire dimiſſa à prelato, & obuenientia tempore uaca-
tionis reſeruare futuro ſucceſſori,& tamen aliqua poteſt
alienare ne pereant ſed ſubſiſtãt & ſuſtineanẽ. Et ea quę
ꝑtinent ad utilitatem ſubditorum cuſtodire,eſt ius redde
re,& vnicuiq; tribuere qđ ſuum eſt.quia illo modo iuſti
tia colitur & ſeruaẽ in proœ.Greg.11.q. cum deuotiſſi-
ma.Non ob.qđ diſpenſatio non põt peti:quia de hoc nõ
querimus. ſed nunquid Capitulum poſsit diſpenſare?&
3 multa poſſunt fieri ad quæ q̃s non teneẽ & peti non poſ
ſunt de ſymo.c.j.2.q.2. ſi quis eṗm cum ſimi. facit quod
no.Pet.ſupra de iur.om.iu.ad fi. ubi dicit,ꝙ ſubditus po-
teſt adire ſuperiorem ſui ſuperioris &c. ut diſpenſet.Præ
terea ſi ſuperior peccat,qui nõ diſpenſat in caſu licito,ſe
quitur quod diſpenſare in caſu licito potius ſit iuſtitia q̃
gratia. ¶Preterea ea quę ſunt gratiæ reſpectu recipiẽtis
facit, ut quia cõfert beneficia in caſu illius decretalis vnũ
cæ ne ſe.uac. lib. 6. Ad quod facit de reſcrip. ſedes. & de
præben. relatum. Quod ergo dicit Archid.de ma.& obe.
c.j.lib.6.quòd ea quę ſunt gratiæ Capitulum non exercet
poteſt intelligi in collationibus beneficiorum ad ſolum
episcopum

epiſcopum pertinentiũ aliàs nõ probat, quod dr̃ &c. Nã ſi uolumus arguere ab auctoritate Inn. dicitq́ iuriſdõ trãſit i Capitulum, ſed iuriſdõ eſt tam uoluntaria q̃ cõtentioſa. ergo &c. Itẽ non ob. c. ij. ne ſe. ua. ubi regula tradit
3 negatiue. †Nam regula eſt qđ Capitulum gñalr ſuccedit ut de ſup. ne. prela. c. 1. li. 6. Fallit i collationibus bñficiorum ubi negatiua regulariter eſt uera. Et iſta exceptio patitur exceptionẽ ut ne ſe. ua. c. uno li. 6. Item fallit i iudicio ut c. ult. eo. ti. Item fallit i alienationibus rerũ eccleſiæ 12. q. 2. ſi qua de rebus eccleſiæ. Item nõ ob. qđ no. Inno. de eo qui ord. fuit ſuſc. c. 2. quod iferiores ab epo &c. Nam capitulum inquãtum ſuccedit epo nõ eſt inferius eodem, q̃ patet ex eo quia iuribus epi tũc utitur & abſolui excommunicatos ab epo. Iſta nõ poſſent fieri p̃ minorem ſed per parẽ ut de offi. ord. paſtoralis ſecũdo reſponſo. item iferiores nõ dant literas ad ordines ſed capitulum ſic de tempor. ordi. c. 3. li. 6. ſic ergo capitulũ gerẽs uices epi nõ continetur ſub appellatione inferiorũ prælatorũ ſed conſiderata propria natura Capituli inferius eſt & nõ diſpẽſat ut no. de ſimo. capitulo ex inſinuatione. Federicus de Senis.

¶ Addit. præcedentis conſilij.

¶ Igitur. & adde quod no. ĩ ca. q. 38. c. 1. uide. q̃ ibi no. Io. An. in nouel. Laur.

¶ In Chriſti nomine Amẽ. Qõ do. Fed. de Petrucijs de Senis diſputata Peruſij anno domini. M. 341.

S V M M AE.

1 *Minoris. xxv. cui per iudicem interdicta eſt ſuorũ bonorum adminiſtratio, contractus uenditionis iuramẽto firmatus an teneat.*

2 *Iuramentum diuerſis ex cauſis redditur ineſficax.*

3 *Iuramentum in contractu appoſitum multos defectus ſupplere dicitur.*

4 *Prodigi cui interdicta eſt alienatio, iuramentum, an & quo caſu ſit efficax.*

5 *Sententia & rei euidentia dicuntur æquipollere.*

Q VEASTIO XXXI.

prohibita.nec facit de eccleſia aliquā mentionem.&hoc
firmatur & corroboratur ex eo ꝙ emphyteota alienare
prohibitus in aliam eccleſiam alienare non poteſt:ut no.
expreſsè p Spe.de locato.§.nūc aliqua.uer.117. ubi ēt te-
net

net ꝙ ſub tit. vniu erſalis eccleſiæ uideť recipere. Si ergo
illa prohibitio arctet eccleſiam & in caſu non pōt in re,
de qua agitur eccleſiæ intentioni ſatisfieri. multofortius
in ceſsione actuali, in qua eccleſia ſibi poteſt in quāmplu
ribus uel diuerſorum perſonis non ſuccūbentibus prohi
bitioni huiuſmodi ſubuenire, arg. l. cum ita, ff. de cond. &
demon. & l. ſed ſi hoc. eod. titu. & hoc eſt multum contra
determinationem Oldra. q̄ miror aliquos ponderare.

2 ¶†Præterea licet alienatio cauſa mutandi iudicij permit
tatur per modum legati, ſ. vniuerſalis prouiſionis in ulti
ma uoluntate; tamen inter uiuos nō poteſt quis recipere
rem taliter alienatam in fauorem quocunque titulu, ff.
ali. iud. mu. cau. fa. l. hoc edicto, §. 2. & l. non ſolum. Et il-
la ratione uidetur gl. ſentire, quia alienatio in ultima uo
luntate ex quadā neceſsitate fieri cenſetur. ſecus in uita
inter uiuos. item intentio cuiuſcunque ſtatuentis debet
attendi. arg. l. quod conſtituit. de milit. teſtam. ad muni-
cip. l. conſtitutionibus. ſed hæc uidetur finalis intētio ſta
tuentis. ut popularis per nobilem nequeat conueniri. er-
go nulla uia excogitari debet, per quam in fraudem ſta-
tuti poſſet quæri oportunitas conueniēdi huiuſmodi po-
pularem. Non enim attendebat ſtatuentes quis cedere
debeat, nec qualiter cederetur, ſed cauebant tantūmodo
ne conueniretur per nobilem popularis. Sic ergo non li-
cet quicquā indirectè uel in fraudē Statuti aliq̄d attēpta
ri, argū. ff. de cōdi. & demonſtra. l. hoc modo, & ff. de tut.
& curato. da. ab his. l. ſcire, §. 1. & de iure patro. l. adigere,
§. ſi patronus. Hoc dico ſemper, ſaluo iudicio ſaniori.

¶Conſilium ſuper facto præcedenti. Caſus talis eſt.

SVMMÆ.

1 *Ciuitati licitū eſt inter ſubiectos ſuos municipales leges condere.*

2 *Legitima filiorum an & quo caſu poſſit per legem municipalem augeri uel minui.*

3 *Generaliter loquens omnia particularia directè comprehendere dicitur. Nam tantum eſt genus quoad omnia quantum ſpecies quoad ſingula.*

5 *Ignorantia an ceſſionem indebite factam nullam reddat.*

4 *Statutum generale probibitiuum an tolla: ſpeciale priui legium eccleſiæ conceſſum.*

QVÆSTIO LXXXV.

STATVTO ciuitatis Peruſinæ, cauetur quod nullus
comes, uel marchio, uel natus de prole militari ex
paterna linea audeat, uel præſumat p ſe, uel aliū re-
cipere, uel in ſe trāsferre aliq̄ actionē, uel ceſsionē
quecūq; tit. inter uiuos contra aliquem popularē pſona
lē, uel et realē &c. Et ſi contrafecerit talis ceſsio nō ua-
leat, nec teneat, nec ex ea poſsit aliquid agi uel peti, & ce
dēs ipſo facto actionē puniatur in c. libris & c. ꝙ ſtatutū io
cipit. Statutū & ordinatū eſt q̄d nullus miles &c. deinde
ſindicus alicuius monaſterii ad hoc ut dixit ſpecialiter
cōſtitutus pro ſupplemēto legitimæ cuiuſdā monialis di
cti monaſterii dedit, conceſsit, reſsit, & mandauit omnes
& ſingulas actiones cōpetentes eidem monaſterio ex p-
ſona dictæ monialis contra hæredes patris monialis pre
dictæ, & contra omnes & ſingulos detentores bonorum
dicti patris & contra omnes debitores. & qui aliquo mō
fuiſſent obligati dicti patri ſuo cuidam nobili peruſino,
nato ex militari prole ex linea paterna. Nunc iſte ceſsio
narius contra quendam popularem Peruſinum debitorē
olim patris dictæ monialis agit uigore ceſsionis coram
ſecula i iudice peruſino. petens executioni mandari in-
ſtrumentum debiti pro rata contingentis dictum mona-
ſterium ex perſona dictæ monialis. Iſte debitor conueo
tus cōtra inſtrumentum ceſsionis inter alia opponit q̄d
dicta ceſsio non ualuit nec tenuit. & quod dictus ceſsio
narius non debet audiri uigore ceſsionis prędictæ. ut de
dicta ceſsione cōſtat in publico inſtrō. Sub anno D. 1332
Inditione 11. die 4. menſis Mar. manu quōdam Matthæi.
quōdam Philippi notarii. Sub annis Do. 1334. Indit. 13.
die 30. menſis Apr. Et de puncto conſtat publico inſtrō-
manu Lucę Manueli notarii. Nunc quæritur an dicta ex-
ceptio propoſita contra dictum inſtrm ceſsionis, obſtet
præfato agenti & petenti, ex iure ceſſo, & agētem ipſum
impediat necne. ¶Super qua dubitatione ego Feder. de
Senis minimus decre. doctor ad conſulendum aſſumptus
uiſis prædictis ac etiam allegationibus utriuſque partis
infraſcriptis datis, & quodam conſilio reddito ſuper hoc
per ſapientem uirum do. Eugenium magiſtri Dominici,
& habita collatione cum iuriſperitis, & precipuè cum ue
nerabili uiro do. Thoma legum doctore nunc in ciuitate
Peruſij. legente & infraſcripto conſilio conſentiente, ſal
uo ſemper cōſi. ſaniori, dico & conſulo, ꝙ dicta exceptio
procedit & uerificatur, ut proponitur, & impedit & re-
5 pellit agentem ratione infraſcripta. Nā † licitum eſt cui-
libet ciuitati inter ſubiectos ſuos municipales leges con
dere, quarum conſeruatio ita conſtringit in illo loco ſin
gulos ſicut generalis legis obſeruatio generaliter aſtrin-
git in illo. Ad quod facit, ff. de iure immu. l. ſemper, §. le-
gem. & quod cuiuſque vniuerſitatis. item eorum. 2. reſpō
ſo. Ad q̄d facit, ff. ad muni. l. magiſtratus, & C. de emanci.
l. 1. & facit q̄d leg. & no. de cōſtitu. c. q̄ in eccleſiarū. & p
2 Dy. de reg. iu. indultū. li. 6. ubi determinat † quod per lege
municipalē pōt minui & augeri legitima filiorū & maxi
me in caſu noſtro ut uitetur oppreſsio & uexatio q̄ pa-
tiūtur minus potētes ab iſtis maioribus & potentibus. Et
quia huiuſmodi ceſsiones ſunt odioſæ utroq; iure, ut pa-
tet in tex. & gl. de alie. iud. mu. cau. fac. 2. Vnde hac cauſa
uel æquitate inſpecta conſenſerunt iura quod hoc pactū
ualeat inter dominum & emphyteutā, ut. ſ. nō liceat em-
phyteutæ ius ſuū trāsferre in eccleſiam, uel illos qui non
ſunt faciles cōueniri ne conditio domini fiat deterior ſi
habeat emphyteutā, quē nō poſsit facile conuenire. Etiā
frequenter ſolet accidere quod iſte nobiles & potentes
opprimunt debiles & minime potentes maxime aquiſitis
actionibus contra eos & ut plurimum ſimulatè. Et ideo
iuſtè & piè prouidit lex Communis peruſii popularibus
contra iſtos nobles. Igitur iſte nobilis qui legem munici
palem Peruſii contempſit, petēdo executionem iuris ſibi
conceſſæ cōtra legē eandem indignum ſe reddit ut à Indi
ce Cōmunis Peruſij audiatur, quia fruſtra legis exilium
inuocat & c. de uſur. quia fruſtra. de elec. bonæ. & de im-
mu. eccl. c. ul. ¶Item cum iſte nobilis uelit uti pro ſe lege
Communis Peruſii, quia petit ſummariam executionem
inſtrumenti de quo ius ceſſum habet, ergo & legem Com
munis Peruſij contra ſe recipere debet. 16. diſt. ſi Roma-
norum. maxime quia ſm leges & conſuetudines uigētes
in foro rei debet cā terminari. de quo ſolet notari. 12. di-
ſtin. illud, & in Spec. de fer. §. 1. uerſi. ſed pone. iuſtificato
ergo ſtatuto reſtat reſpōdere ad ea quę poſſunt opponi.
& primo ad id quod opponitur quod ſtatutum requirit,
quod cōtra popularem non fiat ceſsio magnati, ſed hoc
non ſpecialiter ſed generaliter, &c. Reſpondetur quod
ex quo generaliter & uniuerſaliter facta eſt ceſsio p cre-
ditorem omnium debitorum ſuorū perinde eſt ac qui-
libet debitor nominatus fuiſſet in ceſsione, quia ad ueri-
tatem uniuerſalis propoſitionis ſequitur ex ſignificatio-
ne uocabuli, non tacite per conſequentiā generaliter, ꝙ
omnis particularis propoſitio ſub illo ſigno uniuerſali
contenta eſt uera. Vnde ſi uerum eſt omnem hominem
currere, ergo uerum eſt Guilielmum currere. Nam † qui
3 uniuerſaliter & generaliter loquitur omnia particula
ria directe comprehendit, & neminē excludit, & tm̄ eſt
genus quo ad oia, quantum ſpecies quo ad ſpālia. ita pro
bat in eo ꝙ leg. & no. de of. or. c. j. & de coniu. lepr. c. 2. &

de bap.maiores.i j.col. & de ſen.ex.ꝙ in dubiis.i gl.ul.& c.a nobis.in gl.j.alias de facili fieret fraus legi. nam ille ꝙ nõ poſſet recipere ceſſionem cõtra.a.b.c.& d.populares Peruſii faceret ſibi cedi. generaliter cõtra omnes Peruſinos uel contra oẽs debitores cedentis.Et tũc illud cõſequitur per generalem ceſſionem cõtra omnes ſicut ꝑ ſpecialem ceſſionem contra ſpeciales.Sed non debet cõcedi una uia.quod alia denegatur. de reg.iur. cum quid lib.6.de procu.c.tuæ.¶Item non ob. quod dicitur ꝙ iſte. non agit ex iure ceſſo.ſed utilibus actionibus quæ tranſferunt in uẽditorem hæreditatis &c. nam expreſsè præſupponitur ꝙ iſte nobilis petit executioni mãdari inſtrumentum debiti uigore iuris ceſſionis. ¶Non ob.quod dicitur quod dictus ceſſionarius potuit ignorare &c. Fa-
4 teor.n.quod† iuſta & probabilis ignorantia excuſat a delicto & pena nõ tñ ceſſionem nullam põt facere aliquã. nam ille qui contraxit cum conſanguinea ignoranter excuſatur à pœna,non tamen tenet cõtractus matrimonij. Item canonici qui elegerunt indignum ignoranter excuſantur a pœna.non tamen tenet electio. Item ſi cõtraxit quis cum minore, quam credit maiorem excuſatur.non tamẽ tenet cõtractus ſi defecerunt ſolẽnia.de cle.exc.miniſtran.c.pe.& ult.Iſta ſunt notoria. in caſu noſtro ſtatutũ annullat ceſſionẽ,petitionẽ denegat.& punit trãſgreſſores. ſed licet eſſet pœna ſublata quia deeſt dolus,remanet tñ ſtatutũ i aliis ſicut in exẽplis.ſ.poſitis. ¶Nõ obſtat qđ dicitur qđ dictum ſtatutum eſt odioſum &c.Reſpondeo immò eſt fauorabile ex cauſis.ſ.all.¶Non ob. qđ dicitur ꝙ ſtatutũ tale reſtringitur facultas eccleſiæ quã habet ut poſſit cum quolibet contrahere & per hoc uoluit dicere ꝙ ſtatutum tale ſit contra libertatem eccleſię ꝙ nec ex uerbis nec ex mente eſt ſibi a iure cõi uel priuilegio ſpeciali cõceſſum.Sed ut puto iſte aſſerens uoluit dicere ꝙ ex tenore iſtius ſtatuti ꝑ ceſſionem factam per monaſteriũ nobili ſit cõtra lebertatẽ eccleſię. ut in ſimili caſu dicit̃ de iniuriis.c.uno.lib.6.Sed certè nec iſta extẽſio eſt cõtra libertatem eccleſiæ.nam licet eccleſia poſſit contrahere cum quocũque, debet intelligi quocũq; nõ prohibito lege cõmuni uel particulari ad hoc.C.de inoff.teſt.l.ſi quãdo.nũquid eccleſia licitè poterit cõtrahere cum excomunicato.uel quis cum interdicto bonis; uel cum minore ſine ſolẽnnitate.nunquid eccleſia poteſt hæreditatem teſtatoris retinere filio iniuſtè exheredato uel præterito.nunquid etiam poteſt facere quod iura leges non habeant locum in ſuis contractibus. Abſit error ille.Cum igitur hæc lex municipalis a ſui origine proceſſerit propter bonum commune,& ut tolleret oppreſſiones quas patiebantur populares a magnatibus.&ſic cum iſti magnates facti ſunt inhabiles ad tales ceſſiones recipiendas non poteſt eccleſia dicere quod hoc ſit factũ in ſui iniuriam quia legislator non habuit reſpectũ ad pſonam cedentẽ uel ius ceſſum,ſed perſonã recipiẽtẽ. ¶Præterea iſta non eſt generalis prohibitio,ſed certarũ perſonarum.Item hoc nõ uertitur in præiudiciũ eccleſiæ. Poterit.n.cũ alia perſona,quæ eſt bona cõtrahere poſito ꝙ aliquale uel modicum præiudiciũ ſuſtineret.Laudabiles enim conſuetudines & ſtatuta ciuitatum,ut iura cõia ſũt ſeruanda.8.diſt.quę contra mores.¶Non ob. determinatio quã dominus Old.dicitur feciſſe in ſtudio Padouano ubi dicitur diſputaſſe iſtam quæſtionem.Statutum eſt Paduæ quod nullus ſubiacens iuriſdictioni Paduæ alienet rem immobilem inter uiuos in hominem alterius iuriſdictionis. uel non ſubeuntem onera communis Padvę.iſte donauit uel alio titulo alienationis rem immobilem.trãſtulit in eccleſiam.¶Quęritur nũquid ualeat alienatio
5 quod uidetur quia.¶Additio.1.¶†Per generalem prohibitionem ſtatuti, nõ tollitur priuilegium ſpeciale qđ habet eccleſia,ut quilibet poſſit eccleſiæ donare uel uendere.& quia quod licet in ſpecie non licet in genere. & qa per generalia uerba non comprehenduntur illicita. ff.de cond.inde.l.ſi procurator.§.celſus.de iureiu.c.1.lib.6.cũ ſi.Rõ quare non obſtat eſt iſta,quia illud ſtatutum directè & principaliter proceſſit propter perſonas nõ ſubiectas communi Paduæ,ſicut ergo in illo ſtatuto non potuiſſet legislator expreſſe uetare quod nullus poſſet rem ſuam eccleſiæ donare.Item nec tacite uidetur uetuiſſe ꝑ uerba generalia.Item iſtud ſtatutum erat uniuerſale & generale,& proceſſit in odium nõ ſubeuntium onera cõis Paduæ.& ꝯmentem illius decre.de immu.eccl.c.1.lib.6. Item per tale ſtatutũ non modicum præiudiciũ fieret utilitati eccleſiæ illius loci ſi intelligeretur ut ſonet.Sed in caſu noſtro illę cõdõnes nõ uendicant ſibi locum. Nam ſtatutum cõis Peruſii ſpãliter introductũ eſt in odium magnatum & fauorem popularium.Item non eſt uniuerſale ſed prohibitorium cæterarum perſonarum. ¶Item modicũ uel nihil præiudicatur iuri eccleſiæ.Sed pone ꝙ ſtatuto ciuitatis legitima filiorũ ſit aucta uel ultra ius cõe. Accidit quod teſtator filio reliquit ſolã tertiã ſibi debitã de iure cõi aliam reliquit eccleſiæ,& eã ſibi hrẽdem inſtituit,nunquid filius poterit agere cõtra eccleſiã ad ſupplemẽtũ.Certè ex quo ſtatutum iſtud ualet, ut determinat dñs Dy.in regula indultum.lib.6.debet includi quod eccleſia illicitè tenet & debet reſtituere.17.q.ul. c.ſi. Aliud enim ꝑ ſtatutũ aliquid diſponi ꝑ qđ ois quaſi uia & modus transferendi dñia rerum in eccleſiã prohibeat̃ & ſine cã,& aliud eſt ſtatutũ facere per quod aliquis ex iuſta cã reddatur inhabilis ad contrahendum cum quacũq; perſona.maximè in contractu odioſo. ut eſt in ceſſione. ſimile eſt quod legitur & no.ff. de conditionibus & demon.l.cum tale §.mulier & l.cum ita ſimilibus.

ADDITAMENTA.

¶Iſtud conſilium refert,& ſequitur Fel.ad c. Eccleſia S.Mariæ de conſti.col.25. Vide Alex.cõſ.22.lib.6.& cõſ. 143. li.7 & Alex.i.d.cõ.25.dicit hoc eſſe cõſ.81.i ſuo ordine.

¶Quia perge.de hoc plenè per Io.An.de immu.eccle.c.ult. lib.6.in nouella.

¶De habentibus ruralia beneficia curata qui non promouẽtur ad ſacros.

SVMMAE.

4 *Priori præpoſitus uel decanus ruralis, quorum eccleſiæ ſunt curatæ non tamen collegiatæ:ſi infra annum ad ſacerdotium non promoueantur an ipſo iure ſint officio priuati.*

2 *Plebani & Archipresbyteri habentes ſub ſe capellas,et quorum eccleſiæ non ſunt collegiatæ,an dicantur eſſe in dignitate.*

3 *Diſpoſitio.c.ſuper ſpecula.ne cle.uel mo. an procedat in plebania collegiata non habens ſub ſe capellas.*

QVAESTIO LXXXVI.

CAſus talis eſt. Prior quidam ſiue præpoſitus uel decanus ruralis quorum eccleſię ſunt curatæ,nõ tamen collegiatę,non ſunt promoti ad ſacerdo-
1 tium. infra annum.† Quæritur an ſint priuati ipſo iure. & uidetur quòd ſic per c. licet canon. de ele. lib.6.nam non poteſt negari quin iſti ſint rectores eccleſiarum parochialium. ergo includuntur ut ibi. Nec obſt. c.ſtatutum eo. ii.immò facere uidetur pro. quia dictũ.c. ſtatutũ excipit à regula.c.licet canõ.eccleſias parochiales collegiatas ſed ſuperius nominatæ nõ ſunt tales ergo &c.¶Sed cõtra uidetur,Nam certum eſt ꝙ licet canõ emanauit ad ſuppletionem Lateranẽ. cõcilii cum in cũctis.& c.ſtatutum emanauit ad declarationem.c.licet canon.Sed aduertendum.Bonifacius in c. ſtatutum declarauit.quod capit.licet canon, nõ haberet locũ in eccleſiis collegiatis ſed iura antiqua debent ſeruari in illis.

Sed

Sed quæ ſunt iura antiquã. Reſpondeo.ut in glo.& bene
late ranen.concilium cũ in cunctis.§.inferiora.Sed dices
in illo.§.inferiora nil dr̃ de eccleſiis collegiatis.Sol.c.cũ
in cunctis.§.inferiora habet duas partes.Prima pars loqui
tur de dignitatibus & perſonatibus,& hoc ſonat dictio in
feriora.Aut comparatio eſt. Nam Alexaoder fuerat ſupra
locutus de dignitate epi,poſtea ſubdit inferiora & mini-
ſteria ſeu dignitates.ſecũda pars loquiť de eccleſiis paro.
chialibus,quę nõ ſunt dignitates & pſonatus.Cũ ergo c.
cũ in cunctis nõ recipiat ſuppletionẽ niſi in eccleſiis pa-
rochialibus,quæ non ſunt dignitates,ſequitur declarãdo
ꝙ remanet ſaluum in dignitatibus licet curatis & paro-
chialibus.qa minus dignũ.ſ.eccleſia parochialis ſimplex
non includit eccleſiam parochialẽ quæ eſt dignitas.Mo-
do in propoſito cum Bonifacius declarauit quod.c.licet
canon.non habet locum in eccleſiis collegiatis,dedit in
telligere ꝙ non habet locum in dignitatibus ꝙ apparet
ex eo ꝙ retulit ſe ad ius antiquum & exemplificauit de
una ſpecie dignitatis.ſ.de una collegiata,quæ ratione col
legii.dr̃ eſſe dignitas.ut patet de reſcrip.c.ſi.in ele.ſi ergo
in eccleſia eſt alias dignitas dato ꝙ nõ ſit collegiata.ut in
c.licet canon ſeruabitur c.cum in cunctis.§.inferiora. &
hoc ſentit.d.Io.An.in c.ſtatutum.glo.& ar.e.c.in gl.pe.ſi
uerus eſt intellectus iſte.ſ.ꝙ Bonifacii intentio erat decla
rare,ꝙ c.licet canon non habet locum in dignitatibus&
exemplificauit de una ſpecie melius dixiſſet ſi declaraſſet
ſimpliciter & abſolute.ꝙ licet ea non extenderetur ad di
gnitates, dato quod eſſent parochiales eccleſię.Si tu uis
dicere ꝙ Bonifacius melius faceret exemplificando de ec
cleſiis collegiatis q̃ declarando.c.licet canon.non exten
di ad eccleſias parochiales quę ſunt dignitates. Tunc di-
cas ꝙ Bonifacius habuit hũc itellectũ uidelicet ꝙ c.licet
canon habet locum in dignitatibus.Sed addit ꝙ parochia
les eccleſiæ nõ dicenť dignitates niſi ſint collegiatæ. Sed
dato quod nõ ſint collegiatæ nonne poſſent alias eſſe di
gnitates.Et ſic ſupradicti de qbus fuit locutus i princi.nõ
uidentur cõſtituti in dignitate.& ſic cũ habeant parochia
les eccleſias uidentur includi ſub.c.licet canon.Et ꝓ hoc
facit quod no.Io.An. in c.& ſi ſupra allegato.in gl.iſtius
ætate.& merito iſti nõ uidentur habere dignitatẽ,qa nõ
habent prærogatiuã ſup alios uel iuriſdictionẽ,ut ſunt
habentes dignitates uel perſonatus in eccleſiis cathedra
libus,nec præſunt collegio nec alias habent capellas ſub
ſe.ſed contra uř facere quod no.Archi.de conſue.c.1.lib.
6.in ſi.magnę gl.ubi dicit quòd Archipresbyteri Decani
& Præpoſiti eccleſiarũ parochialiũ ſunt conſtituti in di-
gnitate.ſed forte Arch.intellexit.ſi hẽt collegiatas eccle
ſias per iura quæ allegat.de off.ord.cũ ad eccleſiarũ.& de
2 præben.cũ olim.¶Sed modo inſurgit aliud dubiũ.†an plo
bani & Archipresbyteri habentes ſub ſe capellas.licet eo
rum eccleſiæ non ſint collegiatę dicantur eſſe in dignita
te.Videtur ꝙ ſic,ratione iuriſdictione quam habent in ca
pellas & capellanos.¶Addi.j.Ipſarum.Item ad hoc facit
c.1.ne cleri.uel mona.lib.6.ibi niſi fuerint plebanię &c.
¶Quaſi dicat tales habere dicũtur dignitates uel perſona
tus.& aliter non comprehenderentur ſub.c.ſuper ſpecu-
la.ne cle.uel monac.Archi.tamen intelligit quod pleba-
nię,de quibus loquitur.c.1.ne cle.uel mona.ſint collegia
tæ.& hoc no.de elect. ſtatutum ſuper uerbo collegiatas.
ſed nõ uideo hoc eſſe neceſſe.quia ſolum collegiũ uř ſuf
ficere ad hoc ut ſit dignitas.& ſic non eſt neceſſe quod ha
3 beat capellas.Item inſurgit aliud dubiũ †an plebania col
legiata nõ habẽs ſub ſe capellas includatur ſub.c. ſuper
ſpecula.uř quod nõ.quia text.dicit niſi fuerint plebaniæ
&c.In contrarium uidetur quod licet talis plebania non
includatur ſub.c.ſuper ſpecula.eo reſpectu.quia non ha-
bet capellas.tamen includitur ab alio reſpectu.ſ.quia eſt
dignitas ratione collegij.

¶Federicus de Senis.

ADDIT.

¶Capellanos.Contra facit conſilium proximum & reſpon
de ad.c.1.ne cleri.uel mona. lib.6.Et illud quod hic dici
tur communiter approbatur.

SVMMAE.

1 *Prælatus exemptus, epiſcopalem iuriſdictionem habens*
in monaſterium,an ſine auctoritate Papæ uel legati poſ
ſit,suo conſanguineo concedere uſumfructum cuiuſdam
terræ ad uitam de bonis monaſterij.

QVAESTIO LXXXVII.

Vidam prælatus exemptus cum conſenſu capituli
1 ſui ſine conuentus ſui† qui aliàs habet epalem iu
riſdictionẽ uel quaſi,i monaſterio& mẽbris ſuis,
tractatu præcedẽti,titulo remunerationis ſerui-
tiorũ uerè receptorũ cõceſsit uſumfr.cuiuſdã petiæ terrę
cuidã ſuo cõſanguineo ad uitã recipiẽti ſine auctoritate
papę uel legati de latere. Querit nunquid ualeat dicta cõ
ceſsio ſuppoſito ex tali cõceſsione & cõſideratis facul-
tatibus dicti monaſterij ipsũ monaſteriũ enormiter non
grauari.cõſiderato qď generalis cõſuetudo eſt i dicta pa
tria & locis uicinis tales cõceſsiones fieri ex tali cã,uř ꝙ
nõ ualeat.tũ quia cõſanguineæ:ut 10.q.2.hoc uſus prælla
tio &c. & ſupra ſub num.52. ubi habetur plenè de uerbo
ad uerbum.& ideo hic dimitto.

¶Conſultatio do.Federici de Senis ad dominum Lapum
Abbatem ſancti Miniati prope Florentiam.

SVMMAE.

1 *Abbates habentes ſuperiores abbates an in ordine an in*
capitulum prouinciale teneantur comparere.
2 *Abbates non habentes ſuperiores abbates an non obſtan*
te exemptione teneantur adeſſe conſilio prouinciali.

QVAESTIO LXXXVIII.

Euerende.pater & dñe q̃uis conſtitutiones nouas
dñi Benedicti de ſtatu mona. habeamus bene cor-
rectas,nihilominus ſtudens in eis,aliqua mihi oc
currunt dubia ſuper quibus rñſionem ueſtram ꝓ
deciſione poſtulo in reditu iſtius nuncij de Bononia.
1 ¶†Primum dubium eſt an abbates habentes ſuperiores
abbates in ordine teneantur uenire ad capitulũ prouin-
ciale ex.c.1.& 2.non uř:ut dictio non habentium referat
ſe ad priores & abbates.¶Item ratio ſuadet quia iſti abba
tes ſuperiores abbates in ordine debent ire ad capitulum
generale ſui capitis.ergo in duobus capitulis grauari nõ
debent.

¶Reſponſio domini Lapi.

SVper hoc ita ſcribit Io.And.in c.in ſingulis in princip.
ſuper uerſi.non habentium.quia monaſteria regũtur
ꝑ priores uel abbates. excipit priores & habẽtes q ha
bent patres abbates de quibus de regu.c.ultimo. Ab iſto
uer.uel citra recipi à do.Io.mihi deficere in nouella.Ego
aũt ſcripſeram in primo.c.conſtitutionum.ut j ſequiť.Ab
batum & priorum abbates proprios non habentium,hæc
litera poteſt intelligi altero de duob. modis.ſ.tam abba
tes q̃ priores qui habent alios abbates maiores ſupra ſe,
tamen conuentibus præſunt teneantur uenire ad prouin
ciale capitulũ ut de ſta.mo.c.monachi.§.fin.Sic intelligit
Hoſtien.eod.tit.in ſingulis.in prin. Vel quod nullus taliũ
ſiue ſit abbas ſiue prior teneatur uenire niſi ad generale
capitulum de quo in rub. de generalibus capitulis.ſed tã-
tum abbates patres ſeu priores maiores teneantur ueni-
re ad prouinciale capitulum. Et ſecundum hoc iſti ab-
bates

de elec.cum inter per Iuno.pro quo facit uerbum ex cau ſa rationabili quòd ſola uoluntas non ſufficit.

¶Lapus.

¶Videtur conſideratis uerbis ipſius conſtitutionis utrum ſit cauſa rationabilis & uera nec ne poſsit refricari à ſubdito in tali prioratu contra ſuum prælatum licet ſuperior hoc poſsit impugnare.

¶Federicus de ſenis.

¶Super.c.36.ubi officia monachalia.Iſta litera multū facie pro opinione quam conabar defendere in c. ut profeſſores,quod monachus qui fuit mēdicās poſsit promoueri ad beneficium extra religionē, ꝑ quo facit dictio quoq; & contrarium de qua no.Archi.de elect. quorundam .§. circa.lib.6.& facit gl.d.Io.quæ incipit ad dubium ſecundum primam lec.Contra facit quod uo.Io. An.de elect. c.1.in glo.etiam nouitius in fi.

¶Lapus.

¶Quod cōtrarium uerius uidetur nec iſta litera licet prima facie uideatur facere pro illa ueſtra opinione multum urget ſubtiliter intuentem.

S V M M Æ.

1 *Cōtractus cui dolus dat cauſā an & quo reſpectu teneat.*

QVAESTIO LXXXIX.

PVto agenti exceptionem iudicare obſtare & eidem replicationem nullitatis ſententiæ non competere.C.de ſent.& inter lo.l.3. Et accedit. ff.de neg. geſt.l.pomponius ſcribit circa princ.ibi quod reprobare non poſſum ſemel probatum &c. Secundo quia dicta ſententia eſt nulla ea parte cōuēti & tracti ipſo nolente,ſed ex parte trahentis tenet cōuentio eam tenere nolente.Nam ubi dolus dat cauſam ꝯtui & ex parte con-
2 trahentis tenet conuentio eam tenere nolente.Nam †ubi dolus dat cauſam ꝯtui contractus eſt nullus ex parte decepti uolentis ipſo iure nullum dicere ꝯtum ſed ea parte ipſius doloſi tenet uolente decepto ut probatur.ff. de dolo.l.eleganter.in prin.ibi dum dicit nullā eſſe uēditionem.Sed in hoc ipſe ut uendens circumſpectus eſt &c.ut in gl.ibi poſita.& accidat.C. de prædi.mi.l.& ſi is. ¶Tertio qa licet actor qui in uetito examine reum traxit:ꝑpoſiti negocii actione mulctetur ꝙ intelligitur per ſentētiā ut.l.criminali,cum ſua gl.C.de iuriſdi.om.iu. Tamen ad modum exceptionis ſatis probabiliter ſi agat ex actione q̄ per ſententiam eſt priuandus debet ab actione repelli. Nam excipit conuentus rectè agēs ſi non contra ſe actio dari poteſt:ut ff.de contratab.l.ſi præteritus.in fi.& ff.de inoffi.teſt.l.papinia.§.ſi filius exhæredatus cum ſimili.

S V M M Æ.

1 *Clericus trahens alium clericum inuitum & ſcienter coram iudice ſeculari & agens interdicto unde ui: an abſolutum poſſit eodem interdicto coram iudice ſpirituali reconuenire.*

2 *Clericus inuitus tractus coram iudice ſeculari etiam ſi condemnetur dicitur & habetur pro abſoluto in odiū trahentis.*

3 *Ius quare potius faueat excipienti quàm agenti.*

4 *Actio pignoratitia quo caſu & quibus competat.*

QVAESTIO XC.

1 CAſus talis eſt. † Quidam clericus traxit alium clericum inuitum & ſcienter coram iudice ſeculari interdicto unde ui cognito de cauſa,tandem clericus conuentus fuit diffinitiuè abſolutus.nunc iſte idem actor trahit iſtum eundem clericum ſuper eodē interdicto unde ui corā iudice eccleſiaſtico lite cōteſtata.iſte conuentus ad ſui defenſionem opponit & opponēdo articulat,quomodo alia uice ſuper eodē poſſeſſorio fuit tractus coram iudice ſeculari inuitus & ſciēter & fuit diffinitiuè abſolutus. Et per conſequens uult concludere quod illa ſententia abſolutoria debeat ſeruari in fauorē tracti & in odium trahentis. Et quod ille trahens ꝑdiderit ius ſuum per id quod no.& legitur de foro competē. ſi diligenti. Modo quęritur an ille conuentus debeat audiri contra illū agentem interdicto unde ui.uidetur qđ non:quia priuilegium uitiaretur ſpoliati,uel illius,qui aſſerit ſe ſpoliatum ut tales exceptiones ſibi non opponantur de ordi.cogni. c. 2. & ulti.de reſti.ſpolia.c. j.in literis.& c.item cum quis ſua materia. item quia huiuſmodi exceptiones non probatę non uidentur releuare nam poſito quod aliquis trahat clericum inuitum & ſcienter & uetito examine, ſcilicet coram iudice ſeculari nō perdit cauſam ipſo iure,per ſententiam, ut tenent communiter omnes docto.ergo non poteſt excipi de ipſo iure.¶Et notandum eſt multum quia uidetur quod iſte trahēs debeat priuari ipſo iure ſuo nouo iudicio contra eum inſtituendo. Econtra uidetur iſte tractus habere actionem contra iſtum trahentem ne perdat ius ſuum. Ergo habet exceptionem quia cui damus &c.de reg.iur.qui ad agendum. lib.vj.Ad quod facit quod not.ff.de inoffi.teſt.l.Papinianus.ultra medium.uerſi.ſi filius exhæredatus.& ibi gloſſ.
2 ¶†Item ſi clericus inuitus trahatur ad iudicem ſecularem & condemnetur habetur pro abſoluto in odium trahentis.multo ergo fortius quādo abſolutus eſt debet talis abſolutio pro rata haberi per iudicem eccleſiaſticum in odium trahentis.Facit quod no.de foro competē.ſi diligēti in glo. quid ſi contra eos. Item ſtulti non debent eſſe melioris conditionis quam periti de præbend.eum qui. lib.vj.Sed certum eſt quod ſi iſte actor traxiſſet clericum in foro eccleſię & ille fuiſſet abſolutus obſtaret ſibi exceptio rei iudicatę ſi iterum ageret interdicto actione unde ui.ergo multofortius in eius odium debet ſeruari abſolutorio.Non obſt.quod opponitur quod agenti poſſeſſorio non opponitur exceptio &c. quia uerum eſt quod exceptio tangens proprietatem non poteſt obijci nec referri agenti poſſeſſorio,ſed exceptio,quæ reſpicit poſſeſſoriū bene poteſt opponi puta poteſt opponi exceptio rei iudicatæ ſuper poſſeſſorio, quia aliàs non eſſet litium finis. Item quod ſponte renunciauit dum poſsidebat ut de reſtitu.ſpolia.c.3.& no.eo.ti.cap.2.in fi. primæ glo.Itē quòd nim ui repulit eodem titu.olim.¶Item non obſt.pactum de non agendo ſcilicet poſſeſſorio quia debet intelligi: ut no.In.& Hoſt.de ordi.cog.c.ulti. in fin. Sic & ī poſſeſſorio iſte reus ſit cōuentus in foro eccleſiæ nō obijcit aliquid quod ſapiat proprietatē , ſed quod ſapiat poſſeſſoriū opponit quod iſte actor perdidit ius ſuū quod habebat in poſſeſſorio eo quod ſuꝑ poſſeſſorio fuit tractus inuitus & ſcienter corā iudice ſeculari clericus & fuit abſolutus,contra q̄ abſolutionē nō pōt obtinere ex eo,qa dicat ꝙ ſententia nō ualuerit,qa ſiue ualuerit,ſiue nō ualuerit debet ſeruari in ſuū odiū , nec pōt contrauenire ſicut dicimus in caſu ſimili de renun.quòd in dubiis no.c.ſi diligenti.in gl.ſupra allegata.Modo quęritur quid iuris.

¶Reſponſio Abbatis de Podio Bonaci.

¶Mihi.B Abbati de Podio Bonaci uidetur diſcuſsis præmiſsis per ea quę ſuperius allegantur,quòd exceptio pręd icta de ſentētia abſolutoria procedit & admitti debeat ſalua tamen meliori,& ſubtiliori intelligentia.

¶Alius.II.doctor ad idem.

¶Dixi,& dico quòd uigore eiuſdem iuris cuius mihi nō competit ius agendi ſi contra me agatur competit ius ex
3 cipiēdi†quia ius magis fauet excipienti quam agēti cū omnis exceptio ſit fundata ſuper equitate.ff.de do.exce. qui ętate & propter hoc uidimus quod ſi poſsideo & cōtra me agatur eiuſdem rei nomine non daretur actio & tamen datur exceptio. Et ne decipiatur prudentia reſpōdentis arguentis in contrarium quia eſt pręexiſtens materia

teria ex qua exceptio poreſt habere ortum ſcilicet uiolē-
tia ſiue tractio ad uetitum eaamen. Nam ſi quęreretur à re
ſpondente unde oriatur actio cōtra eū, qui traait aliquē
ad uetitum eaamen poſtq̃ declaratum eſt per ſententiam
eum cecidiſſe a iure ſuo, ſcio quod diceretis quod oritur
ea priſtina illicita protractione ſecura ſenteotia. Sicut cū
dicimus ſecundum ueram opi. quod actio. neg. geſt. in ne-
gocio ꝙ eſt meum in ratihabitione naſcitur ſecuta ratiha
bitione ea uegocio dudum geſto. & non ex ratihabitione
ſecuta ſicut ſolet dici & notari i l. 3. §. hęc actio. ff. de neg.
geſt. Cum ergo ſit præexiſtens materia. ſ. illicita. protra-
ctio quamuis non ſit ſufficiens ad producendum actionē
niſi ſecuta ſententia eſſet ſufficiens ad producēdum eace
ptionē. ut in l. alle. in primo arg. tñ producit eaceptionē.
¶Secundo dico ꝙ l. filio q. de ino ffi. teſta. in prin. dicit ꝙ
filius eaheredatus à matre egit ꝯtra fratrē matris de inoſi
cioſo & obtinuit quòd filia q̃ erat ſimplicirer exberedata
non admittitur ad hæreditatem cum fratre niſi demum
intentata querela, quia querela eſt obſtaculū, quòd nō ſi-
nit eam ad hæreditatem admitti niſi ea probata. ita dicit
l. ex facto. §. ſi. ff. de uul. & pup. ſubſti. Et ſi non intelligit. l.
illam reſpondeus non eſt culpa mea. illud ad quod reſpō
detur quòd q̃rela & petitio hæreditatis poſſunt ſimul eo
dem libello proponi. ut no. in l. qui de inoffi. teſt. & in ſi-
mili. C. locati. l. conductores. facit ꝓ me ſicut dixi in alle
gationibus meis. Quia nemo ſine iure experitur. ut. l. quo
ties. §. ſi pro temporali. ff. de admi. tuto. l. ſi pupilli. §. uide
mus. ff. de neg. geſt. Si ergo proponitur eo em libello er-
go ius proponendi competebat. Si ergo erat aliquod fun
damentum iuris quod pariebat qualitercunq; ius agendi
multo fortius pariet ius excipiendi, ut in §. cū damus. &
in §. quod ait. ff. de exce. Nec ob. reſponſio q̃ ſit ꝙ actio ſi-
ue eaceptio quæ cōpetit cōtra trahentem ad uetitum exa
men dependet à caſu ferendæ ſententiæ. quia talis reſpō
ſio facit ꝯ alias ſuas pręcedentes allegationes quibus diai
querelam & hęreditatis petitionem poſſe ſimul intenta-
ri. nam petitio hæreditatis pendet ex euentu querelæ. qđ
patet quia ſublata quęrela per quam deuenitur ad hære-
ditatis petitionē & ipſa petitio eſt ſublata. ut. l. ſancimus
§. fin. C. de inoffi. teſta. & no. per Dy. in c. indultum. in ſi.
de regu. iur. lib. 6. Cum ergo pendeat ex euentu querelæ
non debent ſimul poſſe intentari ſm quod cōcludunt ſua
argumenta. ¶Sed ad declarationem omnium uidete. aut
cōpetit ius & cauſa agendi. & tunc actio competit & ea-
ceptio loco ſuo, & hoc non eſt dubium. Si non competit
nec ius nec cauſa, tunc actio nec eaceptio competit. &
ita intelliguntur iura & allegationes reſpondentis. Verbi
gratia. nunq̃ traxi te ad uetitum examen. certe contra me
non competit tibi nec actio nec exceptio. Sed ponamus
ꝙ traai, ſed adhuc nō eſt lata ſententia, certe competit ti
4 bi ius agēdi ratione præexiſtentis materiæ q̃uis non com-
petat actio. Ecce eaemplum † pignoratitia non competit
niſi ſoluta pecunia. ut. l. ſi rem. §. omnes. ff. de pig. acti. nun
quid ante ſolutam pecuniā uigore præcedentis cōtractus
cōpetit ius agēdi certe ſic. nt. d. l. ſi rem. §. ſi. ſic ſoluitur cō
trarium de. l. non poteſt. ff. de iudi. & no. per Dy. inſti. de
actio. in princi. ſic in caſu noſtro præexiſtens materia ſiue
delictum, ex quo primo ſententia ſecuta agitata eſt illici
ta tractio ad uetitū eaamen, ſicut in querela ipſa exhere-
datio, & in contratabulis ipſa pręteritio, ita quod nō eſt
dare differentiā quare nō poſſem ſimul proponere condi
tionem ea. c. ſi diligenti. & rei uendicationem, ſicut que-
relam, & petitionem hęreditatis. Vltimo & hic totus mū
dus non poſſet reſpodere. ſicut exberedatio competit que
rela de præſenti & de preterito contratab. ſic competat
de præſenti tractu ad uetitū eaamē cōditio ea. c. ſi diligē
ti. & ea. l. in criminali. C. de iuriſdict. om iud. Nullus ergo
ſanę mētis dicere poſſet quare talis cōditio cōpetens. de
pręſenti tracto ad uetitū examen nō poſſet oppooi i mo
dum exceptionis arg. d ićti. §. ſi filius & d. l. pręteritus.

Federicus.

¶Item non obſtant quod ultimo allegatur per dominum
Iacob. ſcilicet quòd agenti poſſeſſorio non poſſet reſerri
quęſtio proprietatis. Fateor hoc. Sed in caſu noſtro. B.
non opponit contra. F. agentem poſſeſſorio eaceptionē
quæ tangit proprietatem. ſed opponit quod dictus. F. per-
didit ius quod habebat ſuper poſſeſſorio fuit. tractus di-
ctus. B. coram capitaneo populi ſuper eodem poſſeſſorio
nunc trahit eum coram epiſcopo. Et in hac opinione eſt
dictus cancellarius, ſcilicet quod tractus ad uetitum exa-
men etiam ante ſententiam latam contrahentem poſſet
opponere eaceptionem ſi conueniatur.

¶Frater Gerardus de Se. magi. in theologia or. heremi.

SVMMAE.

1 *Conſuetudo quid in eligendis ſepulturis operatur.*

2 *Præſcriptio an ſit de ratione conſuetudinis.*

3 *Conſuetudo diuerſimodè diffinitur.*

4 *Conſuetudo non diuiditur in bonam & malam; quia mala non poteſt prædicari de conſuetudine: nam non dicitur conſuetudo mala.*

5 *Continuatio actus legis tempore diffinito uidetur de intrinſeca ratione conſuetudinis.*

QVAESTIO XCI.

QVOD pater poteſt filio impuberi eligere ſepul-
turam in cimiterio ſancti Auguſtini non obſtan-
te quod ſui maiores in cimiterio maioris eccle
ſiæ fuerint tumulati. Hoc probo quadrupliciter
1 † ex parte conſuetudinis, ex qua acquiritur talis poſ-
ſibilitas. Primo quia conſuetudo generalis huius terræ
hoc uidetur habere. Nam in omnibus eccleſiis religio
ſorum in quibus conſueuerunt patres ſibi & filiis no-
uam ſibi eligere ſepulturam ita obtentum eſt à longis tē-
poribus, nec inuenitur obtentum cōtrarium. Et hoc uide
tur ſufficere ad probandum cōſuetudinem ſicut patet ex
tra de conſuetu. cū uenerabilis. ¶Secundo patet hoc idē,
quia ſi unus actus irrationabilis facit & inducit cōſuetu-
dinem in terra deteſtabilem & à iure reprobabilem quē
admodum patet. xxv. q. ij. ita nos. ſic per oppoſitum hu-
iuſmodi actus irrationabilis debet poſſe inducere cōſue-
tudinem in terra acceptabilem, & à iure approbabilem.
Conſtat autem quod dictus actus tanquam rationabilis
fuit in hac ciuitate, non ſolum unicus, ſed in omnibus ci
miteriis religioſorū ſępius iteratus. ¶Tertio probo hoc
idem, quia ſi dubitantur utrū iſta ſit cōſuetudo iſtius diǫ
ceſis, debemus poſſe recurrere ad uicinas terras & ad ui-
cinas diœceſes. arg. ad hoc extra de cōſue. cum olim. Nūc
autē ita uidetur in uicinis terris, & in uicinis diœceſibus
quia a lōgis temporibus eſt iſte uſus in cimteriis fratrum
ſancti Auguſtini & aliorum religioſorū ſine contradi-
ctione quaſi approbata conſuetudine ſeruatus, ſicut per
audita cognouimus. ergo iſta ciuitate & diœceſi debet
iſte uſus pro conſuetudine reputari. ¶Quartò probo, hoc
idem ſpecialiter ex parte ſpecialis conſuetudinis cimite
rii dictorum fratrum, quia ſpecialis conſuetudo approba
ta, & ſeruata in cimeterio eorum, iam uidetur obtinuiſſe
uim iuris. Nam quandocunque aliquis ter utitur aliquo
iure uidetur eſſe in poſſeſſione ipſius arg. ad hoc extra de
can. poſſ. cum eccleſia ſutrina. in glo. & C. de fideiuſſo. l. j.
Cum ergo fratres ſancti Auguſtini fuerint uſi ſepelire de
uolūtate patrum pueros; impuberes ad aliud cimiterium
pertinentis ultra quam ter, uidetur quòd illa cōſuetudo
in cimiterio dictorum fratrum uim iuris contra aliud ci
miterium debeat obtinere. Nec obſt. ſi dicatur quòd illa
conſuetudo niſi ſit præſcripta per xl. annos non præiudi
cat iuri communi propter duo. primo, quia ultra quam

per

per.xl.annos duret iſta conſuetudo in iſta ciuitate ĩ plu-
ribus religioſorũ cimiterijs eſt ſeruata,& per conſequẽs
iã præſcripta.Secundo dato ꝙ non eſſet præſcriptas poſ
ſet prçiudicare de iure cõmuni de ſepul.ſcripto.libr.6.
eo quod dictũ ius faciat de ea ſpecialem mentionem.Nã
ſi cõſuetudo in iſto caſu indigeret præſcriptione ſicut ĩ
quocunque alio caſu,nõ fuiſſet oportunum ꝙ in iure de
ſepultura fuiſſet facta mẽtio ſpecialis magis quam ĩ plu
ribus alijs caſibus in quibus cõſuetudo p̃iudicat iuri cõ-
muni. ¶Qua propter uidetur ꝙ quodam ſpeciali modo
præiudicetur iuri communi in iſto caſu non ſolũ per cõ
ſuetudinem præſcriptã, ſed etiam per non ſcriptam.Et
confirmo iſtam uiam dupliciter.primo quia ſi conſuetu
do præiudicans iuri communi in iſto caſu neceſſario de
beret eſſe ſcripta quæ eſt in li.6.non deſtruxiſſet ius cõ-
mune per ſolam conſuetudinem ſed per conſuetudinẽ p̃
ſcriptam & per conſequens non feciſſet mentionẽ de ſo
la conſuetudine,ſed attẽdiſſet ibi ulterius cõſuetudinis
2 præſcriptionẽ. Secundo caſu confirmo eandem uiã †ex
eo ꝙ præſcriptio nõ eſt de intrinſeca ratione cõſuetudi
nis, cuius ſignũ eſt, quia poniẽ in eius diffinitione ſicut
patet inſti.de iur.na.gent.& ciui.§.ex nõ ſcripto.ubi dif
3 finitur hoc modo.Cõſuetudo †eſt ius non ſcriptum mo
ribus diuturnis populi inductũ. Diffinitur etiã alio mo-
do ſic.Cõſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum,
ꝙ pro lege ſuſcipitur ubi deficit lex.1.diſt.cõſuetudo.Vl
terius diffinit eam Iſydorus ſecũdo lib.differẽtiam alio
modo dicens.Cõſuetudo eſt ſolitę rei uſus conſẽſu duo
rum plurium ue factus.Conſtat autem quod in nulla di
ctarum diffinitionum ponitur pręſcriptio.Qua propter
relinquitur quod non eſt de intrinſeca ratione conſuetu
dinis.Si autem non eſt de intrinſeca ratione eiuſdẽ,re-
linquitur ulterius quod ubicunque aliquis tex.facit mẽ
tionem de ſimplici conſuetudine ſine pręſcriptione,ibi
talis conſuetudo ualet & intelligitur non pręſcripta.

¶Reſponſio domini Federici de Senis decretorum do
ctoris.

Domine & pater reuerẽde,fateor nobis ꝙ ſi conſuetu-
do terrę eſt quòd pater poteſt filio impuberi ſepul-
turam eligere,quia caſus eſt de hoc extra de ſepul.li
cet.li.6.Sed dubitatio eſt ſiue,ſi,& quo modo probeẽ hęc
conſuetudo.& quanto tempore debeat eſſe ſeruata.Et ẽt
an referat utrum filius ſit in poteſtate uel emãcipatus,&
de multis alijs poteſt quęri & dubitari quę faciunt ad eſ
ſe conſuetudinis.de quibus notatum eſt extra de cõſuet.
c.fi.& 8.diſt.fruſtra. Vnde fateor concluſionẽ ueſtram ĩ
multis. ¶Sed uideamus an ueſtra argumenta procedant
arguẽdo cum diffinitione uobis ſeruata.¶Primum argu
mentum non uidetur procedere. nam ſi ſepultura patrũ
eſt apud aliquos religioſos,tũc ſepultura filiorum eſt a-
pud eoſdẽ religioſos potius ex eo quòd eſt ibi ſepultura
maiorũ q̃ ex aliqua cõſuetudine uel parentis electione.
Quod autem ſequitur in eodem argumento ita obuentũ
&c.ita dubium eſt modo ſicut primo.Nam hoc eſt quod
quęrimus quomodo dicatur obtentum. nam ad eſſe con
ſuetudinis multa requiruntur alia quàm ſola rei longa
obſeruantia.nã doctores ĩ pręallegato.c.licet.de ſepul.
li.6.uideẽ itelligere de conſuetudine.xl.annorum,& qđ
aliqualis titulus dederit cãm cõſuetudini ĩducẽdę. Hoc
apparet per iura quę allegantur. ¶Secundum argumen-
4 tum non uidetur procedere quia †in criminibus non eſt
conſuetudo: nec prędicatur uniuoce conſuetudo de bo
na & mala conſuetudine.Nã cauetur in iure quòd mala
ĩ,ꝓprie dicitur conſuetudo,ſed eſt abuſio ſiue corrupte
la.8.diſt.c.mala conſue.extra de conſue.c.ulti.de exceſ.
ꝑla.inter dilectos.¶Præterea lex & conſuetudo ſunt pa-
ria & conſuetudo ſimpliciter ꝓbata ui habet legis.& de
bet puniri tranſgreſſor ipſius ſicut trãſgreſſor legis hoc
probatur.ff.de leg.l.de q̃bus.1.diſt.conſuetudo.& 11.di

ſtin.in his.Sed certũ eſt qđ qui peccat non peccat autho
ritate legis.14.q.4.qui peccat.ergo nec autoritate cõſue
tudinis cum ſint paria. ergo in delictis non eſt conſuetu
do.¶Præterea ꝙ nõ ratione inductum eſt,non habet uim
& poteſtatem cõſuetudinis.ut.ff.de legi.l.ꝙ nõ ratione.
¶Præterea ſm̃ Auguſtinum uti eſt id, quod i uſum uenit
ad id quod eſt finiẽdũ.unde ſm̃ eũ uti eſt ea quæ ſunt ad
finẽ ordinata in finem referre.Et pap.uti eſt quod ĩ uſum
uenit ad id quod recte ãm is finiendum referre.Hinc eſt
quod malus uſus dicitur abuſus.11.q.3.priuilegia.& 54.
diſt.uidelicet.Videtur ergo ꝙ non fuit bonum argumen
tum ã ſimili.¶Præterea nec binus actus nec trinus ĩducit
conſuetudinem niſi deuentum ſit ad legitimam præſcri-
ptionẽ ut patet ex principio & fine illius.c. cũ eccleſia
ſutrina. Itẽ & unus ſolus actus cõtinuatus legis tempo-
re diffinito uidetur ſufficere.extra de conſu.c.cum de be
neficio.lib.6.¶Tertium argumentum non uidetur proce
dere.nam c.cum olim.de cõſu.& c.ſuper eo de cẽſi.cum
ſuis cõcor.ſic debent intelligi ꝙ tũc demum recurriẽ ad
conſuetudinem uicinorũ locorum quando in loco ubi
eſt quæſtio non eſt proditum ius uel cõſuetudo:qua uel
quo ille actus dubius recipiat deciſionem.Sed ĩ caſu pro
poſito habemus ius commune.ſ. ſepulturam eccleſiæ pa
rochialis,& ſepulturam maiorũ: ut extra de ſepul.in no
ſtra.& eo.tit.cap.licet.lib.6.ut ergo cõſuetudo tollat ius
cõmune requiritur ꝙ ſit localis:ut bene colligitur.e.c.li
cet.¶Præterea qui poteſt inducere legẽ poteſt inducere
conſuetudinẽ.Nam conſuetudo eſt lex non ſcriptã taci-
to conſenſu populi poteſtis inducere legẽ ſcripta firma
ta.Sed certum eſt ꝙ populus florentinus non poteſt in-
ducere legẽ ſcriptã Senẽſibus.ergo nec tacitam.ſ.cõſue-
tudinẽ.¶Quartũ argumẽtũ põt deſtrui per decre.licet ſę
pius allega.q̃ dicit illius terrę. unde colligit ibi Archi.
arg.ꝙ ibi debet eſſe generalis cõſuetudo terræ non par
ticularis, ad hoc quod tollatur ius cõmune,hoc eſt im-
puberes ſepeliri in eccleſia parochiali uel maiorũ. ¶Ad
argumẽtum ꝙ inuenit ꝙ nomine cõſuetudinis nõ ſit ne
ceſſe itelligi ꝙ ſit præſcripta niſi hoc addatur uĩ eſſe fal
ſum:ut bene colligitur extra de electcumana. Nã in pri.
decre.fuit allegata & proteſtata cõſuetudo,& quia non
5 fuit probata præſcriptio nõ ꝓfuit.Itẽ †cõtinuatio actus
legis tẽpore diſſinito uĩ de intrinſeca ratione conſue-
tudinis,ut probatur extra de cõſu.c.fi.& eo.tit.c.3.lib.6.
& C.quę ſit long.cõſu.in rubro & nigro.l.2.& ff. de leg.
l.de quibus ibi inueterata.& l.ſeq.& l.cum de cõſuetudi
ne.cum l.ſeq.Hinc eſt quod gl.quęrunt quæ pręſcriptio
requiratur.an decem uel.xx.uel.xxx.annorum.Ergo pręſ
ſupponunt præſcriptionẽ eſſe neceſſariam. Et de hoc eſt
dubium ut ibi patet in multis.ll.¶Non obſ.prima diſſini
tio,imo facit pro,dum dicit diutius.nam longum & diu
comprehẽdunt ſpacium decẽ annorum:ut patet ĩ l.de q
bus in uerſi.inueterata.¶Non obſt.2.& 3.diffinitio.nam
quod ibi relinquitur indeterminatũ qui ſint mors,& qd
ſit ſolitum ſuppletur per alias leges quæ uolunt quod ſo
litum,accipiatur quod pluribus uicibus ſolitũ eſt tempo
re lõgo & ſine ĩterruptione.nã omnes articuli iuris non
poſſunt una lege exprimi.ff.de leg.l.non poſſunt.Quæ di
cta ſunt ſ̃ ſubiacent correctioni ueſtrę. quid autem ſen-
tiã nõ audeo exprimere, cũ quæſtio pendeat de facto in
ter uos & canonicos,& ab utraque parte ſim aſſumptus

S V M M AE.

1 *Conſcientiam uel ſcrupulum concernentia ſemper ſunt ſaniori modo & conſilio regulanda.*

2 *Extranei uel peregrini tranſeuntes per ciuitatem interdictam an prohibeantur à diuinis: & quid de fratribus minoribus in eorum conuentibus.*

QVAE-

QVAESTIO XCII.

1 FRatii Rynaldo Federicus ſalutem in domino. Sci-tis quod † in his, quæ important periculum uel ſcrupulum conſcientię pars ſanctior tenenda eſt: ut dicit Clemens quintus in declaratione regulæ ueſtræ quæ incipit exiui.§.cum autem termini reſtrictiui uerſi.nos itaque, qui in ſinceris hominum conſcientiis, extra deſpon.c.iuuenis.nam in uon admittendo tales ad diuina nullum eſt periculum, in admittendo autem poſſet eſſe periculum, ad hoc de clem.excom.mi.c.illud maximè propter iura noua, quę prima facie uidentur generaliter reuocare omnia priuilegia conceſſa ſuper hoc. Tamen quicquid ſit de conſciētia faciendum, uidetur de iure talem poſſe admitti ad diuina uigore priuilegii: ut extra de priuile.c.pen.lib.6.ibi niſi priuilegiati ſiut. ¶Non ob.c.i.alma.de ſenten.excom.nam ibi reuocātur priuilegia, per quæ poterat celebrari licitè tempore interdicti. ¶Pro hoc facit conſtitutio Clementis de ſenten.excom, quæ incipit cum eo.nam ibi ſpecialiter reuocātur priuilegia.per quę illi de tertio ordine poterant recipi. Et per couſequens à contrario ſenſu alia priuilegia remanēt in ſtatu ſuo. ¶Item obſtat Clemens de ſent. excom. in fi.ibi uidentur omnia priuilegia. ¶ Addi.id eſt reuocata. Nam reuocantur priuilegia per quæ religioſi nolebāt interdictum ſeruare, ꝙ eccleſia matrix ſeruaret. ¶Sed in caſu noſtro fratres minores benè alias ſeruant interdictum. ſed uolunt illos ſecretè admittere ſine aliqua uiolatione iterdicti. ¶Ad ſecundum dubium uidetur dicēdum, ꝙ illi tres fratres, qui non ſunt deputati capellani ad celebrandum dum celebrare non poſſunt. ac etiā illi, qui ſunt deputati confeſſores in aliis monaſteriis per decre.pen.de priui.ubi dicitur, ꝙ aliunde uenientes non ſunt admittēdi, & hoc ſentit do.Arch.in.c.alma.§.adiicimus, ſup uerbo celebrentur, de ſenten.excomm. li.6. ſed ſecundum hoc uidetur, ꝙ ſi fratres minores perigrinando, uel alio modo tranſeundo, tranſeunt per ciuitatem Senenſem In ter dictam, ꝙ tunc non poſſunt audire diuina officia ī cōuento Senenſi. quod uidetur abſurdum. Sed ſi uis tenere, ꝙ admitti poſſunt remanēte ſalua opinione Archidiac. poteſt dicere, ꝙ fratres minores, qui de licentia ſui maioris tranſitum faciūt quo ad diuina officia & eccleſiaſtica ſacramenta ſint illis conuentus, ubi uel ad quem declinat, ſicut dicimus de laico peregrino & tranſeunte. ꝙ poteſt confiteri illi ſacerdoti ad cuius parochiam declinauit, & ibi ſepilietur ſi decederet nō electa ſepultura, & de hoc no. Archi.de ſepult.c.1.& Hoſt.de pœni.& remi. c.omnis. ¶Pręterea Archidia.ſentit de extraneis, ꝙ non admittantur ad diuina officia. Sed nulli dubiū quod fratres minores qui morantur Florentiæ ſi tranſitum faciūt per Senen.non poſſunt dici totaliter extranei.cū in pluribus caſibus ſibi inuicem communicent. Et ſi diceres tales fratres minores peregrini, & non cōuentuales nō haberent uocem in capitulo Seneo.fateor.ut no.de priuile. c.1.lib.6.& facit quod no.de ſtatu mona.c.1.ad uerſi.nec prioratus. Sed non ſequitur ergo non poſſunt admitti ad diuina, quia primum uergit in præiudicium alterius ſecūdum non. Et eſt ſimile quod dicimus de epiſcopo ſcilicet quòd in aliena diœceſi poteſt illa expedire, quę non generant alias pręiudicium, ut in his quę ſunt uoluntarię iuriſdictionis, ſecus in his, quæ ſunt cōtentioſę iuriſdictionis, ut ſolet notari de of.deleg.nouiter.ff.de offi.procur.

ADDIT.

¶Priuilegia. Dominus Io.And.magis in c.legat.inclinatur, ꝙ non debeat admitti: ut patet in glo.quę incipit per hanc litteram.

SVMMAE.

1 *Calumnia falſo accuſantis diuerſis reſpectibus puniri poteſt.*

2 *Accuſator de calumnia, quam commiſit eo ipſo, quòd non probat qualiter ſit puniendus.*

3 *Accuſator calumnioſus an pendente accuſatione poſſit de falſo accuſari.*

4 *Iniuria clerico illata, quare dicatur ſacrilegium.*

5 *Teſtibus ut falſis in accuſatione reprobatis an pendente accuſatione accuſantis ſuperſedebitur primæ accuſationi.*

6 *Iudex laicus an ex officio poſſit punire clericum coram eo delinquentem.*

7 *Conſtitutio ſynodalis an poſſit impedire appellationem ad Papam.*

QVAESTIO XCIII.

FActum quod proponitur ſuper quo habendum eſt conſilium tale eſt. Quidam clericus accuſauit laicum coram iudice ſeculari de iniuria ꝓpria illata & facta per laicum ipſi clerico, & contra eum, ſuper qua accuſatione coram iudice ſeculari facta fuit per accuſatorem & accuſatum inter eos litis conteſtatio ad ſex dies & ultra, & poſt teſtiū publicationem dictus laicus accuſauit dictum clericum in curia domini epiſcopi Peruſini, dicendo quod ipſe clericus dictū laicum accuſauit calumnioſè & falſe & cōtra ueritatem, & quod ipſe clericus de laico corā iudice ſeculari falsā, & calumnioſam accuſationem fecerat, & ſuper dicta accuſatione dictus laicus procedit, & petit puniri ipsū clericum per curiam dicti domini epiſcopi Peruſini & inhiberi per curiam dicti domini epiſcopi Iudici ſeculari. ut non procedat contra eū laicum ſuper accuſatione dicti clerici, pendente accuſatione facta per ipſum laicum cōtra clericum ipſum in curia dicti domini epiſcopi Peruſini. ¶ Modo quæritur de duobus. primo an ſit procedendum ſuper ipſa accuſatione de falſo & calumnia per dictum laicū facta de ipſo clerico in curia domini epiſcopi. ¶Secundo ſi eſſet procedendum ſuper dicta accuſatione, utrum de iure curia dicti domini epiſcopi poſſit & debeat inhibere iudici ſeculari ad petitionem dicti laici: ut ſuper accuſatione facta contra ipſum laicū ꝑ ipſum clericum corā ipſo iudice ſeculari nō procedat ipſe iudex ſecularis pendente dicta accuſatione i curia domini epiſcopi per dictum laicum uel non. ¶Viſis themate ſupradicto & quæſtionibus elicitis ex eo & ſubtilibus allegationibus hincinde factis, & quod legitur & no.C.qui accuſ. non poſ.l.j.& l.neganda, & de calum.l.j. & de aduo.diuer.iudic.l.maxima per dominum Cyn.de pillorio, cum ſua materia, & 3.q.11.neganda, cum l.prius canonizata, & 2.q.3.§.notandum, circa prin. Videtur mihi Federico de Senis nunc legenti peruſii in iure canonico ꝑ curiam domini epiſcopi ad conſulendū aſſumpto: habita prius diligenti collatione cum certis iuriſperitis & maximè le

1 giſtis quo ad habendam ueritatem. ¶†Circa præmiſſa primo excludendo caſus non dubios ad dubium ueniamus. Et ſciendum eſt, ꝙ calumnia poteſt puniri aut per officiū iudicis aut per accuſationem. Si per officiū puniatur tūc uel in ipſa ſententia abſolutoria, uel immediatè poſt eā puniatur, quia quæ in continenti ſiunt ineſſe uidetur &c. ut no.C.de calum.l.j.ff.ad tertu.l.j.& de his qui not.infa. athletas.§.calumniator, & per Arch.1.q.3.§.notandum, ſuper glo.lo.quæ incipit in abſoluēdo, & dominus Cyn.

2 ſummans l.j.de calum.dicit. Nota ꝙ † accuſator de calūnia, quam commiſit eo ipſo, quòd non probat. debet puniri tempore ſententiæ non poſtea ex interuallo. Quod

intellige

intellige quando iudicis officio punitur: ut ubi. Et cautè
iudices nunquam puniunt calumniam circa principale
negociũ cõmiſſam ante prolationẽ ſententię, quia ia re-
us ex hoc perpenderet quod ſit abſoluendus quod iudex
pandere non debet aliquo ſigno ante ſententiã. C. de fal.
l. ubi. & ſic obſeruatur in condemnatione expenſarũ in
cauſa ciuili, quæ ſit ꝑꝑ calumniã uerã uel præſumptã. ut
no. in Spec. de exceptio. §. uiſo. uer. quod ſi reus ꝓbare uo
luerit in 6. col. Ad illud quod dixi modo circa principa-
le negociũ in calumnia commiſſa nõ obſt. de dolo & cõ
tu. c. 2. circa fi. cũ ſuis ſimilibus. Et an punitus ex officio
poſsit puniri ordinariè in eo quod plus eſt tangitur in ſi
mili. C. de teſti. l. nullũ. in fin. Sed melius ꝑ do. Cy. in d. l.
ubi. In ſupradicto autem caſu non petitur puniri calum-
nia per officiũ ſed per accuſationẽ. Itẽ quęſtio poſt abſo
lutionem factã de reo poſſet ex interuallo accuſator ac-
cuſari de calumnia non dubitatur ut patet in ſupradictis
iuribus & adhuc iſte nõ eſt caſus noſter. Sed caſus noſter
3 eſt †an pendente accuſatione poſsit accuſari accuſator de
calumnia, & ſic ſecunda accuſatio præiudicet primæ. Et
primo arguitur qđ nõ. nã ꝓ prima accuſatione facit prio
ritas temporis in præuentione. Itemque ſuam iniuriã ꝓ-
ſequitur. Item quia lis eſt conteſtata. Item quia accuſatio
uidetur de maiori crimine. nã iniuria illata perſonis ec-
cleſiaſticis ſiue in rebus ſiue in perſonis facta cadit in no
mẽ ſacrilegii: ut extra de foro cõp cũ ſit. & c. conqueſtus
cũ ſua gl. nã ius publicũ. & c. 1. diſt. ius publicũ. Pro ſecun
do accuſatore uero facit quia ſuã iniuriã ꝓſequitur. & ſic
cũ primus plura & potiora iura habeat ſecundo, eius ac-
cuſatio debet anteferri ut extra de proba. licet de iure pa
tro. ſuggeſtũ. & ibi notatur. Et hoc tenet Accurſ. & Azo.
in. l. neganda. C. qui accu. non poſ. & C. eod. titu. l. 1. uerſi.
quarto opponitur. & uerſic. ſecũdo quæro. Ad idẽ Io. An.
& Lau. 3. q. ix. neganda: Itẽ quod actor accuſator denun-
ciator, uel excipiens poſſet dici calumniator, pendet ex
futuro euentu iudicii & accuſationis primæ inſtitutæ. nã
ſi accuſatus fuerit condemnatus irretractabiliter apparet
quod accuſator calumnioſè proceſsit. Si uero fuerit ab-
ſolutus, tũc habet locũ accuſatio calumniæ. Ergo ſequiẽ
ſm hoc ꝙ pẽdentia primæ accuſationis ſit præiudicialis
accuſationi factæ de clerico corã epiſcopo non econuer
ſo. ad hoc de elect. ſi forte. de frigidis fraternitatis in fin.
euentus enim primi iudicij aut dat initium ſequentibus,
aut negat. & quod expectandus ſit finis primi iudicii
ſeu accuſationis probatur. C. de aduoca. diuer. iudi. l. j. ibi
quòd ſi non docuerit. Doceri autem & inſtrui cauſa põt
uſque ad ſententiam de cau. poſſ. & proprie. paſtoralis. in
fine. & de reſcrip. ſignificauit in ſi. & de fide inſtrumen.
cum Ioannes. & c. cum dilectus. Ad idem. C. de calũnia.
non prius. in fine. & ff. ad turpil. l. 2. ibi reo abſoluto. argu
mentum. extra de clan. c. 1. & 2. & ad idem. de elec. c. j. &
de excep. c. penul. lib. 6. per quæ probatur expreſſe quod
antequam quis de calũnia puniatur debet expectari exi-
tus probationũ in primo iudicio. ergo donec accuſator
cauſam ſuam inſtruere poſsit. quam inſtructionem face-
re poteſt etiam in cauſa appellationis, non debet de ca-
lumnia inquietari maxime quia eſt præſumptio contra
eum ex eo quæſtio poſt litem conteſtatam differat accu-
ſatorem accuſare. Ad hoc de frigi. cap. 1. & rõ. c. frequẽs.
de reſt. ſpol. li. 6. facit ad hoc. Et qa debemus fauere cleri
cis paſsis iniuriam. Ad quod facit de iure patro. relatum
in fin. item quia continentia cauſæ diuiditur. Item quia
iſte laycus poteſt per uiam exceptionis teſtes & inſtru-
menta repellere. & tractabitur primo de exceptione tan
quam de præiudiciali, de iudiciis. exhibita. & ſic per uiã
exceptionis poterit de calumnia accuſatoris. docere. Et
nihilominus poſt ſententiam abſolutoriam remanet ſibi
ſaluum ius accuſandi. item thema ſupradictum non de-
ſcendit ad aliquam ſpeciem calumniæ, uel falſitatis, quia

nõ accuſat accuſatorẽ quod produxerit falſos teſtes. Põt
enim eſſe quod teſtes accuſatoris nil dixerũt & nihilo-
minus accuſatio põt eſſe calũnioſa & falſa. & hoc quod
eſſet falſa, & calũnioſa accuſatio bene ſciebat accuſatus
ante litẽ cõteſtatã. & de hoc ultimo tãgitur per Cyn. in
l. j. ad finẽ. C. qui accuſa. nõ poſ. Ex his rationibus credo
ſuperſedendũ eẽ dictæ accuſationi factæ de clerico per
laycũ corã epiſcopo & inhibitionẽ fieri nõ debere. & po
ſito quod deberet ꝓcedi procedatur ſine iniuria uel re-
tractatione primæ accuſationis. & ſic quilibet ꝓſequitur
ſuã iniuriã alter proceſſui alterius nõ præiudicãdo. Ad
quòd facit quod notatur in Specu. de accuſa. uerſic. quid
ſi te uocaui latronẽ. &c. Reſtat ad cõtraria reſpõdere. &
primo nõ obſtat quod opponitur quod crimẽ falſi & ca
lũniæ ſit maius ipſa iniuria illata clerico. nã nõ uidetur
maius ſed æquale, quod apparet ex qualitate pœnæ. Nã
pœnæ ſunt mẽſuræ culparũ. ut xxiiij. q. 1. nõ afferamus.
4 & notatur i d. l athletas. §. calũniator. Itẽ ut dixi ſ† quod
iniuria illata clerico eſt ſacrilegiũ. & quod ſacrilegiũ ſit
maius calũnia & nõ minus patet ratione pœnarũ. C. de
crimini. ſacri. & de calũnia. Itẽ ſimpliciter dicẽdo falſa
accuſatio & calũnioſa idẽ eſt. nã calũnia in criminibus
nil aliud eſt quàm falſa crimina ſciẽter intẽdere. argu ff.
ad municipa. l. j. & ij. quęſtione. iiij. §. notandũ. ita quod
hæc dictio falſa nil addat, niſi quãdo diceretur qđ uſus
fuerat falſis teſtibus & inſtrumẽtis, & de hoc accuſareẽ,
tũc accuſaretur de calũnia ſed nõ de crimine falſi. nam
iſta ſe cõpatiũtur quod accuſatio ſit uera, & quod teſtes
producti per accuſatorẽ depoſuerũt falſum teſtimoniũ.
nã poſsibile eſt quod accuſatus uere deliquerit & tamẽ
teſtes qui producuntur ad probandum delictum non in-
terfuerint. Vnde concedo quod aliud eſt falſa & ca-
lumnioſa accuſatio & aliud falſos teſtes producere & i
5 ſtrumenta falſa. †Quarto autem accuſator accuſatione
pendente accuſatur quod falſos produxerit teſtes an de
beat ſuperſederi primę accuſationi necne. not. ꝑ Cy. C.
qui accuſa. non poſ. l. j. ad fi. Item ad id quod opponitur
quod probata falſitate coram epiſcopo punitur &c.
Reſpondeo quod non agitur hic de crimine falſi: ut pro
xime dixi. Et quicquid ſit iſtud argumentum retorquet
in caput ſuum. nam condemnato layco coram iudice ſe-
culari ceſſat actio calumniæ coram epiſcopo. Vnde pro
prius & melius poteſt dici quòd proceſſus iudicis ſecula
ris qui præuenit ſit præiudicialis ad proceſſum epiſcopi
quàm econuerſo, cum ex euentu primæ accuſationis
pẽdeat an ſit calũnioſus accuſator necnè. & hoc uoluit
lex cum dixit reo abſoluto incipit quęrere de cõſilio ac
cuſatoris qua mẽte &c. Item ad id quod obijcitur quod
iudex laycus non poteſt punire clericum de crimine, ſiue
principaliter, ſiue incidẽter, ſiue qđ coram eo nõ poteſt
accuſari. Reſpondeo quòd coram eo non poteſt clericus
de crimine accuſari. ſed dico quod iudex ſecularis cleri
cum coram eo agentem uel accuſantẽm calumnioſè uel
falsè uel uariè teſtificante poteſt ex officio extraordina-
riè punire. ita tamẽ ꝙ executio talis pœnæ quæ ſit faciẽ
da in perſonã referuetur epiſcopo. Si uero ſit realis exe-
cutio facienda in bonis põteſt facere iudex ſecularis uel
diſtinguendo eius fideiuſſores quos clericus dedit. C. q
acc. non poſ. l. 3. & ꝑ Cy. de hoc C. de teſti. l. nullũ. & ibi
reſpõdet ad iura canonica quæ inducũtur ꝙ clericus nõ
poteſt cõſentire in iudicem laycum, & eodem modo ꝑt
punire laycus clericum in ciuilibus deficientem i expẽ-
6 ſis. & hoc ſentit Io. & Arch. ſcilicet ꝙ † iudex laycus põt
punire ex officio clericum delinquentem coram eo pu-
ta qui tulit falſum teſtimoniũ: ut not. v. q. vj. presbyteri,
quæ eſt lex. C. de epiſc. & cler. l. presbyteri. & facit quod
no. de iudi. At ſi clerici. ¶ Addi. 1. Præſuppoſito ſine pin-
dicio ueritatis ꝙ nec principaliter nec incidẽter poſſit
clericus puniri à iudice laico dicat iudex laicus accuſà-

to. Tu

to.Tu laicus accuſatus qui uis quod clericus de calumnia puniatur expecta donec ſis abſolutus per ſententiam iudicis ſecularis & poſtea accuſa clericum de calumnia coram epiſcopo & iſta eſt uia magis expedita & minus calumnioſa,ſeu captioſa nec inculcãtur lites litibus nec intricantur proceſſus ꝓceſſibus nec aperitur uia fraudibus iſtorum, qui accuſantur qui dum uident quod debent condemnari per iudicem ſecularem recurrũt ad ecclesiaſticum forum ut deludant iudicium iudicis ſecularis quibus eſt obuiandum de reſcrp.ſedes. de uita & hone.cleri.c.ulti.de cleri.coniuga. c.pe. de priuil.ex parte. ad idem. C.de fal.l.2. maxime cum in foro ſeculari tam de iure communi,quàm etiam de iure ſeculari ſtatutorũ inſtantiæ criminales certo tempore finiãtur quod non
9 ſic eſt in foro canonico.Nam † licet quandoque ſynodalis conſtitutio ſtringat & arctet ius commune ad certum tempus,non poteſt tamen impedire quin ad Papam appelletur de iureiuran.uenientes.& ſolus Papa poteſt decurtare tempus appellationis qui ſi.ſint legi.laror.& notatur de appel.c. ex inſinuatione. Et ſic eſſet uidere quod accuſatio calumniæ poſſet tanto tempore durare in curia epiſcopi,quòd eſſet perempta inſtantia in curia ſeculari. ¶Item ad id quod dicitur quod accuſatus de graui & manifeſto crimine non poteſt accuſare,ut de appellationibus propoſuit, ego reſpondeo quò illa iura non tractant de accuſatione,ſed de recuſatione iudicis ſuſpecti,quam recuſationem proponere non poſſunt notoriè criminoſi ſicut nec appellare, ut ibi notatur. ¶Item ad id quod dicitur quod accuſatus de calumnia proſequitur ſuam iniuriam, non ergo debet dari ſecundo &c.& not.in l.neganda. & quoties utrique parti eſt cauſa & priuilegium potior eſt qui prior eſt. ff. de reg.iur.l.quoties.& facit quod not.de præbend.hi quĩ.lib. 6. & regula iuris in pari.& ff.de mino.l.uerum.§.penulti.& poſito ꝙ admitteretur ſecundus ad accuſandum de calumnia non excluderet primum ſed concurreret cũ primo ſecundũ opioinnem Odof. ¶Ad id quęſtio pe.dicitur,quod exceptio uel accuſatio falſi eſt primo tractanda &c.ut in l.damus ſatis eſt reſponſum ſupra.Hic enim agitur de calumnioſa accuſatione.Ibi autem accuſatur clericus quòd fuerat uſus falſis teſtibus uel inſtrumentis. & iſta differunt: ut ſupra diſi. ¶ Præterea quando eſt præſumptio contra proponentem quæſtionem falſi ſicut eſt in caſu noſtro: quia nimis tacuit non differtur quod fieri debet:ut. C.de fal.l.2.de reſtit.in integ.c.ſuſcitata.¶Item ad ultumũ.l.j.C.de calum.reſpondeo quod facit pro iſta parte qa ibi non per uiam accuſationis, ſed per officium cohercetur calumnia,& tempus ſententiæ quo abſoluitur reus. Sic tu laicus expecta tempus ſententię, & ſi es in caſu abſolutionis petas per officium iudicis clericum de calũnia puniri per ſecularem iudicemquod fieri poteſt: ut dixi ſupra,uel poſt ſententiam proſequere accuſationem quã proſecutus fuiſti in curia epiſcopi.

ADDIT.

¶Clerici in contrarium facis quod notat Io.Pet. & Innocen.& Hoſt. de foro competen.c.uerum.in gl. in fin. Lap.

¶ An tranſactio facta per Prælatum ſuper re immobili ſine conſenſu epiſcopi ualeat.

SVMMAE.

1 *Trãſactio Prælati cum conſenſu capituli auctoritate tamen diœceſani non petita,an poſſit eccleſiam et ſucceſſores obligare ad illius tranſactionem.*

2 *Compoſitio:tranſactio:& pactum ſine auctoritate ſuperioris inita perſonalia dicuntur non perpetua.*

3 *Priuilegio facilius renunciatur quàm iuri communi.*

QVAESTIO XCIIII.

1 CAſus talis eſt.Prælatus † cum conſenſu capituli ſui tranſegit ſine auctoritate diœceſani ſui cum aduerſario ſuo ſuper re immobili.Ita quòd uigore trãnſactionis res illa immobilis remaneat apud illum,& eccleſia recipit certã ſummam pecuniæ.¶Quæritur nũquid talis trãſactio obliget eccleſiam,& ſucceſſorẽ uidetur quòd ſit de tranſac.c.iij.& de pac.ca.j.& iij.li.v. ¶Dicas contra.nã de iure bona eccleſię non poſſunt alienari.ſine auctoritate diœceſani.xij.q.2.abbatibus. & ca. placuit.& xvij.q.iiij.c.in uenditionibus.cum ſim.Et licet in certis caſibus permittai alienatio:ut not.sij.q.ii.in ſumma non tamẽ ſine auctoritate diœceſani quod enim non licet una uia.ſ.directè &expeſſe alienari,nec alia uia licebit.ſ.indirectè uel tacitè, uel per obliquũ.ſ.componẽdo tranſigendo, uel cõprumittendo:& maxime ut tollatur fraudibus occaſio uel figmẽtis quia multi qui nõ poſſunt alienare procurarẽt lites moueri ut poſtea poſſent trãſigendo alienare. ¶Et ſi diceres quod dubius euentus litis debet aliquid operari & nouum quid inducere.Reſpondeo ꝙ operatur hoc,quod poteſt tranſigi & tranſigendo poteſt remitti & alienari ius eccleſię, quod alias alienari non debet. Non tamen ſequitur quod ſine auctoritate ſuperioris.Sufficit.n.ꝙ operatur hoc.ſ.quòd res eccleſię poteſt alienari. facit. C.de tranſa.l. præſes.& quod not. Spe.de inſtr.ædi. § nunc uero aliqua. vij.col.ad fin.uer. de illo quęritur.Non tamen ergo ſequitur ſolenuitas nõ
2 debet ſeruari. Et generaliter tradit quod † cõpoſito tranſactio,& pactum ſine auctoritate ſuperioris inita nõ ſunt perpetua ſed perſonalia : ut legit & notatur de tranſact. de cæteri o.& c.uenẽs ij.de deci.ex multiplici.in gl pe.& de præbend.niſi,in gl.pe.& hoc ad literã no.Hoſt. de arbi.c.3.ubi expreſſe dicit ꝙ clericus compromittendo nõ põt eccleſiã obligare ſine auctoritate diœceſani.& præcipue ubi poſſet deuenire ad ſpeciẽ alienationis. Et pro iſto dicto Hoſt.facit qđ notatur in Spec.de arb. §. reſtat. uer.ſed nũquid clericus,& §.ſinitur uer.quid ſi prælatus. Et pdicta maxime procedunt ubi de lite & conuerſia non apparuit aliàs qua per confeſſionem prælati & capituli, qa eorũ cõfeſſio non ſufficit ubi opus & ueritas rei requiritur,ut notat in ſimili Archi.x.q.ij.hoc ius.uer.creditor quoq; intelligatur ſuper uerſi. pecuniam mutuatam fuiſſe.& uerſam in utilitatẽ eccleſiæ.¶Non obſtat.c. contingit,qa ibi ſolum agitur de iure conuenti.i.quo caſu poſſit conuentus cõtradicere trãſactioni factæ per prælatũ, nõ tamẽ excluditur ius ſuperioris qui debet authorizare ad hoc,ut trãſactio ſit realis & perpetua.Non ob. c.1. & iij.de pa.li. vi. quia ibi redit res ad naturam ſuam.ſ. quia
3 † eccleſia parochialis recuperat iura ſua & facilius renũtiatur priuilegio quã iuri cõi,& de hoc ſentit ibi Archi. in c.1.in glo.hoc; poteſt. Et optime facit quod no. Ioan. An.de re.eccle.non ali.c.j.in glo.innuit in cle.

¶Reſponſio domini Federici de Senis ſuper multis quęſtionum articulis.

SVMMAE.

1 *Patrona præſentans aliquã in abbatiſſam an ſi aliæ ſint utiliores monaſterio nihilominus erit admittenda.*

2 *Patrona, an poſſit Abbatiſſam remouere vel conferre.*

3 *Abbatiſſa & Conuentus an poſſint Capellanum per patronam præſentatum recuſare.*

4 *Abbatiſſa,& moniales præſentatum capellanum non recipientes, an poſſint ab alijs ſuſcipere eccleſiaſtica ſacramenta.*

QVAE.

QVAESTIO XCV.

SVper dubitationum articulis, qui elici poſſunt ex cõ-
firmatione dñi Papæ Ioannis, quam fecit de pactis
& cõuentionibus habitis inter magiſtrũ hoſpitalis
ex parte una & Richã uxorẽ & filiã ſuã ex parte alte
ra uccaſione Monaſterii ſancti Bennegiati tũc cõſtruẽdi.
uiſa litera & contẽtis in ea reſpõſa, ut j. ſequitur. Quas
reſpõſiones ſcriptor plenariũ ſubiicit correctioni ueritia-
1 tis & cuiuſcũq; melius intelligentis. ¶ †In primis ſup eo,
ꝙ q̃ritur ſi patrona ipſius Monaſterii pſentat aliq̃ in Ab-
batiſſam, & multæ aliç ſunt meliores, & utiliores in ip-
ſo monaſterio, an talis præſentata poſſit refutari & non
admitti. Reſpondeť ꝙ ſi pſentatur de gremio monaſterii,
de quo gremio debet præſentare patrona ſm confirma-
tionem Papæ, & ſic idonea admitti dẽt, licet in monaſte-
rio ſint aliç magis idoneæ. Vulnerauit tñ conſcientiã ſuã
patrona nõ eligendo meliorẽ. Adhuc de el. c. nobis olim
56. q. ult. monaſterium, & no. de app. conſti. & p Arch. de
2 reſc. duobus, li. 6. ¶ † Item ſuper eo, quod quæriť an patro
na poſſit Abbatiſſam remouere, poſito qđ alias ſit digna
remoueri. Reſpõdeť ꝙ non. de hoc nulla eſt dubitatio ẽt
ſi patronus exigat religioſum: ut extra de priuileg. cum &
plantare & 10. q. ult. laicis, & c. peruenit. Nã pſentare bẽt
non conferre uel priuare, de iu. pat. ult. Põt tñ patronus
Abbatiſſam dilapidantẽ uel alias dignã amotionẽ petere
remoueri 16. q. ult. filius, & no. de teſti. ex parte adæ. & p
Archid. 22. q. 5. hoc vř ad fi. uide qđ ſcripſi de regula, ad
Apoſtolicã, & p Io. And. de reg. iu. indultũ in mercuriali
bus. ¶ Itẽ ſup eo, qđ quæriť an in locũ deficiẽtis monialis
patrona poſſit pſentare quã uoluerit. Reſpondetur, ꝙ ſic.
dũmodo idoneã, & aptã religiõi pſentet, & dẽt recipi ad
pſeſſionẽ, licet patrona potuerat eligere & pſentare ma
gis idoneã, dum tamẽ de ciuitate uel diœceſi Peruſina exi
ſtat, ut 71. diſt. hortamur, & de cler. peregrinã. c. ult. & fa
cit adhoc qđ no. de iu. pa. ſignificaſti, & 16. q. 5. ſi quis epi
ſcoporũ, & ſic ipſa pſentata non cogiť renunciare benefi
cio annalis pbationis. Sic nec Abbatiſſa, ut de regula, ad
apoſtolicã. Sed in hoc eſt dñia, qa pſentata & nouicia põt
infra annũ ſi ſibi placeat exire & redire ad ſeculũ. Sed Ab
batiſſa in fine anni põt ipſam recipere ad pſeſſionẽ ſi eſt
idonea, alias ſi eſt nõ idonea põt ipſam non recipere ſm
ea, quæ no. Io. And. de reg. iur. decet, li. 6. in qõne ibi poſi
3 ta in nouella, in fi. Ad hoc 16. q. 7. decernimus. ¶ † Itẽ ſup
eo. qđ quæriť an moniales. ſ. Abbatiſſa, & conuentus poſ-
ſint recuſare cappellanũ pſentatũ p patronã, & ſe oppo-
nere nẽ inſtituatur ſi nõ fuerit idoneus. Reſpõdeť ſic, qa
ipſarũ intereſt, cũ loco rectoris parochialis habeãt & ſm
Ioannẽ poſſunt ſibi opponere nimiã iuuentutem, & alia
quæ arbitrio boni uiri vñr relinqui, ut not. 18. q. 2. qui re-
ligioſis, inſtitutum uero & admiſſum cappellanũ Abbatiſ
ſa & cõuẽtus nõ poſſũt amouere. Sed ſi dignus fuerit amo
ueri, quç amotio fieri põt ex facilioribus cauſis quã amo
ueantur rectores parochiales eccleſiç poſſunt petere ip-
ſum amoueri inuita patrona p illã ad quẽ pertineat inſti
tutio ipſius facit de ſtatu regu. c. ea quæ. & c. pen. ¶ Item
ſup eo quo quæriť, quæ pœna immineat Abbatiſſæ & cõ
uentui ſi uoluerit recipere capellanũ pſentatũ & inſtitu-
tũ. Reſpõdetur qđ incurrunt pœnam pecuniariam, ſi qua
appoſita fuerit in promiſſione quã fecit Abbatiſſa & con
uentus de obſeruando pacta & cõuentiones inter Richã
& magiſtrũ, tñ cõtra promiſſionẽ pœnç poſſet peti reſti
tutio in integrum, poſſent cõpelli p ſuum ſuperiorẽ p cẽ
ſuram eccleſiaſticã ad recipiendũ ipſum capellanũ, pœna
tñ pecuniaria ſi qua incurreret dẽt applicari magiſtro &
Priori Vrbis. ¶ Itẽ ſuper eo quod quæriť de familiaribus.
Reſpondetur, ꝙ nõ apparet dubiũ quare hic quærať, qa
ipſa Abbatiſſa põt ſibi aſſumere familiares maſculos &
fœminas ad ſeruiendũ, adminiſtrandũ, & gerendũ nego-
cia monaſterii ſicut ſibi uidebitur, & de hoc nõ hẽt ſe in-
tromittere patronus nec de iure cõi, nec ui pactorũ, & põt
ipſos familiares remouere ſicut ſibi placuerit. ¶ Itẽ ſuper
eo qđ q̃ritur. Quid dubii & difficultatis exiſtat, uidelicet
4 † nunqd Abbatiſſa & moniales poſſint ab aliis ſuſcipere
eccleſiç ſcña. Reſp. primo, quòd cũ ipſç gaudeãt oĩbus pri
uilegiis & gratiis qbus gaudet ordo hoſpitalis. Dico ꝙ
ſi plati & fratres ordinis poſſint eligere aliũ cõfeſſorẽ &
ab alio ſuſcipere ſcña, ſic & poterũt iſtæ circa ſacña ſuſci
pienda, & illud ſeruetur in iſtis, ꝙ illi p priuilegia & cõ
ſtitutiones ſuas ſeruãt. Si uero de hoc in eorũ priuilegiis
uel cõſtitutionibus nil dř p uel ꝯ, tunc dico, ꝙ de licẽtia
illius qui hẽt cõfirmare Abbatiſſã & cõmittere curã ani
marũ illi capellano eligere cõfeſſorẽ poſſunt Abbatiſſa
& moniales recipere ab eo eccleſiaſtica ſacña: tñ ille cũ
dabit licentiã eligendi cõfeſſorẽ a quo ẽt poſſitis recipe
re eccleſiaſtica ſacña cui cõfeſſori quẽ eligeritis ex nunc
cõmittimus circa exhibitionẽ ſacrorũ uices noſtras.
¶ Itẽ vř, quòd ille capellanus talẽ licentiã dare poſſit cũ
ordinarius ſit curatus ſuper eas. Prędicta poſſunt colligi
ex his q̃ notanť de priuil. c. 1. in clẽ. in gl. puto & ſi conti
gerit, quòd iſte cõfeſſor, q eligitur ſit religioſus poterit
adminiſtrare eccleſiaſtica ſacña nõ habita alterius paro-
chiani presbyteri licẽtia ſpeciali. Nã illa decret. q̃ prohi-
bet religioſis nõ hẽt locum in illis pſonis, q̃ nõ a rectore
parochialis eccleſiæ, ſed a certa perſona ſacña recipiunt,
ut dicit Paulus de Bon. & bene, per clẽ. ſecũda, in fi. de re
ligio. domi. ¶ Itẽ circa hoc uř dicendũ, qđ licet ipſæ mo-
niales habeant licentiã ab epõ, presbytero hoſpitalis, uel
ab alio capellano ut poſſint ab alio huiuſmodi ſacramen
ta ſuſcipere: tñ uř quod hac licentia uti nõ poſſint ſine li-
centia Abbatiſſç cum ue lle nõ habeãt 12. q. 2. nõ dicatis,
nec eligere ẽt confeſſorẽ, ut notant Io. An. & Pau. in ca.
ſuper cathedrã. §. ſtatuimus, ſuper uer. uolentiũ de ſepul.
in cle. & facit ad hoc quod no. Hoſt. in ſumma, de pen. &
remiſ. §. quibus cõfitẽdũ in 6. charta, uer. quibus monachi.
¶ Itẽ ad id quod dictũ eſt qđ Abbatiſſa debet petere licẽ
tiã uř obſt. de pœn. & remiſ. c. ulti. ubi dř quod exempti
poſt ſuperioris licẽtiã poſſunt eligere confeſſorẽ. Ad hac
reſpondetur quod illud vř habere locum in exemptum,
qui non habet proximum ſuperiorẽ ſupra ſe, ut no. Hoſt.
in ſumma de pœn. & remiſ. §. in quibus in 5. charta, uerſi.
cum abbas. Pro quo dicto facit quod habetur de ſtatu.
mona. c. uno ad fi. li. 6. & eo. tit. c. 2. in cle. Sed iſta Abbatiſ
ſa non habet ſuperiorem ſupra ſe præter papam. Tamen
litera illius capituli multum facit quod Abbatiſſa exem-
pta poſſit eligere cõfeſſorem ſine alterius ſuperioris licẽ
tia niſi conſtitutiones ſeu ordines prohibeant. ¶ Item ad
id quod dictũ eſt, quod presbyter parochialis poſſit talẽ
licentiã concedere, uidetur obſtare, quia ſm hoc officiũ
capellani uidetur euacuari & ad nihilum deduci, & ſic p
ſentatus a patrono uidetur ſuo officio fruſtrari, & quaſi
ſuo officio indirectè priuari. Ad hoc reſpondetur quod
per hoc non priuatur iure ſuo, nec eſt inconueniens plu-
res hẽre a quibus peti poſſent eccleſiaſtica ſacña. Nã & pa-
rochiani ſubiecti presbytero parochiali pręſentato p pa
tronum & inſtituto per epm poſſunt a legato & eius pœ
nitẽtiario recipere eccleſiaſtica ſacña, & ab aliis de ipſius
licentia non obſtãte cõtradictione ipſius rectoris, ut col-
ligitur ex dictis Io. And. & Pau. & Stepha. de priui. ca. 1. i
cle. Sic & in caſu noſtro facere poterit Abbatiſſa inuito
pręlato. ¶ Conſequenter circa præmiſſa quæritur, an ille
capellanus, uel ille quem Abbatiſſa eligit de licentia prç
sbyteri parochialis uel alias ex priuilegio ordinis poſſit
abſoluere Abbatiſſam & moniales in caſibus, qui conſue
uerunt epiſcopo ſeruari. Et uidetur quod non per ca. 2. de
pœn. & rem. li. 6. Itẽ confeſſores & pœnitentiarij fratrũ
prædicatorum & minorum abſoluere nequeunt in illis
caſibus: ut de ſepul. c. 2. §. huiuſmodi, in cle. Sed contraiũ.

eredo pp inconueniens qđ ſequeretur. nā iſta Abbatiſſa ſit exēpta,ut hanc licentiam ab eo non poſſit petere, opportebit ſīn hoc qđ illa licētia petatur a papa nō ſine aīarū periculo,& ſic obſtat mens c.ult.de pœ.& remiſ.nā illud c.ultimū uoluit exemptis prouidere, ne pro dilatione pœnitētiæ periculū animarū incurrerēt, ſed nō eſſet ſufficienter prouiſū ſi pro illis caſibus eſſet recurrēdū ad Papam.¶ Præterea iſti exempti cēſentur fungi uice epōrū ſuper illos in quos exercēt epālē iuriſdictionem, uel quaſi,ut no.de reb.eccl.non alie.c.uno in cle. ¶Ad quod facit de priuil.ut abbates,in ſi.li.6.& quod not.Pau.de ſepul.c.2.§.ſtatuimus,ſuper uerbo ad pœnitētiā prælatorū in cle.¶Non ob.c.2. de pœ.& remiſ.li.6.quia loquitur in ſubditis epī à quibus de facili pōt haberi recurſus ad epiſcopum & ſic remotio,& propinquitas locorū aliq̄d operatur,ad hoc 63.diſt.cum longe,de ele.nihil,& de temp. ord.c.3.& de offi.ord.c.1.in ſi.li.6.¶Nec etiam ob.c.2.§. huiuſmodi de ſepu.in cle. ubi Prædicatores & Minores nō abſoluunt in caſibus ab epō reſeruatis.nā illud procedit ex inſtitutis illius conſti.Itē quia loquit̄ i ſubditis epī ut patet in c.j.§.ſtatuimus, ſuper uerbo ſuorū ſubditorū. Si ergo unus prælatus exēptus eligat ſibi cōfeſſorē fratrē Minorē uel prædicato rē ad audiendū confesſiones deputatum, nunquid poterit abſoluere in caſibus:q̄bus alias de ſubditis epōporū ad ipſos epōs habemus recursū. Certe ſic.quia hoc eſt de mēte illius c.2.de pœ.& re. Et quia multa ſtatuuntur in monialibus, quæ ſunt alias cōtra ius cōe,de ele.indēnitatibus,ad ſi.de iudi.c.2.&de ſtatu.mo. c.1.li.6.Itē ſuper eo quod querit̄ uidelicet,ubi ſit petēdū legatū a dicto Richar.in ſuo teſtamento relictū monaſterio ſupradicto cū hæres eius habeat domiciliū in ciuitate peruſij,& legatū conſiſtat in genere puta in pecunia& teſtamētū fuit factū alibi. Ad hoc reſpondet quod legatū eſt petendū peruſii puta quia hæres hēt ibi domiciliū.Tn̄ niſi aliquid appareat cum ēt fuit peruſinus teſtator ꝙ uoluit pecuniā ſolui peruſii,ad hoc.ff.de iudi.l.quod legatū & l.fideicommiſſum eo.ti.& tale legatum cum ſit ad pias cauſas pōt peti in utroq;foro ciuili & eccleſiaſtico, quia cōiter tenetur &obſeruatur,ꝙ executio ultimarum uolūtatū defunctorū maximè ad pias cauſas pōt peti in utroq; foro,& hoc per probabilem rationē.Et de hoc not.plene Io.And.in cōmento c.Ioānes, de teſt.poſt B.Inn. & Hoſ. Item eodē modo pōt cogi hæres in ciuitate peruſina in ſoro ſeculari ad faciendū clauſuram & alia neceſſaria ad dictū monaſteriū pertinētia, quia hoc promiſit,& q̄a ēt iurauit poſſe compelli ad obſeruantiā iuramēti in foro eccleſiaſtico,no.de fo.comp.c. ult.li.6. imo ordinarius ex officio ſuo ubi cogitur hæres ad reficiendā clauſurā monaſteri posſit illum cōpellere ad clauſurā facienda. arg. de ſta.mo.c.uno li.6.¶Item ſuper eo quod ultimo quæritur & in dubium reuocatur,an hæres prædictus aſtringatur conſtitutioni epiſcopali curiæ factæ contra non exequentes teſtamenta,& ultimas uoluntates defunctorum, cum tam hæres,q̄ teſtator fuerit peruſinus,& uere etiam hæres habeat domicilium in ciuitate peruſii. Reſpondetur,ꝙ illa quæſtio nullam habuit dubitationē, ut alio caſu ſupradictum eſt,quia aſtringitur ipſis cōſtitutionibus. Tamen quatenus dicta coſtitutio epiſcopalis puniret negligentes eſſet dicendum hæredem negligētē fuiſſe poſt quam ſciuit uel ſcire debuerit teſtamentum,uel uolūtatē defuncti. Quia præſcriptionis non ſunt editæ niſi contra negligentes,ut de cōceſ.præb.c.2.& c.quia, & de appel. concertationi,li.6.Et quia cōſtitutio epiſcopalis uel municipalis,non punit probabiliter ignorantem,ut de cōſt. c.2.li.6.& ff.de decre.ab ord.fa.l.ultima.

¶Conſultatio Fed.Petrucij de Senis.

S V M M AE.

1 *Dominus temporalis iuriſdictionem habēs in cauſis uſurarum an poſſit inter ſuos ſubditos legem ſtatuere uel conditionem inducere.*

2 *Iudex ſecularis quando poſſit de cauſa uſuraria cognoſcere.*

3 *Cauſa natalium quando & quare dicatur de foro eccleſiaſtico.*

Q V AE S T I O XCVI.

APparet quędam lex uel ſtatutum factum per commune peruſii, in quo inter cætera cōtinetur, quod ſi quis fecerit refutationem de aliquo debito pro minori quantitate,quam contineatur in inſtrumento de quo ſit facta refutatio ,quod talis faciēs refutationē prædictā ſit,& haberi intelligatur uſurarius,& habeatur pro plena probatione. Modo duo laici contendunt in curia domini epiſcopi de quodam inſtrumento, quod proponitur uſurarium, & probatum eſt in cauſa prædicta, ꝙ predictus faciens refutationem , fecit ipsā de parte debiti dicti inſtrumenti,de quo eſt quæſtio in dicta curia uidelicet 24.Flor.pro 12.Flore.¶Ex quib. queritur an dictum ſtatutum poſſet habere aliquem effectum in dicta cauſa in dicta curia,&an uicarius dicti domini epiſcopi poſſet iudicare ſecundum formā ſtatuti , &q̄ ſint partes dicti domini Vicarii in dicta cauſa uigore & iure ſtatuti prædicti.¶Chriſti nomine īnuocato. Super præmisſis habito conuenienti ſtudio ,Videtur primo, ꝙ dictum ſtatutum fidem faciat,& legem imponat in foro eccleſiæ inter ipſos laicos.Nam cum uſuræ posſint peti ſeu repeti in foro ſeculari ſecundum Hug. Lau.& Arc. & Gof.ut no.14.q.3.quid dicam per Archid.quorum dicta reaſſumpſit Io.And.de iudi.cap.2.ad ſi.in cle.& idem pau.in eadem conſtitutione,de uſu.cap.1. ergo uidetur,
1 †ꝙ inter ipſos laicos tēporalis dominus, qui iuriſdictionem habet ſuper cauſis uſurarum poſſet inter ſuos ſubditos legem ſtatuere & cōſuetudinem introducere ſuper dictis cauſis,ſiue circa ordinationem proceſſus ſiue negocii,ſeu deciſionem litis.Quod ſtatutum inter ipſos ſubditos locum habet in quocunque foro,ex quo tendit ad deciſionem cauſæ,ut in caſu noſtro,ad quod de excep.ca.2. li.6. nam ſicut ibi res iudicata per iudicem ſecularem habet auctoritatem per ſuum officium in foro eccleſ. ſic & ſtatutum dicti iudicis,maximè quia lex &conſuetudo loci,ubi negocium geſtum eſt inſpicienda eſt,ut ff.de euic. ſi fundum.& facit quod no.in Spe.de inſtru.ædi.§.compēdioſè,uerſi.quid ſi de conſuetudine. Item cauſa etiā per delegatum debet decidi & terminari ſecundum cōſuetudinem Terræ ipſorum litigantium,ut extra de eo qui mitti.in poſ.cauſa rei ſer.cū ueniſſet,& de hoc ſatis no. Cōpo.poſt Inn.de conſue.ſuper rubrica. ¶In contrarium uidetur per illa generalia 96. diſt.bene quidem de conſili. eccleſiæ ſecunda. Item communiter tenetur inter doctores,quòd cauſa uſuraria, eſt cauſa ſpiritualis: ut patet in his quæ no.Io.And.de iudi.cap.2.in glo.repetentur,in ſi. in cle. Si ergo eſt ſpiritualis, & de ſpirituali non poſſet iudex ſecularis cognoſcere,de ordin.cogni.ex tuarū,de ſenten.excommu.iudex, laicus,de hære.ca.ut inquiſitioni.§.prohibemus li.6.ergo ſi nō poteſt cognoſcere;ſeq̄t, ꝙ non poteſt legē ſtatuere ſuper modo procedēdi uel decidendi ad dictas cauſas. Nulla enim eſt poteſtas iudicis in cauſis ad ſuam iuriſdictionem non pertinentibus. C. qui ꝓ ſua iuriſd.l.una.¶Super hoc uī tenendū,quod not. do.pau.de uſuris,in cle.1.dum dictum fuit,olim generaliter.per do.Io.An.in ſimili materia:ut no.idem d. Ioan.
2 And.de or.cog.tuā.Vbi dicit†ꝙ tunc demū,iudex ſecularis posſit cognoſcere de cauſa uſuraria,qn̄ in dicta cauſa non uertitur aliquod dubium an ſit uitium uſuræ an nō? quia ad eū nō pertinet cognoſcere uel decidere an ſit in tali cōtractu uſura uel nō?Et iſto modo cā uſuraria eſt ſpiritualis & eccleſiaſtica,&de foro eccleſię tm̄,ut in c.tuā, & c.ut

& c.ut officiũ,& c.cũ ſm.in fi.li.6. Sed qñ nõ eſt queſtio
uel nou uertitur in dubium an contractus ſit uſurarius,
ſed ſolum eſt qõ de hoc.ſ.qđ petitur ut laicus cõpellatur
reſtituere uſuras receptas de ſi. ille dicit ſe ſoluiſſe uel
nullas uſuras recepiſſe.tũc de hoc poſſet cognoſcere iu-
dex ſecularis;ut dicit dom.Pa.Sed dicebat Ioã.And.i ca.
3 tuam. ſ. ꝙ†tunc demũ cauſa natalium eſt de foro eccle-
ſiaſtico,qñ in eo incidit dubiũ matrimoniale,alias non.
Puta quia petiĩ hæreditas patris. Opponitur qđ ſit illegi
timus ex eo, qđ inter parẽtes ſuos nõ potuit cõtrahi ma
trimoniũ legitimũ obſtante aliquo impedimento cano-
nico,tũc recurretur ad iudiciũ eccleſiæ.Si uero Titius pe
tat hęreditatẽ Sempronij,quem dixit fuiſſe patrem ſuũ,
& opponatur,ꝙ fuit filius Ioãnis,Quæſtio non eſt ſpiri-
tualis in aliquo.Si dicã in cauſis decimarum. ſ. ꝙ rector
petat ruſticum cõpelli per iudicẽ ſecularem ad ſoluen-
dũ decimas ſubtractas præteriti tpis; Ruſticus uero di-
cat ſe ſoluiſſe uel uelle ſoluere,ſed petat compenſari ali
quod debitũ,& tunc cũ non uertatur in dubium, de ali-
quo iure decimę,uel decimãdi põt cognoſcere iudex ſe-
cularis,qa hæc qõ eſt merè ciuilis.ſ.de fructibus uel ipſo
rũ extimatione.& in iſto caſu habet locũ tranſactio, cõ
pẽſatio,& redẽptio.Ad qđ facit,qđ no.de reb.eccle. nõ
alie.ut ſ.in gl.& p Hoſt.de deci.cũ hoies,& uerſi. colle
ctis fructibus. Sed ubi peteretur pronũciari ſuper futuris
decimis,uel ruſticus diceret,ꝙ decima ab eo petita debe
tur alteri eccleſiæ,uel eſt res talis, de qua nõ dẽt ſolui:
tũc iſta q̃ſtio eſt ſpiritualis.¶Ac in ꝓpoſito cũ per illud
ſtatutũ decidatur, & declaretur contractũ uſurarium &
crimẽ uſuræ in eo contineri, & ſic non eſt quæſtio de ſo
luto uel nõ ſoluto,ut dicit Papa,ſed iudicat,qđ contra-
ctus ſit uſurarius. Dico & conſulo per ſuperius dicta &
per decr.ad noſtram.de emp.& uen.& de pig.c.illo uos,
quod dictum ſtatutum nullius eſt momẽti maxime in fo
ro eccleſiæ.Sed qa hoc conſiliũ multos tãgere poſſet,&
maxime curiam domini epi Hugolini,qui fuit decretorũ
doctor,me eidẽ ſubiicio &committo.Federicus de Sẽ.&
dominus eps prædictus uidit conſilium,& ſibi placuit.

Inſtructio data per Federicũ de Senis cuidã ſcholari
ſuo debenti repetere.c.propoſuiſti,de foro compe.

SVMMAE.

1 *Forus quid iudicium competens.*
2 *Laicus agens coram iudice laico an ſi pendente iudicio efficiatur clericus poterit hoc intuitu declinare forum.*
3 *Iuriſdictio perpetuatur per citationem ſiue ordinariam, ſiue delegatam.*
4 *Iudicium an ſemper ubi cœptum eſt,finiri debeat.*
5 *Excommunicatio lata in ſubditum, an eo deſinente eſſe ſubditum nihilominus perduret.*

QVAESTIO XCIX.

QVoniã ubi ſolidũ fundamentũ nõ eſt,nõ põt quic
quã bene ædificari,ut 1.q.1.cũ Paulus,ideo pro
fundamento & principio repetitionis meæ po-
nẽdũ eſt illud fundamẽtũ,præter ꝙ nemo poteſt
aliud ponere,primo ad Chori.3.& de imu.eccl.decet.li.
6.dicendo.In noĩe dñi Ieſu Criſti,& Virginis glorioſæ
matris ſuę repetiturus decre.propoſuiſti,ſituatã de fo.cõ
pe.ſeruabo hũnc ordinem.Na primo continuabo rubri-
cam ad præcedentiã. Secundo ponã caſus ſummarium.
Tertio corrigã literam.Quarto ponã caſum in terminis.
Quinto exponã literam.Sexto recitabo gloſſas.Septimo
formabo aliquas oppoſitiones & qõnes.Octauo & ulti.
1 ueniã ad gratiarum actiones.¶†Ad primum dictum eſt.ſ.
de iudi.ſed qa uocati ad iudiciũ interdum declinãt forũ,
ideo ſubſeqnẽter uidẽdũ eſt,quid ſit forus uel iudiciũ cõ
petẽs.Debemus aũt ſcire ſm Hoſt.ꝙ forum in neutro ge
nere accipitur pro territorio cuiuſcũq; iudicis,infra qđ,
poteſt animaduertere in facinoroſos homines.ff.de ver-
bor.ſign.l.ſi pupillus.§.territorio. Vnde & tota diœceſis
dr territorium epiſcopi 16.q.7.omnes baſilicæ,extra qđ
impunè nõ paretur,de cõſti.c.2.lib.6.Dicitur autẽ forus
in maſculino genere locus ubi ius redditur,extra de uer.
ſig.forus, & ſic accipitur hic. Sũmarius caſus ſic citatus
ad cauſam poſtea mutat forũ in cauſa illa corã illo pri-
mo iudice reſpõdere cogetur.h.d.Deinde corrigas lite-
rã.¶Venio ad quartũ ponẽdo caſum in terminis, & põt
poni tribus modis.Acceſſit quidã ad papã,& talẽ propo
2 ſuit quæſtionẽ.Sancte pater.Quidã laicus†fuit cõuentus
corã iudice ſuo laico pẽdẽte lite factus eſt clericus.¶Quę
ritur nũquid poſſit declinare forũ iudicis ſecularis. Ad
hoc reſpõdet papa dicẽs, ꝙ iſte nõ põt iudicis ſecularis
declinare forũ,quia per citationẽ legitimè factã fuit prę
uẽtus, & per cõſequẽs nõ cõpetit ſibi declinatoria fori.
Super iſta.n.quęſtione eſt diuerſitas inter doctores & re
citari ſolet hoc eod.titu.cap.uno lib.6.¶Secundo modo
põt poni caſus in clerico in minoribus cõuẽto corã ſuo
epo,q poſtea militauit,uel uxorẽ duxit itẽ põt poni ca-
ſus i clerico,uel laico,qui cũ iã citatus eſſet corã ſuo iu
dice tranſtulit domiciliũ in iuriſdictione alterius iudi-
cis. ¶Venio ad expoſitionẽ literę. Expoſuiſti nobis. Lo-
quitur Papa Abbati Creteñ,qui de priuilegio uel de con
ſuetudine habebat iuriſdictionẽ in loco ſupra c. contin
gat.An uero Pręlati inferiores ab epiſcopo habeãt de iu
re communi ordinariã iuriſdictionẽ,no. ſupra de offic,
ord.cũ ab eccleſiarũ.Legitime no.per hanc literã,ꝙ per
fruſtratoriã citationẽ nõ perpetuatur iuriſdictio ad idẽ,
de elect.ca.bonæ 2.facit ad hoc quod no.de offic.deleg.
cũ plures,li.6.Nec intelligas legitimẽ, id eſt tribus edi-
ctis,uel perẽptorio.Sufficit.n. prima citatio,quę ſufficit
ad perpetuã iuriſdictionẽ,& concordat cũ eo, quòd dici
cõſueuit ſm Io.And.& Vinc.de offi.del. licet ſuper gl.j.
alterius. Ita ꝙ definit eſſe de iuriſdictione ſua. Alias nõ
eẽt dubitatio ſi fuiſſet cumulatio fori reuocãdi,id eſt de-
clinandi.Hic.n.loquitur de iure reuocãdi forũ ibi loqui
tur de iure reuocandi domũ ſm Hoſtien. Alio.ſ.a te uel
aduerſario, qui fecit illum citari. ¶ Venio ad recitatio-
nẽ glo.quę breuis eſt,quã expedio hoc modo.Patet ergo
per capitulum noſtrum, quòd iuriſdictio perpetuatur p
citationem ſiue ordinariam,ut hic: ſiue delegatã,ut de of
fic.lega.c.ult.& de offi.deleg.c.gratum,cum ſim.Et unus
iudex poteſt alium pręuenire per citationem,ut hic; &
de appella.ut debitus, & de reſcr c. capitulum. ſm Iect.
glo.& concordat capitulum noſtrum.ff.de iuriſ.om.iud.
l.fi.& de iudic.l.ubi,& l.ſi quis poſtea,ex quibus legibus
ſumi potuit c.uoſtrum. ¶Notãdum eſt ergo ex c.noſtro,
4 quòd†ubi cœptũ eſt iudiciũ p citationẽ,talẽ ibi finẽ ac
cipere dẽt.ff.de iud.l.ubi cœptũ eſt.Niſi p appellationẽ,
recuſationẽ,uel ſuperioris reuocationẽ aliud fieri cõti-
gat,ut ſupra de off.del.paſtoralis,& in rubr. & c. licet &
c.ſuſpicionis,de app.ut nrum,& ff.de iudi.l.iudiciũ ſolui
tur.¶Venio ad cõtraria.iure caueſ.ꝙ priuilegiũ ſuperue-
niens eximit quẽ ab illo cui primo tenebaẽ 16.q.j. frater
noſter,in fi.de priui.cũ capella.Et liberat ab eo in quo qs
primo tenebaẽ 54.diſt.ex antiqs,& c.fraternitatẽ,& ff.de
arbi.l.nõ diſtinguemus.§.ſacerdotio,ad qđ facit de elec.
ſi eo tpe li.6.Solu.ſm Hoſt.hoc operaẽ citatio, quia per
ipſam priuilegium eſt pręuentũ,ut dicit litera,ut ff.de ex
cu.tut.l.curatoris.Itẽ priuilegiũ ſuperueniẽs lite penden
te nõ pręiudicat liti.niſi de primo fiat mentio, ut lite pẽ
4 den.c.pen.cum ſimilibus.¶†Venio ad quæſtiones,primo
quęro ſi epiſcopus meus aliquid mihi pręcepit, ut fa-
ciam infra certum tempus ſub excommunicationis pœ-
na,quã incurram ipſo facto ſi non fecero,& interim ſum

tranſlatus ad aliam diœceſim. ¶Quæritur an adueniente die incurram ſententiam ſi non ſecero, & vr̃ q̃ non, per c.Romana,ſecundo reſponſo,de ſent.excom.li.6.ubi dr̃, quod excõicatio alicuius nõ ligat niſi ſubditum proſeré tis.Sed contra per c.noſtrũ,q̃a iã preuentus eſt, & hoc te nent communiter doctores in c.j.de app.per iſtud c.¶Nõ ob.c.Romana ſecũdo reſponſo, q̃a ibi nullus fuerat ſpecialiter nominatus uel citatus,& de hoc ſatis per Archi. de conſti.c.2.in ſi.li.6.recitat opin.Dama.tenentis cõtrarium.De hac q̃õne dic,ut per Io.And.de reg.iu.cum ſunt iura in merc.li.6.¶Item queritur quid ſi epiſcopus excomunicat aliquem, puta qui furtum fecerit & interim moritur epiſcopus,uel transfertur nũquid olim ſubditus ueniens contra erit excõicatus.Sol.aũt epiſcopus de hoc fecit ſtatutum aut non,ut no.de ſen.excom.à nobis,in ſi.ij. gl.Item quæro nunquid ſit uerũ generaliter,q̃ ſi quis lite ciuili uel criminali pendente cõtra eũ, clericus fiat poſſit puniri per iudicẽ laicum,de hoc ſunt opiniones.Quidã habẽt,q̃ clericatus non defendat propter preuẽtionẽ per c.noſtrum,& iſta eſt communis opi.Alij diſtinguunt q̃n cauſa ſit ciuilis uel criminalis.Alij dicunt quorũ opinio uidetur placere.Arc.1 1.q.1.cap.2. q̃ indiſtinctè erit tractanda cauſa corã iudice eccleſiaſtico de arbitris l.nõ diſtinguemus.§.ſacerdotio.do.Io.And. olim & tũc tenet in nouella, q̃ in ciuili,& in criminali cauſa terminabr̃ corã iudice laico. Sed ſi executio debeat fieri in perſona illam faciat iudex eccleſiaſticus,ſecus ſi realis. Et quãuis iſta opinio ſit tutior propter caracterem impreſſum, tñ ſi fraudulẽter aſſumpſerit clericatum uel habitũ clericatus talis fraus ſibi prodeſſe nõ debet.de priuil.ex parte 3.ſed fraus ſemper præſumitur ſi prius erat accuſatus uel deprehẽſus in crimine. Et multoſortius ſi poſt ſñiam fuerit ordinatus.ff.de re mil.l.ult. Si ergo ſemper præſumitur fraus in iſto caſu uidetur q̃ ſit uera prima opi.Sola enim cõmiſſio criminis non fecit præuẽtionẽ,ſed cõuẽtio uel deprehenſio,ut in fraudẽ uitandæ pœnę uideatur ordinatus,ſed quid ſi nõ fiat clericus uel ꝓfeſſus, ſed alias eccleſiaſtica perſona,puta q̃ fiat miles ſanctę Marię. Idem vr̃. Sufficit.n.quòd ſit eccleſiaſtica perſona,adhuc 17.q.3.q.ſquis.Ad idem quod no.de ſen.excõi.non dudum, & eo.ti.religioſo,ſcd'o reſp.li.6.de cẽſ.c.p.& de imm.eccl.ult.

¶Venio ad gratiarum actiones &c.

¶Allegationes do.Fed.miſſę ad dñm Ioannem And.

SVMMAE.

1 *Innouari aliquid poſt appellationem:uel poſt ſententiam & ante appellationem paria ſunt.*

2 *Sententia à quibus reuocari poſſit.*

3 *Corrigere ſeipſum ſecurius eſt, quàm ab alio ſe corrigi expectare.*

4 *Sententia,ut ſit diffinitiua,continere debet abſolutionẽ, uel condemnationem circa negotium principale.*

5 *Iudicium diuerſitas quare permittatur introduci: etiam ſuper eodem actu.*

6 *Confeſſio errore facti facta reuocari poteſt etiam nondum finito negotio: & quando negotium dicatur.*

QVAESTIO XCVIII.

Nicolutius Petri propoſuit & porrexit quandã petitionem corã uicario epiſcopi in qua petebat quoddam inſtrumentum quod erat penes dominũ Federicum de Tholomęis uelut uſurarium pronunciari per epiſcopum & ſibi caſſum reſtitui prout in petitionibus exterminatoriis fieri conſueuit & petit inhiberi iudicibus curiarum &c. Vicarius cognito de cauſa diffinitiuè pronunciando abſoluit dominum Federicum ab impetitione Nicolutii, & in eadem ſentẽtia & cõtextu uerborũ reuocauit omnẽ inhibitionẽ factã iudicibus ſecularibus,& parti aduerſæ ab iſta ſẽtẽtia,& ſingulis contẽtis in ea.Nicolutius appellauit ad ſedẽ apoſtolicã,in qua appellatione petijt,q̃ appellatione pẽdẽte nulla fieri debeat nouitas.Et quia dictus Fede. oſtenſa dicta ſentẽtia diffinitiua,iudici ſeculari,uolebat facere capi dictũ Nicolutiũ.iccirco Nicolutius dictus eodẽ uerborũ cõtextu ipſius appellationis petijt a domino uicario,q̃ ipſe reuocationẽ inhibitionis deberet reuocare uel de nouo præcipere iudici ſeculari & parti ne appellatione pẽdẽte aliquã faciat nouitatẽ,cui appellationi uicarius detulit.Modo ne dictus Nicolutius poſſet de facto uexari a iudice ſeculari petiit,ut dictum eſt ſupra. Quæritur quid facere habeat dictus uicarius.Dico quòd dictus uicarius põt iſta facere,& quodlibet iſtorũ uidelicet,q̃ põt reuocare reuocationẽ inhibitionis.Itẽ q̃ põt præcipere iudicibus ſecularibus curiarũ ne ullã faciant nouitatẽ & etiã parti,item põt pronũciare,quòd nec per ſe nec aliquẽ iudicem,nec ꝑ aliquã partiũ nulla fiat nouitas in pręiudiciũ appellationis.item dico,quòd ad officiũ eius ꝑtinet aliter facere & curare quomodocũque poſſet,quòd nulla nouitas fiat appellatione pendẽte cui detulit.¶Ad primũ uidelicet,quòd põt reuocare inhibi-
2 tionis reuocationẽ ſic dico†iſta ſunt paria aliquid innouari poſt appellationẽ uel poſt ſententiã & ante appellationẽ,& ſicut attẽptata poſt appellationẽ dicũt omnino reuocari ante omnia,ita attemptata poſt ſententiã & ante appellationẽ hæc probãtur extra de iureiur.uenientes.ff.nil.nou.ap.pen. per totum eca.& in 1.gl.& melius de ap.nõ ſolũ li.6. ¶Ob.cõtra hoc duob.modis. Primo, q̃ ſi debet reuocari reuocandũ eſt per iudicẽ appellationis nõ per iudicẽ a quo appellatũ eſt. Secundo q̃ illa reuocatio inhibitionis nõ fuit aliqua innouatio poſt ſententiã,ſed fuit de ipſa ſentẽtia diffinitiua, ſed ipſa ſentẽ-
2 tia diffinitiua reuocari nõ põt. ergo &c. †Ad primũ reſpõdeo,q̃ iudex appellationis debeat reuocare attemptata poſt ſententiã illius a quo appellatũ eſt,& poſſet reuocare,q̃ de facto innouauit.imo ꝓcipitur, & ſi nõ faceret incideret in pœnã, C.de ap.l.quoniã iudices,& l.a pro-
3 cõſulibus,& extra de iureiur.c.ſi.Melius†enim eſt ſeipſũ corrigere,quàm ab alio ſe corrigi expectare in auth. de nu.in fin.j.col.apertius ad caſum noſtrum de ſenten. ca. commun.capi.ſacro ad fin. de accuſat. qualiter & quando j.ad hoc faciunt omnia iura, & gl. ibi tractat an quis factũ ſuũ,q̃ ipſo iure nullũ fuit,poſſet de facto,& cõtrario imperio reuocare.ff.de adop.l.poſt mortẽ.ff.de re iu. l.qđ iuſſit,& l.cũ quęrebatur,& l.poſt rẽ,& ã de cle.coniug.c.diuerſis fallaciis.¶Ad ſm reſpõdeo,q̃ reuocatio inhibitionis nõ fuerit diffinitiua,imo fuit quædã executio, uel ſequela diffinitiue,uel potius innõuatio,ſicut ſi iudex reo cõdemnato. ¶Addſ.j.Actori in actione reali;in eodẽ uerborũ cõtextu diceret,& t.bi tali nũcio curiæ meæ pręcipio,ut titio pro quo tuli ſñiã tradas tenutã & corporalem poſſeſſionẽ.huiuſmodi.n.iuſſus ſiue ſimul cum ſentẽtia fiat,ſiue ex interuallo non mutat ſuã naturam.ſi enim reuocatio inhibitionis eſſet de diffinitiua ſentẽtia,iã nõ poſſet fieri ante ſñiam uel poſt,ſed hoc eſt falſum.¶Preterea diffinitiua ſñia continet abſolutionẽ uel condemnationem circa principale negociũ &c.2.q. 6. diffinitiua. Sed inhibitio uel ipſius reuocatio nõ ſunt de principali negocio. Inhibitiones enim quæ fiũt a iudice eccleſiaſtico iudicibus curiarũ: Ideo fiunt ne partes de facto uexẽtur.Nam eo ipſo q̃ actio uel exceptio præiudicialis proponitur ſit inhibitio a iure.ne iudex in principali procedat.extra de or.cog.tuam qui fil.ſint le.c.lator,de ſen.ex commu.ſi iudex laicus.lib.6.C.de or.iud.l.ij.cum ſimili. ¶Præterea nonne iudex poſtquam appellatum eſt debet conſeruare me in eo ſtatu,in quo erã ante ſentẽtiã utique ut ff.nil no.app.pen.per totam l.Quomodo ergo conſeruat

uat me in ſtatu meo uel conſeruare poteſt niſi reuocaret
reuocationem inhibitionis,prætextu cuius reuocationis
uult iudex ſecularis procedere in cauſa principali.Prete
rea ponamus , uicarius epiſcopi & ipſe epiſcopus ha-
beant iuriſdictionem temporalem in loco.& ita qó prin
cipalis,q̃ incidés ſi coram eodé. Appelletur a diffinitiua
lata ſup incidenti cui appellationi defert.nonne ipſe idé
uicarius imponet frenum ſibi,non procedendo in nego-
cio principali quare ergo debet eſſe diuerſum,ſi ſunt plu
res iudices, unus ſuper principali,alter ſup præiudiciali
non uideo.¶Præterea quando uicarius inhibuit iſta for-
ma ne procederet in curia ſeculari,lite pendente in foro
eccleſiaſtico.cum ergo adhuc lis pendeat ꝓpter obiectú
appellationis,ergo inhibitio debet eſſe in ſuo ſtatu.&om
nis nouitas debet reuocari per quam inhibitio frangeret
nec ſe pót excuſare vicarius quin ipſe faciat nouitatem ſi
iudex ſecularis non ſatisfacit ipſe.ex quo iudex ſecularis
ex facto uicarii procedat.¶Op.ff.de bo.lib.l.quæritur,de
interdic. & relega.l.3. argu.ff.de in integ. reſti.l.1.Vnde
nec una debet uia admitti quod alia prohibetur de re.iu.
cú quid li.6.& C.ſi man.ita ſu.ali.ne pro.l.ulti. ¶Ad ſecú
dum principale dico quod uicarius qui appellationi de-
tulit pót precipere iudici ſeculari,& partib. ne quid fiat
cótra appellationem, & de hoc uidetur eſſe caſus, extra
de appel.cum teneamur,ubi de hoc.Item no.Ber.& Hoſ.
de matrimonio contracto contra interdic.ec.c.2. iudex
qui appellationi detulit poteſt præcipere partibus ne ali
quám nouitatem faciant in præiudicium appellationis.
¶Præterea ponamus,ut ſupra dixi, corá eodem uicario
quæſtio uerteretur principalis,nóne idem uicarius nega
bit audiétiá parti uoléti procedere in negocio principali
ex quo à ſenténtia lata ſuper principali appellatum eſt,cú
appellationi iam detulit utique.Quare ergo nó ius diuer
5 ſum,ſi diuerſi ſunt iudices nó uideo.†Diuerſitas.n.iudicú
prouenit ꝑꝑ defectú ꝑſonæ iudicis ſecularis ualentis co
gnoſcere de cauſa ſpirituali ſeu eccleſiaſtica.tñ diuerſi-
tas iudicú nó dét inducere diuerſitaté iudicii uel proceſ-
ſus.¶Ad tertiú principale dico ſine ꝑiudicio eorú,q̃ dicta
ſunt ſ̄, ſi uicarius nulla ſupradictorú facere uelit,ſalté
pót ꝓnunciare hoc modo uidelicet, nec ꝑ eú,nec ꝑ iu
dicé ſecularé,& facto eius uicarij,nec ꝑ aliq̃ partiú ali-
qua nouitas fiat.Omnis.n.iudex cuius iuriſdictio negat í
aliquo faciédo,ſalté cognoſcere pót ſi ſua ſit iuriſdictio,
& q̃ ut in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. & de reſcr ſuꝑ lite
ris.¶Ex his omnibus cócludo, uicarius ſiue primo,ſiue
ſcd'o, ſiue tertio modo,uel quocúq; alio,dét me cóſerua
re in eo ſtatu, in quo erá ante latá,nec dét dicere uicari-
us,ſi fiat tibi aliqua nouitas renocabo eá túc dú fiat ſicut
in annuis ꝓſtationibus,ſeruitutibus,aliméntis,& iniuriis,
uel moleſtiis in poſterú nó faciendis dici cóſueuit homi
ci.c.2.li.6.de ſepul.in noſtra.¶Concludendú uſ, ſuꝑ q̃-
ſtione ꝑiudiciali mota in curia epali.debet ſuper ſedere
iudex ſecularis,ſiue emanauerit inhibitio ſiue nó.Sufficit
n.iuris inhibitio,& tá diu dét ſupſedere,donec cauſa fue
rit terminata ꝑ iudicé eccleſiæ de or.cog.lata.igitur ꝯtra
te lata & reuocata inhibitione ſi interponat appellatio
nó pót dici cauſa finita, qua appellatione pendéte fingit
qs condénatus.ff.de pe.l.3.§.ul.& nil no.ap.l.una.§.inte
ger de in ius uoc.l.ſi qs exhæredato.§.hij.Vnde ſolet di-
6 ci,† cóſeſſio per erroré facti facta pót reuocari nondú
finito negotio.¶ Finitum auté dicitur ſi nó eſt appellatú.
Ergo ſi appellatum eſt nondum finitum eſt,facit ad præ-
miſſa.C.ſen.reſcin.non poſ.l.ult.Et præmiſſa maximé ꝓ
cedunt. ſi iudex detulit appellationi, quia per delationé
iudicis negocium principale cum omnibus dependétiis,
& acceſſoriis ſuis transfuſum eſt in ſuperiorem,de ap.di
lectus,ad cautelam tamen bonum eſt quòd iudex a quo re
uocet inhibitionem,quód poteſt de ap.c.cum teneamur,
hæc ſemper ſint ſubiecta correctioni ueſtræ.

¶Reſponſio Ioan.And.ad ſupradicta.

¶Domino Federico Io.And.ſeipſum.Si uobis daré con
ſilium,in cauſa per uos miſſa,ecce quòd haberemus para
tam uiam fraudi per quam debitores creditores ueros,&
non uſurarios impedirent ultra annum. Prouocabút eñ
ad iudicium,eccleſiæ,non ea ſpe ut obtineant,ſed ut lata
cótra ipſos ſententia appellét & effectú inhibitionis &c.
Quare urgente conſcientia,iuxta votum conſulere nó po
tui.nec fraudi uiam aperire uolui meo conſilio pro par-
te ueſtra ſubtiliter allegatis.

¶Pro qua poteſtis aduertere quod ſi iuxta morem pe-
tebatur in libello ante omnia fieri inhibitioné & lata fuit
ſententia ſuper reuocatione inhibitionis diffinitiua,tamé
id non peteretur in libello nec puto in eo conuentioné
factam ualere.

¶Pro dom. Ioan. Andr.facit dictum Guil.in Spec.de
poſſeſſo.& petito.§.1. in x.col.uer.quid ſi is contra qué,
ubi dicit quód illud quod dicit nil innouandum eſſe ap-
pellatione pédente uerum eſt in eadem cauſa,ſed hic eſt
alia.ergo.&c.

ADDIT.

¶Condemnato.In alio caſu intelliguntur in re integra
& cum durat poteſtas,ſed hic non erat res integra,nec du
rabat poteſtas maximè poſt delationem , adhoc de app.
cum ceſſante , & quod ibi no. poſt Hoſt. bene facit eo.ti.
cú appellationibus,li.6.& eo.ti.c.dilectus.Lapus.

¶Conſilium do.Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Ius dicere de rebus ad alienam iuriſdictionem pertinen-
tibus nemini licet.*
2 *Conſtitutiones eccleſiaſticæ ſtatum clericalem concernen
tes ſunt ſecundum patriæ morem,& beneficiorum qua
litatem conſideranda.*

QVAESTIO XCIX.

CAſus talis eſt. Epiſcopus Tudertinus habet de
aliquo ſpeciali iure ſibi ſubiectam quandam
eccleſiam in dioceſi Peruſina. Ita quòd ibi re-
ctorem inſtituit & deſtituit, & eccleſiá uiſitat,
& reliqua exercet in dicta eccleſia , per eius rectorem ſi-
cut i aliis eccleſiis ſibi ſubiectis,exceptis ſacraméntis,quę
per epiſcopum Peruſinum conferuntur. ¶Modo quæri-
tur an dictus rector arceatur conſtitutione epiſcopi Peru
ſini,qua cauetur,ut quicunque non reſidet in ſuo benefi-
cio ſit priuatus uel aliá pœná incurrat.¶Videtur dicédú
quòd nó,qa nihil ad epm peruſinú,qualiter illud benefi-
cium gubernetur,an rector reſideat nec ne. tènetur enim
de illo beneficio,& de his ,quæ ad ipſum pertinet ſub Tu
dertino epiſcopo reſpondere, & non peruſino,ut not.de
præben.quia in tantum.ſicut ergo expreſsè non poſſet ſi-
bi præcipere,quòd in illa reſideat eccleſia multominus ꝑ
ſuá conſtitutionem generalem non pót eú arctare,ut reſi
1 deat,& ita†de rebus ad alienam iuriſdictionem pertinen
tibus non poteſt ius dicere.C.qui pro ſua iuriſdi.l.una.ff.
de iuriſdi.om.iudi.l.ulti.& melius de re iudica.paſtoralis
§.rurſus in cle.¶Perinde enim eſt,ac ſi iſte locus eſſet exé
ptus,& ideo nó habet ſe intromittere quomodo illud be
neficium gubernetur,ſed pertinet ad epiſcopú beneficij,
bñ facit ad hoc de pri. cú capel. & c.ex ore.& c.qm̃,& qđ
no.In.de pri. recipimus ultra medium,cuius dictú reaſſu
mit Arch.e.ti.c.1.li.6.& ſic uidi ſeruari in Thuſcia in plu
ribus epatibus,in quibus clerici beneficiati in aliis dio-

ceſſibus nō artantur conſtitutionibus de reſidendo, & portando birretum epitogium: quia cōſuetudo interpretata eſt, ꝙ aſtringantur clerici, qui habēt beneficia ſubiecta conſtitutionibus facientibus. & iuridica uidetur interpretatio, quia tales cōſtitutiones fiunt habito reſpectu ad beneficia. maxime illa, quæ de reſidentia tractant. Et ſic uidetur mihi Federico de Senis decretorum doctori. In cuius rei teſtimonium ſigillum meū appoſui cōſuetū.

S V M M Æ.

1 *Statutum an ſemper idem operari poſſit quod conſuetudo.*

2 *Prælatus cum ſuo capitulo an circa rem licitam poſſit facere ſtatutum ſine licentia ſui ſuperioris in præiudiciū: & ſe ad ipſius obſeruantiam iuramēto firmare.*

3 *Procurator qualiter pro rerum eccleſiæ alienatione ſit conſtituendus.*

4 *Actor an poſſit uniuerſaliter conſtitui ad futuras lites.*

5 *Acta per yconomum uel uicarium an poſſint per ipſorum electores reuocari.*

6 *Prælatus poteſt quandoque ut caput collegij, quādoque ut membrum & diſtincta perſona conſiderari.*

QVAESTIO C.

FActum tale eſt. Abbas ſubiectus Monaſterio maiori quo ad inſtitutionē, deſtitutitionē, uiſitationē, & córrectionē nō tñ ī omnib. ſed ī certis plenè exēptus, fecit cōſtitutionē cū ſuo capitulo pro reformatione & utilitate ſui monaſterij cōtinētē, quod idē Abbas ſine cōſenſu capituli ſui vel maioris partis nil poſſit agere ſeu experiri in iudicio, uel extra in inſtitutionibus, uel deſtitutionibus clericorū, uel beneficiatorū, & creationib' monachorū couerſorū, & aliorū familiariū ſui monaſterij, uel mēbrorū ipſius in cōfirmationibus & cōceſſionibus rerum empyteoticarum monaſterij & excōicādo uel ſuſpendēdo, uel interdicēdo & in omnibus aliis & ſingulis ſpiritualibus & tēporalibus ſui monaſterij, & poſt hoc dictus Abbas cum aſſenſu totius capituli, & capitulum cum eo, deputauit quendā yconomum ſeu uicarium, qui nomine ſuo & totius capituli & conuentus dicti monaſterij poſſit monachos de numero uacantes creare, beneficia cōferre, & deſtituēdos remouere, reformationes dicti monaſterij facere, in emphyteoſim capti uare, pignorare, alienare, cōcedere res & bona monaſterij, excōicare, ſuſpēdere, & alia facere ēt cū plena adminiſtratione. Et iurauerunt Abbas & capitulum re integra non reuocare dictū uicariū yconomū. neq; facta per eum, ſed perpetuò attendere &c. ¶Modo quæritur nunquid dictus Abbas abſq; toto capi. uel maiori parte ualeat adminiſtrare de rebus dicti monaſterij in ſpiritualibus & temporalibus. ¶Item an poſſit ſine capitulo uel maiori parte ipſius remouere dictum officialem, uel geſta per eum uel eius officium impedire.

¶Reſponſio domini Federici de Senis.

1 ¶†Super pmiſſis primo uidēdū occurrit nūquid ſtatutū poſſit operari circa præmiſſa quod operari poſſet conſuetudo, & per conſequens, quod erat poſſibile ſecundū conſuetudinem intelligatur poſſibile fieri ſecundum ſtatutum. Quod aūt ex ſtatuto poſſit induci, id quod ex conſuetudine poteſt induci probatur, quia conſuetudo uires hēt, & tacitum conſenſum legiſlatoris, ut 1. diſt. conſuetudo. ff. de leg. l. de quibus. Statutū aūt hēt expreſſum cōſenſum, ut ī eiſdē iuribus, & inſt. de iure na. §. conſtat aūt & §. ex nō ſcripto, & ſic tā iuris ſcripti, q̄ nō ſcripti, ſiue taciti ſiue expreſſi, idē fit actus, & q pōt facere unū pt facere aliud. Ideo merito infertur ꝙ idē iuris eſt in utroq; de conſti. c. 1. li. 6. & de cōſue. cap. j. & qđ ibi no. ī glo. ergo &c. c. ulti. & qđ ibi no. ī fi. de reſcr. ca. ſi pp de ele. qa ſæpe, & c. cū nō doceat, & de off. ord. præſenti. de capel. mona. c. uno. li. 6. cum ff. quod cuiuſque uni. no. l. item in
2 prin. cum ſim. ¶†An ēt Prælatus cum ſuo capitulo circa rē licitā poſſit facere ſtatutum ſine licētia ſui ſuperioris in ſui præiudicium, & ſic ſe ad ipſius obſeruantiā iuramēto ligare. Videtur, ꝙ ſic per id quod no. Archi. de conſti. c. 2. Et idē Arch. & gl. ord. ī c. 2. de uer. ſig. li. 6. & Inn. de conſti. cum acceſſiſſent in gl. Sed nunquid epiſcopus. uidetur caſus de conſti. ex literis & ff. ꝙ quiſq; iuris l. j. §. ij. Et maxime cum pſupponitur talem platum cum ſuo capitulo, & alias epiſcopalē iuriſdictionē uel quaſi hīe ī pluribus, ut ſic faciat quod no. de re. ecc. non alie. c. j. in cle. ¶Videamus ergo de unoquoq; mēbro poſito in ſtatuto p ſe, & primo, de eo quod dr̄ in iudicio certè, ut dicit ibi Ber. in iſto caſu non eſt neceſſariā cōſtitutio uel conſuetudo, qa ſm eum vr̄ de iure cōi, ut patet ī his, quę no. de procu. c. j. & de reſcri. edoceri. Et poſito, quòd ſit uera opinio Cōpo. & Inn. ſ. quòd ſolus Prælatus poſſit in iudicio agere ēt pro his q̄ ad cōuentum pertiuēt. Tñ ipſe Cōpo. in c. edoceri, ī pri. Inn. ibidē ad finē tenent, quòd conſuetudine uel ſtatuto poſſet cōtrariū ītroduci. itē ſequitur in eodē ſtatuto in inſtitutionibus, deſtitutionibus beneficiatorum, creationibus monachorum, uel conuerſorum & aliorum &c. tale ſtatutum eſt laudabile. Nā eſt conſonū, uel conforme iuri cōi & ſic ſeruādū de fide inſtru. paſtoralis. ¶Quod aūt ſit conſonū iuri, & ēt conſuetudini probat, de his q̄ fiūt a præla. nouit. & c. ſeq. de regula c. ult. libr. 6. ¶Quid plus imo ualeat conſuetudo, quòd hæc ad ſolū capitulū pertineāt de ele. cū eccleſia uulterana cum ſi. ad idē de fo. comp. cū contingat, de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus. ¶Sequitur ī conceſſionibus & reformationibus &c. iſtud uidetur eſſe amicū iuri. Nā cū hoc ſpeciem alienationis cōtineat, ut de rebus eccl. nō alie. ca. nonnulli, illa nō pōt expedire ſine ſuo capi. ut 11. q. 2. ſine, de reb. eccl. non alie. c. j. in cle. facit quod no. 12. q. 2. in ſumma ī fine, & idē eſſet in tēporali cōceſſione, ut de hiis quæ fiūt a præla. ca. 2. Nā ſicut in iudicio cōſuetudo reſtringit poteſtatē prælati: ita & extra iudiciū, & multo fortius quia maius periculum uertitur extra iudiciū, q̄ in iudicio. Nā auctoritate iudicis multa reddūtur facilia, quæ alias ſunt difficilia ſine eius auctoritate ut patet, de præben. niſi & ff. de his q̄ no. infa. l. furti. §. qui iuſſu cū ſi. Et ut dictū eſt ſ̄ etiā cōſuetudo in iudicio, & extra iudiciū ęquiparatur, ergo & ſtatutū, & bene facit. ff. quòd ui, aut clā l. prohibere. §. nō tātū ibi ſi lex municipalis, & l. item eorū, alleg. in iſto eodem. §. ¶Sequitur excōmunicādo & ſuſpendendo &c. Iſtud etiā eſt amicū iuri, quòd iſta facta cū capitulo uel cū cōuentu, adhoc de hiis quæ fiūt a maio. par. ca. c. 2. & hic & de exceſ. pla. c. j. Et ſicut ualet conſuetudo, quòd ſolus prelatus talia expediat cōtra ius cōe, ut de cōſue. c. 2. li. 6. ita dēt ualere ſtatutū uel cōſuetudo, ꝙ iſta pariter cū cap. faciat. Si faciat qđ plus eſt. Nā conſuetudo priuat iterdū platū in totū iuriſdōne, ut in c. irrefragabili. §. exceſſus. Nā & in his, quæ habet facere Abbas in factis Monaſterij. bene piudicat conſuetudo iuri cómuni, ut in c. ea noſcitur, de hiis q̄ fiunt a præla. & c. nouit, & de re indi. c. ult. lib. 6. Et ſicut in legibus de ſimili ad ſimile ualet argū. ſic de conſuetudine ad conſuetudinē, ut no. ī l. de quibus ī gl. j. ff. de legi. ¶Sed opp. de canone 18. q. 2. nullā. ubi dicit, ꝙ tota poteſtas monaſterij depēdet in Abbate merito nō pōt ſe priuare & ſpoliare, ut ff. de off. pręto. l. j. & not. de conſt. cū ueniſſet 16. q. 2. c. 2. & de donatio. paſtoralis. Nā quādiu quis hābet iter; & actum habere debet, ut ff. de ſeruitu. urbano. prædio. l. 3. & ul. Et licet ager ſit ita ſterilis, quòd nil inde percipiā, tamen retineo uſumfructum. ff. de uſufruc. l. arboribus. cum ſimilibus. Et quantumcumq; patronus remittat iura, quę habet in liberto, quędam tñ

iura

iura retinet in eodẽ.C.de bo.libe.l.ult.& in d.c.nullam.
Nã ibi uult cõcludere, ꝙ monachi nõ habẽt poteſtatẽ ſu
per Abbatẽ,nõ tñ ibi cõcluditur ꝙ facta Monaſterij poſ
ſet adminiſtrare Abbas ſine Monachis. Vnde exponunt
doc.in d.§.nullã. tota poteſtas Monaſterij pendet in Ab
batem.i. Abbas eſt ſuper monachos. nõ ecõuerſo.Idem ĩ
correctionibus ſm regulã quæ ad Abbatem ſpectat non
ad monachos ſm Hoſti.ut no.de app. reprehenſibilis. &
facit quod no.Hoſt.de offi.ordi.quãto.& archi.in præal
lecato.c.nullã in fi. ¶Itẽ io ſtatuto noſtro Abbas nõ pri-
uat ſe totaliter iuriſdictione qđ prohibetur de renũ.c.ul
ti.& pe.ſed ſoli preiudicãdo per ſtatutum percipiat iura
ſua.cũ.c.ſuo qđ nõ eſt inimicũ iuri cõmuni ut ſuprà pro
batũ eſt.& facit.16.diſt.multis.ff.quãdo ap.ſit.l.j.§.ſolẽt.
& de ap.ad collationem.lib.6.¶Ex præmiſsis patet ꝙ ſta
tutũ ualet & cõſuetudo.& quòd Abbas potuit ſibi in hoc
ꝑiudicare.& ꝙ ꝯ dictũ ſtatutũ uenire nõ põt. ¶Subſequẽ
ter quæritur an ualuerit cõſtitutio Vicarij uel yconomi
ad ea quæ ſuperius ſunt expreſſa.Et dicendũ eſt ꝙ ſic.Nã
oia iſta poſſunt demandari.ut patet de offi.uica.c.ij.& 3.
lib.6.Generaliter dico nõ ſpãliter. q̃tum ad collationis
3 beneficiorum.¶†Nõ ob.de cõceſ.ꝑben.cõſtitutus.ſed nõ
puto quod ad alienãdum poſſet cõſtitui procurator.niſi
ſup re alienãda interuenerit tractatus; cauſæ cognitio,
& deliberatio.His præhabitis bene põt cõſtitui ſindicus
uel procurator ad talem rem alienãdã.licet em in rebus
priuatorum bene poſſet cõſtitui procurator ad donãdũ,
permutãdum,& alienãdum ut ff.de procur.l.procurator
cui libera cum ſua materia.nõ ſic in alienatione perpe-
tua rerum eccleſiarum.Nã primo debet præcedere tracta
tus ſup alienatione certa.Aliter em tractare & delibera
re nõ poſſunt.Conſiliũ.n.canonicorum cõmitti nõ põt.
ar.de offi.dele.c.ult.& eo.titu.is cui.li.vj.Si cũ dicimus
quòd decretũ non extẽditur niſi ad futura.ut de præben.
4 dudũ li.6.Et actor uniuerſaliter non põt conſtitui ad fu
turas lites.ratio eſt quia conſtituitur cũ decreto. & de-
cretũ interponitur ſuper re certa non incerta.ut ff.quod
cuiuſque uniuer. nomi.l.itẽ eorũ.& in prædicta decr du
dũ.& in cle.de cõceſ.præbẽ.cum ei quẽ. Viſo in quo ua-
luerat cõſtitutio yconomi uel Vicarij uidendum eſt an
5 acta, & geſta per eum poſsint reuocari. †Et reſpõdẽdum
eſt indubitãter quòd nõ, dũ modo formã mãdati nõ ex-
ceſſerit.ſufficit regula iuris factũ legitime li.6.Sed quæ-
ritur an in faciẽdis,uel circa futura poſsit reuocari ꝑ ſo
lum Abbatẽ inuito cõuẽtu poſito qđ nõ interuenerit iu-
ramẽtum de nõ reuocãdo præſuppoſito qđ ille uicarius
adminiſtrator non perperã adminiſtret.& uidetur quod
nõ.nã iſte fuit cõſtitutus à corpore.uel a collegio,cuius
corporis Abbas eſt caput.& monachi mẽbra: ut in c.no-
uerit.ergo & eodẽ modo debet reuocari ſicut præceſſit
inſtitutio de iureiu.c.1.ad hoc facit qđ no.Inno. & Cõ-
po.poſt eum de poſthu.bonæ.2.in uerbò temere ubi au-
te eſſet cõſtitutus à collegio reuocari nõ poſſet ꝑ paucos
q̃uis nec ꝑ maiorem partem,niſi collegialiter.¶Itẽ licet
prælatus ſit dignior,qa caput ut ff.de rel.& ſum.fu.l.cũ
in diuerſis. tamen ipſi cõuentus vr̃ eſſe pars potior & ſi
in aliquo ſibi mutuo contradicant.vr̃ ſequẽdum iudiciũ
cõuentus.ut no.de teſti.præſentium.li.6. in uerbo illos.
Er pro iſto dicto facit quod no.Guil.in tit.de elec.ſed fa
cit melius & quaſi ur̃ caſus.de offi.& archi.in fi. & facit
de reg.iur.quod omnes & ca.ĩ re cõi lib.6. optime facit
qđ no.Archi.de ꝓcura.ſi duo.lib.6.ubi dicit quòd ꝓcura
tor Capituli & Prælati ĩ cauſa cõmuni mors prælati nõ
reuocat,nec ſua opinio eſt reprobata per ca.ulti.de pro-
cur.in cle.& ibi not.Sed contrarium uidetur.nam regula
eſt quòd mãdatũ re integra tacitè & expreſsè reuocatur
inſti.man.§.rectè,& faciũt iura quæ no.de ele.in cauſis ĩ
gl.ergo ſi res.& qđ no.Inn.de teſti. ꝑſentiũ alias incipit
hoc q̃ fuit Grego.9.ubi dicit ĩ pri.ꝙ ꝑlatus pœnes quem
eſt exercitium actorũ,reuocare poteſt mandatum procu
ratoris a capitulo conſtituti in cauſa eccleſiæ,multofor
tius ſi ab ipſo capitulo fuit cõſtitutus.Et pro hoc facit ẽt
quod ipſe & Cõpo.notãt ĩ c.in cauſis,ubi dicũt,qđ unus
ſolus reintegra reuocat cõpromiſſum cũ uno cõtradicẽ
te a principio fieri nõ potuerit,ut in c.quia propter.Quã
uis iſtud dictum non placeat Guil.Mandagoti in c.præl
6 legato.¶†Præterea adhoc aduertendum,prælatus nõ eſt
de collegio,nec pars collegii.licet. n. prelatus ſit caput
collegij, & præſit collegio non tñ eſt de ipſo collegio
imo diſtincta & ſeparata ponuntur in iure,& de uno ad
aliũ interdũ propter delictum interdum ꝓpter negligẽ-
tiã ſit trãſlatio.ut de ele.cũ ĩ cũctis in fi.& de conceſ.pre.
c.2.& ne ſe. uacan.c.uno cũ mille ſimilibus. Sed quãdo
prælatus,ut canonicus habet uocẽ in capitulo tũc bene
eſt,de corpore capituli,& non põt plus q̃ canonicus, ut
de appel.c.pe.& de præb.cũ in eccleſia li.6.& de cõ ceſ.
præb.c.poſtulaſtis.Et optimè facit qđ no.de æta.& qual.
ut ij,qui in glu.cathedralibus in cle.Nec ob.quod legiẽ
& no.de conceſ. præb. poſt electionem. Nam decanus
non eſt prælatus capituli,nec ſponſus eccleſiæ cathedra
lis.nec per eius mortem dicitur uidua eccleſia cathedra
lis,& facit quod no.de ele.quia propter in gl.j. imo ipſe
decanus eſt pars capitul, & de ipſo.C.Ad propoſitum ſi
duo ſeparati,& extranei in cauſa cõi conſtituerunt ꝓcu
ratorẽ,qs dubitat,quòd alius põt reuocare procuratorem
ꝓ parte ſua,& ille remanebit procurator alterius.Sic &
in propoſito Abbas reuocare poteſt procuratorem & il
le remanebit ꝓcurator Vicarius ſeu yconomus & admi
niſtrator Capituli, ſine quo prælatus nõ poterit admini
ſtrare ſicut nõ poſſet ſine capitulo nullo yconomo cõſti
tuto.¶Ex his concluditur quod non obſtaret conſtitutio
ſupradicta quin prælatus uel Abbas poſſet eum reuoca-
re inuito capitulo inquantum ille gerebat uices prelati.
Sed ubi præſupponimus conſtitutionem abbatis & capi
tuli præceſſiſſe in contrarium nõ poteſt abbas reuocare.
Si enim præſupponimus conſtitutionem tenere de iure,
& quod Abbas non poſſet uenire cõtra, ut ſuprà ſatis ꝓ
batum eſt cõſtat qđ ĩpediente conſtitutione hũc officia
lẽ tãq̃ perpetuũ reuocare nõ poterit,& facit qđ no.Inn.
& Cõpo. de reſcri.edoceri. ¶Poſtremo reſtat uidẽdũ an
iuramẽtũ præſtitum ſuper conſtitutione yconomi impe
diat reuocare & uidetur quod ſic.Nam iuramentum im-
pedit reuocationem,& regreſſum,& inualidum iuris fa
cit ualidum,de iureiuran.c.cũ contingat,de pac.c.2.li.
6.cũ ſua materia,& aut.ſcr̃a puberum.C.ſi aduer. uendi.
Item non uidetur ualere quod fit contra licitum iur̃m,ut
de reſcr.ſi diligenti.Et facit quod no.Inn.& Hoſt.de præ
bend.dilecto, & Archid.de reſcrip. duobus ubi dicitur
quod receptio facta de aliquo ĩ canonicum contra iura
mentum non ualet.¶Sed contra nemo poteſt ſibi legem
imponere à qua nõ liceat recedere.ff.de pac.l.pe. cum ſi
milibus,facit quod no.Inn.in c.dilecto.ubi dicit,ꝙ ſi qs
iurauit non uendere librum.tenet uenditio facta contra
iuramentum.Et contrarium poteſt colligi ex gl.Iun. po
ſita de teſt.Raynaldus in gl.pactum enim.¶So.ſm Ioan.
And.dicendum eſt, ꝙ reuocatio ualet,licet reuocans ſit
periurius,ut no.de procur.c.ult.in gl.uel uetitũ li.6.Nic
ex iuſta cauſa reuocaret puta, quia male adminiſtrabat,
quia tũc poteſt cum c.ut.ff.qui ſatiſ.cog.l.ult. quia iura
mentum non debet eſſe uinculum iniquitatis de iureiur.
c.3.& c.quanto cum ſimilibus.

¶Conſilium Federici.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus an de relictis eccleſiæ uel hoſpitali alterius diœceſis debeat habere quartam.*

2 *Canonica portio an de bonis pauperibus relictis detur.*

QVAESTIO CL.

1 Veſtio talis eſt. † Nunquid epiſcopus de reli-
ctis factis a ſuis ſubditis eccleſiæ uel hoſpitali
alterius diœceſis, debeat habere quartam. Sup
puncto premiſſo poſſunt colligi argumenta pro,
& contra;per ea quæ not.Hoſt.in ſumma de ſepul.§. & a
quibus petat ſub §.an hoc petatur canonicè ſub.§.ult. Et
uidetur dicendum, quod huiuſmodi quartam epiſcopus non
poteſt petere ab eccleſiis & locis ſibi non ſubiectis.nam
iſta quarta uidetur debita epiſcopo ratione ſuperiorita-
tis & iuriſdictionis.Eccleſiæ nãque recipiunt à laicis de
cimas & mortuaria & ſimilia,& eccleſiæ reſpondent de
quarta,de præmiſſis ſuis ſuperioribus.Et ſic non ratione
ſubditi relinquentis,ſed potius ratione eccleſiæ cui reli
quitur epiſcopus petit quartam, & hoc colligitur de de
ci.c.1.in prin.uer.rurſus,ubi dicit Hoſt.& Io.And.quòd
loco illarũ ſecundarum decimarum ſuccedit hodie quar
ta,quam recipit ab eccleſiis epiſcopus,& alleg.de præſ.
de quarta,& de offi.ord.conquerente.Cum ergo Epiſco
pus Cluſinus non ſit ſuperior illo domino de miſericor
dia de Senis &c.¶Ad idẽ de teſta.requiſiſti ad fi.uer.quo
niam non eſt cauta.ubi manifeſtè loquitur de cappellis
ſubditis epiſcopo,& in prędicto c.cõquerẽte.Hoc tenet
Inno.de teſta.c.officij,i prin.& bene facit quod no.Inn.
de ſepul.c.1.& 3.& c.conſuetudinem, uer.item quartã.
Idem tenet Pet.& Abb.in c.requiſiſti,& Io.And.iſtos ſe
quitur in c.officij.Cum enim iſta quarta quæ debetur de
huiuſmodi cõputentur inter iura epiſcopalia,ut in c.cõ
querente,& de cenſib.cũ olim quomodo poteſt dici, quod
epiſcopus petat ius epiſcopale a loco ſibi non ſubiecto.
Pone itaque quod Peruſinus eligat in dięceſi Cluſina ſe
pulturam & ibi i multis eccleſiis multa reliquit.nũquid
epiſcopus Cluſinus de illis relictis habebit quartã, utique
non attento quis reliquerit. Quia iura indiſtinctè dicũt
quod de huiuſmodi relictis eccleſiis ſibi ſubiectis epiſco
pus petit quartam. Et prædicta maximè procedunt cum
bona dictæ domus ſunt tantummodo pauperibus depu-
2 tata† & de relictis factis pauperibus nõ debetur canonica
ut not.de ſepul.ca.2.in gl.iij.Item bona iſtorum hoſpita
lium ſunt multũ priuilegiata.hinc eſt, quod decima papalis
impoſita eccleſiæ & perſonis eccleſiaſticis,quæ ratione
imponentis eſt maioris auctoritatis,quàm quarta epiſco
palis non exigitur nec leuatur ab iſtis hoſpitalibus & lo
cis ſimilibus patet per extrauagãs Bonifacij Papæ octaui
æditum ſuper declaratione decimę papalis,quæ incipit
declarationes. Multa enim fraudarentur uota fideliũ de
functorum ſi eorum relicta huiuſmodi pauperibus facta
dequartarentur per epiſcopum, quod uitandum eſt,ut de re
li.c.2.i cle.Et iſtorum maiorum opi.ſequor ego Fede.de
Senis minimus decretorum doctor nunc Peruſij legẽs in
iure canonico. In cuius rei teſtimonium me propria ma
nu ſubſcripſi. Quando aliquis reliquit pauperibus alicu
ius hoſpitalis nullo nominato tũc forte debetur quarta,
de hoc per Io.And.in nouella,de conuer.coniu. dudum
quod not.Pau.de reli.doc.c.1.in uerbo prouentus in clo
men.Additio.

¶In Criſti nomine Amen. Reſponſio domini Fede-
rici de Senis ad multa dubia elicita ex themate infra-
ſcrip.Caſus talis.

SVMMAE.

1 *Electio uel præſentatio pupillorum per tutricem patro-
no non contradicente facta,an teneat.*

2 *Ius opp. contra præſentatum,uel patronum quantum tẽ
pus durare dicatur.*

3 *Ius habendi, eligendi, uel præſentandi, ſi permittat
alium eligere uel præſentare an eo ipſo poſſeſſionem il-
lius iuris amittat.*

QVAESTIO CII.

Nobilis quidã patronus cuiuſdã eccleſię deceſ
ſuperſtitibus quatuor filijs ſibi heredibus.
quorũ tres erãt impuberes & unus pubes;de
inde uacauit dicta eccleſia. Mater uerò,eadẽ
que tutrix dictorũ impuberũ,tutorio nomine uolẽs intẽ
dere circa reformationẽ dictæ eccleſiæ uocari fecit filiũ
puberẽ ut certa die:& loco idoneo cõueniret cũ ea ad fa
ciendum electionẽ de nouo rectore ad eccleſiam ante di
ctam,q filius pubes loco & tẽpore ſtatutis nõ uenit.Di-
cta tutrix ad electionẽ proceſſit, & perſonam idoneam
elegit.& tandẽ electus ſeu pręſentatus fuit inſtitutus per
eum ad quẽ pertinebat inſtitutio,& in poſſeſſionẽ indu-
ctus nõ cõtradicẽte,nec reclamante illo filio pubere cũ
1 patrono.¶†Nunc quęritur an electio ſeu præſentatio fa-
cta per tutricẽ ualeat. ¶Secundo quæritur an ille filius
pubes poſſet illã electionẽ ĩpugnare, & ſi põt ĩpugnare
quãto tẽpore duret ſibi ius ĩpugnandi. Et ſi nõ põt impu
gnare,an fiat ibi præiudicium in electionibus ſequenti-
bus.¶Ad primum reſpondeo, quod electio facta tenet,quia
facta eſt à maiori parte illorum ad quos pertinebat,ſcili
cet a tribus extra de iurepatro.ca.3.& de his quæ fi.a ma.
parte ca.c.1.Nec ob. quod non eſt celebrata a pupillis, ſed a
tutrice,quia cum dicti pupilli nõ habeant diſcretionem,
nec maturitatem conſilij,quæ in eligendo requiruntur,
meritò talia nõ per eos,ſed per tutorem ſeu tutricem de
bent expediri.Facit adhoc quod legitur & no.de elec.ex
eo, quod lib.6.& quod not. Inn. & Hoſt. extra de no. oper.
nun.c.2.Nec ob.ſi dicas quod tales pupilli nõ habent uo
cem in eligendo per c.ex eo,quia uoces filiorum reman
ſerunt penes illum quaitum puberem, & illud obtinet
cũ qs habet eligerẽ iure collegij,ſecus ſi ratione patrimo
nij.Nam in iſto caſu tutor, ad quem pertinet tuitio per-
ſonæ,& bonorum adminiſtratio,illud ius exercebit pro
pupillo.Sed in collegio ſi aliqui ſunt excommunicati,ſu
ſpenſi,impuberes,uel alias inhabiles,ius & uoces illorũ
recidunt in aliis,ut omnibus eſt notum extra de elect.bo
næ, & c.cõgregatio cum ſi.& ne ſed.ua.c.uno.li.6.alias
ſequeretur quod omnes eſſent pupilli,& ius præſentan-
di deuolueretur ad ſuperiorem, & ſine culpa ipſorũ fie-
ret eis præiudicium.¶Nec ob.ſi dicas quod talis electio de-
buit fieri per curatorem uel procuratorẽ ſi maiores erãt
ſeptennio &c.ut extra de iudi.c.ult.li.6.Nam illud c.loq
tur in iudicio cauſæ ſpiritualis,nos uerò loquimur ĩ actu
ſpirituali extra iudicium,quæ ſatis ſunt diuerſa,ut patet
de procur.c.1.primo reſponſo,de elec.ſi quis.§.quid er-
go li.6.Non obſtat quod ille filius pubes nõ fuit canoni
ce uocatus; quia fuit uocatus ad faciendum electionem,
non ad præſentandum & ſic uidetur non uocatus, ut de
elec.c.bonæ 2. ¶Adhoc reſpõdeo dupliciter. Primo quod
licet propriè loquẽdo actus patroni dicatur pręſentatio,
ut extra de iurepatron.c.ult.& eo.ti.c.2.in cle.tamen lar
go modo loquẽdo dicitur electio,ut eo.ti.nobis,& c.pe.
¶Secũdo dico,quòd licet ĩ eligentibus iure collegij cau
tum ſit,ut omnes uocentur,& q uocatus non fuerat poſ
ſit proſequi contemptum.extra de ele.c.quòd ſicut, & c.
uenerabilem.Benè facit iſta decre.quòd patronus debe-
at a patrono uocari.alioquin poſſit agere de contẽptu,
cum ĩ his,q eligunt ut ſinguli puta ĩ patronis nõ inuenio
cautũ,quòd debeãt ſe requirere,ſed ſufficit, quod facta eſt ele
ctio ſeu præſentatio à maiori parte, uel a pluribus eorũ
ad quos pertinet de iure patro. c.3. licet ſit honeſtum &
cautũ eos inuicem requiri,ut ſeruat cõſuetudo, & facit
quod notatur in Spec.de inſtr.edi.§.nunc aliqua 1 x.col.
& uerſi.ſed quęritur an executores, & quod notatur. de
reg.iur.c.quòd oẽs, & c.in re communi lib.6.Sed prima

ſolutio

ſolutio melior,& iſta nõ uidetur bona,ſed imo bona eſt
ut no.per Io.Andr.in c.3.de iure patron.in nouella.¶Ad
ſm quo q̃ritur an iſte pubes poſſit impugnare,patet ſolu-
tio ex præmiſſis,quia ſi uult impugnare ratione ipſius cõ
tẽptus,nõ põt, quia non fuit contẽptus,ſed canonice uo
catus, ut ſupradixi. Si ergo uult aliquid dicere,ꝙ reddat
electionem ſeu præſentationẽ nullã,puta quia uult oppo
nere defectũ uel uitiũ cõtra perſonam præſentatã,uel ali
ud ſimile,tunc dico,ꝙ põt, adhoc de elec.nulli & c.ſeq.
li.6.nã & is qui non appellauit, acquieuiſſe uĩ ſententiæ
ratione iuſtitiæ, & nullitatẽ põt opponere.Ad primũ de
re iudi.ꝙ ad conſultationẽ.Ad ſm eo.ti.c.1.cum ſua ma-
teria &c.Ad tertiũ quo quæritur quantũ duret ius oppo-
2 nẽdi in eo caſu ubi cõcedit̃ oppoſitio.Reſpõdeo†quouſ-
que duret terminus perẽptorius datus ad opponendũ uel
ſaltẽ quouſque ſit confirmatus ulterius non eſt locus ex-
ceptioni adhoc de elec.ca.ult.lib.6. & de appel.conſtitu
tus cũ ſua gl.¶Sed incidenter põt quæri an ille,qui ſcien
ter ĩ tẽpus excipiendi nõ excepit, poſſit talẽ confirmatũ
& in poſſeſſionẽ inductũ accuſare de eo crimine de quo
poterat excipi cõfirmationem uĩ,ꝙ ſic, adhoc de app.cõ
ſtitutus,de cõceſ. præben.poſt electionẽ,& de accuſ.ac-
cedens,adhoc 81.diſt.c. 1. 16.q.ult.cap.1.& 3.¶Econtra
uĩ quod mores approbari uidentur per confirmationẽ,&
quod ſemel placuit &c. adhoc de reſti.ſpo.pterea, de pur.
cano.c.pe.io ſi.& de reg.iu. quod ſemel,cũ ſuis cõcor.ad
hoc,qui ma.ac.po.c.ult.facit quod no.Io.And.de elec.c.
ult.lib.6. ¶De iſta materia diffusè tractat Inn.& Hoſt.de
cau.poſ.& prioprie.c.pe.in §.3.quę gl.facit pro prima,in
c.& de elec. quod ſicut per Compo.& Inn.& Hoſt.de do
lo & cont.cum olim,ubi no.quod ſi confirmatione facta
ſolenniter cũ cauſæ cognitione,& uocatis,q̃ fuerunt uo
candi,& trãſiuit in rem iudicatam,ꝙ non poſſit ille accu
ſare & de crimine ante cõmiſſo, quia poteſt imputari ac
cuſanti. Sed ſi ſibi imputari non poſſet credo,ꝙ deberet
audiri,ut in c.ult.qui ma.ac.po.& facit quod not.de ele.
c.cum dilecti,in ſi.de accu.de his.& uĩ caſus de elec.c.in
demnitatibus.§.uerũ li.6.ubi probatur,ꝙ illi,q̃ nõ habue
runt tempus excipiendi debẽt uenire uolentes accuſare,
uel denunciare ergo à contrario ſecus.¶Ad ultimũ quo
quæritur,an ſi ſe non oppoſuit,uel electioni uoluit inter
eſſe,nec ſe opponere,ſibi ſit generatum præiudicium.Re
ſpondeo prima facie uĩ,ꝙ ſic,quia illi tres pupilli uiden
tur eſſe ſoli in poſſeſſione,uel quaſi eligendi uel præſen
tandi adhoc de cau.poſ.& proprie.c.pe.& de iurep.c.cõ
ſultationibus. ¶Sed ueritas uĩ eſſe in contrariũ,quia qui
noluit eſſe in uno actu uel eſt negligens uel cõtumax, nõ
uĩ eſſe cõtumax in alio,nec renunciare eidem, adhoc de
teſti.cũ olim,& de dol.& con.c.2.li.6.& per Inn.& Hoſ.
de elec.ecclеſia noſtra in prin.melius,de offi.le.dilectus
& de ſup.ne. prela.c.2. iſta quæſtio tangitur quaſi ad li-
terã per Inn.& Compo.de elec.querelã.Ex quorũ gl.col
3 ligit̃,quòd†ſi aliquis ſit ſolus in poſſeſſione eligẽdi & ꝑ-
mittat aliũ eliger̃ amittat ſuã poſſeſſionẽ.Et ſi habeat ius
eligẽdi cum aliis, & eodẽ iure utatur cũ aliis dato,quod
una uice condemnetur,uel negligat eligere non tñ amit-
tit nec proprietatem nec poſſeſſionẽ,nec illi tres pupilli
ſiue tutrix pro eis elegerunt ratione iuris patronatus eis
competentis ex perſona patris & tanquam hęredibus,&
idem ius competebat alteri filio impuberi.¶Præterea ad
hoc ut quis amittat poſſeſſionem requiritur,quod ſpoli-
ans habeat animum ſpoliandi.ſed non habet animũ ſpo-
liandi cum eodem iure utatur quo ille utitur.¶Præterea
requiſiuit illum, ut ueniret ad eligendum & præſentan-
dum una cum eis. ergo non habet animum ſpoliandi,&
hoc colligitur clarè ex glo.ſi eorum.

¶Quæſtio domini Feder.coram domino Auditore do
mini Legati.

SVMMAE.

1 *Quæſtio mota apud epiſcopum per parochianum dicen-*
tem rectorem eccleſiæ ſuæ non eſſe rite inſtitutum an
ſit audienda.
2 *Quæſtione orta inter rectorem eccleſiæ & parochianum*
quorum parochianus dicit rectorem non eſſe inſtitutum:
rector uero quod ſit,cui eorum incumbat probatio.
3 *Patronus petens inſtitutum remoueri an teneatur ſe*
probare petens.

QVAESTIO CIII.

PArochialis cuiuſdam eccleſiæ curatæ acceſſit ad e-
piſcopum dicens domine epiſcope quidam aſſe-
rens ſe rectorem eccleſiæ cuius ſum parochianus
uult nobis adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta
ſicut ſubditis. Non cognoſco quis ſit, & non credo ꝙ
ſit rector:peto quòd aſtringatis & compellatis, ut oſten
dat an ſit canonicę inſtitutus in ea, & ſi non eſt, peto
1 eum remoueri & alium præfici. ¶Modo quæritur † an
procedat talis petitio,& ſi procedat an illi, ꝙ ſit canoni
ce,an parochiano,ꝙ non ſit canonicè inſtitutus incũbat
probatio. ¶Et uidetur dicendum,ꝙ ſi alias cõſtat uel ſit
notorium,ꝙ ſit inductus in poſſeſſionem auctoritate epi
ſcopi,ad quem de iure pertinet confirmatio eccleſiarum
præſumatur pro illo,quia poſſidet iuſte,qui auctore præ
tore poſſidet,ut l.iuſtè.ff. de acqui. poſ. cum ſuis concor.
Si autem non conſtat,ſed dubitatur, uidetur ꝙ rectè pete
re poſſet.parochianus,quia ſua intereſt, ut bonũ habeat
prælatum,& qui per hoſtium intrauerit, & qui poſſit eũ
ſoluere & ligare,& non ſolum cõtra rectorem parochię,
ſed contra epiſcopũ audietur de teſt.cap. tam literis ibi
erat confirmatus electus,ut no.de offic.deleg.uenerabi-
li, de accu.qualiter 2.per Archi.de elec.c.1.in prin.i uer.
forma.li.6. Et ſi laicus parochianus poteſt agere contra
unum prælatum, ꝙ remoueatur propter crimen dilapi-
dationis,uel aliud crimen,ꝙ eſt odioſum, ut de teſti. ca.
quoniam cum ſim.multo magis ergo poteſt agere cõtra
eum,ut remoueatur ex eo,ꝙ nunquam habuit titulum,&
per conſequens negat matrimonium ſpirituale interue-
niſſe,unde in c.ex parte de teſti.miles agebat de crimine
ciuiliter &negabat canonicam inſtitutionem interueniſ
ſe propter irregularitatem,&fuit auditus ibi de iure ſi pa
rochianus erat ut ibi no. in ſi.j.glo.¶Et ſi uerum eſt, ꝙ pa
rochianus admittatur ad dicendum & petendum quod
talis remoueatur,quia nõ habet titulum,ſed intruſus eſt.
2 ¶†Quæritur cui incumbat probatio. Et uidet̃ quòd non pa
rochiano,qui negatiuam aſſerit,dicendo eum non fuiſſe
inſtitutum,adhoc de eſec.bonę,de cau.poſſe.& proprie.
cum eccleſia.In contrarium uidetur quod non presbyte
ro,quia nemo cogitur dicere titulũ & c.ult.l.cogi niſi
epiſcopo inquirẽte,ut no.ꝑ Io. And.de reg.iur.c.1.li.6.
& per Arch.eo.li.de offi.or.c.ordinarii.adhoc dicendum
uidet̃,quòd cum iſte parochianus in iſtum conſenſerit ut
in rectorẽ tacitè uel expreſſè nõ poſſit ipſum ulterius im
pugnare ratione eius tituli,quia nõ põt hoc eps,ut dicit
Arch.in c.ordinarii,adhoc c.nulli,de ele. li.6.cũ ſi.licet
uideatur argñ contra quod no.de excep.cum eccleſia in
ſi.gl.¶Si uero conſenſit,tunc dicendum eſt,ꝙ ſi ille preſ
byter eſt inſtitutus per epiſcopum; & inductus in poſſeſ-
ſionem,& hoc conſtat.tunc parochianus quia negat ius,
quia dicit eũ non canonicè inſtitutũ,hẽt hoc probare ex
quo conſtat de facto interueniẽte auctoritate ordinarij,
ff.de prob.l.ab ea in gl.ult.ibi poſita,&no.de ele.bonę io
gl.j.ner.per rerũ naturã.Si uerò non conſtat,ꝙ auctorita
te ordinarii fuerat inſtitutus, & quòd in eũ nec ipſe,nec
ordinarius

ordinarius conſenſerit,poteſt petere cum ſua intereſt ab
epiſcopo, uel legato,ꝙ ipſum cogat,ut oſtendat tutulũ,
& ſi non oſtenderet quod ipſum amoueat & alium prę-
ficiat.¶In caſu ergo noſtro cum nõ conſtet ipſum fore in
ſtiturum per epiſcopum, & ſic negatur factum interue-
niſſe debet probare ſe inſtitutum ab eo.qui de iure com-
muni hoc poſſit. ¶Non ob,quod dicitur,ꝙ iſte nõ proba
uit ſe parochianum ergo &c. So. admiſſus eſt, ut paro-
chianus,& non debet ulterius quæri,ut no.in d.c.ex par-
te.D,¶Non ob.c.ueniens.2.de teſti.ubi ſubdiaconus pro-
bat poſt litis cõteſtationem ſe canoninè talem &c. quia
non dicitur ibi probare poſt litem conteſtatam,ut admit
tatur ad contradicendum,ſed ut proſequatur confirma-
tionem.Non ob.ꝙ dr̃,quòd † patronus,qui petit remoue
3 ri rectorem inſtitutum eo comtempto debet probare ſe
patronum,ut 16.q.2.decernimus,ergo iſte debet ſe pro-
bare parochianum. Reſpondeo ex quo aliquis eſt inſtitu
tus auctoritate diœceſani, qui uult impugnare inſtitutio-
nem ordinarij ratione patronatus habet docere ſe patro
num & ſic loquitur c.decernimus.Sic & in propoſito ubi
conſtaret de inſtitutione epiſcopi incumbit parochiano
probatio,ꝙ non ſit canone inſtitutus.nec ſufficit,ꝙ ſit pa
rochianus uel quod,ut parochianus ſit admiſſus.Non ob.
quod dicitur,quod uicarius epiſcopi confirmauerat &c.
non enim agebatur an ſit cononicè inſtitutus necne, ſed
an fuerat appellatũ bene uel malè a quadã denegatione
copiæ cuiuſdam,& pronunciauit malè appellatum.Item
ſicut ipſe uicarius non potuiſſet confirmare electionem
non uocatis uocandis poſito edicto,ſic nec potuit confir
mationem infirmare abſentibus quorum intereſt.Vbi ue
ro parochianus uel quicunque ſit agat de crimine ciuili-
ter uel criminaliter ſibi incumbit probatio & actore non
probante, &c. ¶Item licet ſecundum opinio.aliquorum
inſtrumenta poſt peremptorium producta poſſint iudi-
cem informare,tamen in caſu noſtro non inſert,quia in-
ſtrumenta producta nec proprietatem,nec quaſi poſſeſ-
ſionem probant.¶Dixiſtis dominico,quod dum allegare
ſuper iſto uer. ſomniabam dum ſcripſi, dixi mihi domi-
nus Bar.in facto ſuo credebã per ſuperiora probari,quæ
in articulo iſto continentur. Nam ſupra dictum eſt &
probatum,quod intereſt parochiani ſcire quis eſt prœla-
tus ſuus,qui poſſit eũ ſoluere & ligare 8.q.1.licet & in iu
ribus allegatis per Arch.de elec.c.1.in prin.lib.5.
¶Secũdo fuit quæſitum incumbat probatio an parochia
no neganti an presbytero.Dictum eſt,& dico,quod ſi cõ
ſtat eum inſtitutum uel inſtallatum per epiſcopum præ
ſumitur canonicè inſtitutus,& qui ſolẽnitatem negat in
teruenisse,hoc debet probare,ex quo de facto conſtat,ut
l.ab ea.Si ergo non apparet de inſtitutione,& ſic factum
negetur,qui dicit ſe inſtitutum,probet ſe inſtitutum,non
dico ad petitionem cuiuſque,ſed ad petitionem cuius in
tereſt,ſcilicet parochiani,uel qui pro parochiano admiſ
ſus eſt,& ſi docuerit ſe inſtitutum per aliũ,quam per epi
ſcopum præſumitur non canonicè inſtitutus niſi probet
canonicam inſtitutionem,quia de iure communi ad nul-
lum pertinet inſtitutio niſi ad epm̃ uel papam uel legatũ.
¶Reſponſio do.Fedet.dum erat ſcholaris.

S V M M AE.

1 *Patronus in præſentatione contemptus,an contempta pro*
ſequi poterit.
2 *Regula, quod quis poteſt per ſe,poteſt per alium,an ſem-*
per procedat:& quando non.
3 *Religioſus an poſſit abſque ſui prælati licentia præſenta-*
re uel eligere.
4 *Præſentatus & electus, & receptus in rectorem,an non*
obſtante indebita præſentatione dicatur uirtualiter in-
ſtitutus.

QVAESTIO CIIII.

PRimo quæritur nunquid patronus cõtemptus in prę
ſentatione,poſſit proſequi contemptũ.Et ur̃,qđ ſic
quia regula eſt, ut qđ omnes tangit & c.ut de offi.
arch.adhoc in fin.de reg.iur.quod omnes cũ cõco.
Item regula eſt,qđ contẽptus poſſit petere quod factum
eſt eo contẽpto caſſari extra de elec.quod ſicut,& c.bo-
nę 1.de præben.cũ in eccleſiis lib.6.ẽt ſi contẽptus fuerit
laicus de elec.uenerabilẽ. ¶Præterea ur̃ caſus de his q̃ ſi.
à præla.ea noſcitur.Sed ſi diceres illi ſunt patroni eccle-
ſiaſtici,& eſt ius,& fortius eſt iuſpatronatus,quod cõpe-
tit laicis,q̃ clericis,ut patet in eo,quod legitur & no. de
iure patron.c.cũ dilectus.¶Prętерea uideo quod contem
ptus conſilii habet retractare, quod factum eſt,de accuſ.
cum olim, de his quę ſi.a pręla.nouit multo fortius ubi
contẽnit conſenſus alicuius. ¶Prætęrea uidetur caſus de
iurepatro.illud & c.ex inſinuatione 16.q.7.decernimus.
Ad idem 66.diſt.c.1.& 8.q.1. licet ibi atteſtante populo
ne qua poſtmodum retractatio fiat.Ad idem 63.di.c.quã
to plebs principalis cum tribus capitulis ſeq.& ca. ul. Et
hoc uidetur tenere dominus Ioa.de reg.beneficium in fi-
ne magnæ glo.lib.6.de elec.c.ult.in glo.2.eod.lib.Sed di
ceres ad quid ualet iſta caſſatio cum ipſi eo præſente ite-
rum cõſentiant in eum.Solu.ſatisfit iuri & petitioni acto
ris. Ad idem quod not. de cau.poſ.& proprie.cum ſuper
in gl.2. Ad idem de ele.bonę 2.Item forte patroni ſunt
damnati ex aliquo crimine,propter quod amiſerunt ius
patronatus unde ſi uellent conſentire in eum nõ poſſent.
2 ¶†Secundo quæritur nunquid omnibus patronis præſen
tibus poſſint omnes excepto uno committere uoces ſuas
dato, quòd nõ ſint abſentes nec impediti & ur̃,quòd nõ,
per id quod communiter not.per doc.de elec.quia pro-
pter in fi. ¶Sed contrarium uidetur uerius per regulam,
quę habet,ꝙ quis poteſt per alium,quòd põt per ſe.de re.
iur.c.pe.cum concor. Et quia caſus uidetur de app.con-
ſtitutus.Non ob.glo.ibi poſita per Inn.nam Inn.eſſet ſibi
contrarius in eo ꝙ no.in c.conſtitutus.Ad idem,ꝙ ipſe &
communiter omnes dicunt,quòd illud conſilium nõ ha
bet locum &c.hoc etiam placet domino Ioan. And.in c.
conſtitutus.Ad idem quod ipſe no.de ele.ſicut in gl.2.&
c.ſicut in gl.pe.Hoc eſt, quòd patronus uariat.Item po-
teſt dicere eligo in pręſentandum,ut no.Archi.de poſtu.
3 c.uno in glo. uidetur quod in fi.lib.6.¶†Tertio quæritur
nunquid religioſus datus ad eligendum uel prę ſentandũ
ſine licentia ſui ſuperioris,poſſit eligere uel præſentare.
Et uidetur quod non:nam monachus ſine licentia ſui ſu-
perioris non poteſt conſentire electioni, non poteſt eſſe
fideicommiſſarius.non poteſt eligere ſepulturam,nõ po
teſt eſſe iudex,aſſeſſor,aduocatus,procurator,non poteſt
eſſe arbiter, hæc probantur de ele.ſi religioſus,de teſta.
c.2.de ſepul.c.ul.16.q.1.monachi.2.& c.qui uero,& ca.
præſentium 2.q.7.nullus, & ut omnia concludam,nihil
agere poteſt 11.q.1.non dicatis 16.q.3.§.1.Et idem Spec.
in ti.de arbitris de procu.& de aduocatis.Ad idem de po
ſtu. c. ex parte.Item canon dicit monachum eſſe ſeruum
54.diſt.c.multos,ſed ſeruus nõ poteſt eſſe arbiter,uel cõ
promiſſarius 3.q.7.§.tua uer.ſeruus. Item compromiſſa-
rius datus ad eligendum dicitur procurator extra de ele.
quia propter & eo.2.c.pe.lib.6.Sed etiam probatum eſt,
ſupra quòd monachus non põt eſſe procurator.ergo &c.
4 ¶†Quarto & ultimoquæritur præſuppoſito,quod nunc
tertio loco eſt dictum ſi eligat an teneat electio,& uide
tur quod ſic,quia multa fieri prohibentur quę tamen fa-
cta tenent de regu. ad apoſtolicam & in exemplis infra
poſitis primo de excep.c.pia lib.6.Item per id quod no.
de iud.c.1.lib.6.in gl.intelligas. Ad idem.ff.de procu.l.ſi
lius.§.ueterani,& l.ita demum eo.ti.Item ualet iudicium
habitum cum procuratore monacho donec opponitur,

ut

ut not. Hoſt. de procu. in noſtra. Ergo fuit procurator ex
quo ope exceptionis tantum habet excludi. Item facit ſi-
bi commatres,& contrahitur compaternitas cum mona
cho ēt ſine lnia abbatis ut colligiť 18.q.1.peruenire. Ad
idem 16. quæſt. prima capitulo doctos.cum ſeq.item li-
cet perſona ſit inhabilis,hic tamen potius cōſiderabimus
factum quam ius , ſicut eſt uidere in ſacramentis non in
rebus collegiatis 15.q .2 . Lugdun.& ea.q.2.quia epiſco-
pus in dioceſi.item in uēditione & donatione &c.ut no.
6.q.2.c.1. non enim refert &c. C.de præcl.impe.offe .l.
uniuerſis.Hoc eſt quod legitur,& no.de procura.conſul
ti &c.Idem Archi.de reſcrip.c.1.li.6.Item pone,ꝙ aliqui
honeſti,& religioſi uiri ſine licentia ſuperioris dederunt
conſilium aliquibus canonicis,nunquid per hoc uitiabi-
tur electio , ac ſi conſilium nō fuerit requiſitum,alias eo
non requiſito ſit caſſanda 63. di. c.pe.item pone,ꝙ quis
monachum conſtituit procuratorem ad matrimonium
contrahendum, qui ſuſcepto mandato ſine licentia ſupe
rioris contraxit, nunquid tenet matrimonium. Item ex
ſponſalibus non habentibus conſenſum non contrahiť
publica honeſtas , & tamen ex ſponſalibus contractis à
monacho oritur de ſpon.c. uno in prin.li.6.Item procu-
ratorium non dicetur niſi cum ſuſceptum fuerit,ut pro-
batur expreſſè de procura.c.3 .li.6.& ibi de hoc ſatis per
Arch.Sed iuris interpretatione iſte nunquam dicitur ſu-
ſcepiſſe quia ſemper fingitur uelle tacere,& taciturnitas
in procuratore conſtituto habetur pro diſſenſu.ff.de pro
cu.l.filius.§.inuitus,ergo ſi non fuerit procurator non te
net pręſentatio. Item monachus fingitur mortuus,cuius
mors ciuilis æquiparatur morti naturali ut legitur 16.q.
1.placuit.Itē uť caſus extra de ele.ſi religioſus.Nā ſi in ꝓ
prio facto eius nō tenet conſenſus multominus in facto
alieno. ¶Itē nō ualet teſtamētum factū a monacho quan
tumcunq; ſit fauorabile 19.q.3 .in fi.de donatio.c.cū dile
ctus.item ſi monachus remittat iniuriā ſibi factā remiſſio
eſt nulla,ut no.de ſenten.excō.parochianus.item præſen
tatio nō finitur ſola electione patronorum,niſi ſequatur
præſentatio corā ep̄o ut probať de iure patr. c.uno & eo.
tit.c.ul.& not.Archi.de pręben.c.1.li.6.Cum ergo mona
chus præſens coram ep̄o diceret nomine patronorum p̄-
ſento uobis illum , quem eorum nomine elegi.dicet ep̄s
ubi eſt mandatum,& oſtenſo mandato inſufficienti repel
letur uterq;,de elec. innotuit , ad fi.Ad præmiſſa facit de
procura.c.pen.& in cle.&c.

¶Reſponſio ad quoddam dubium.

S V M M AE.

1 *Pœna priuationis;expulſionis uel remotionis diuerſis re ſpectibus & cauſis effectum habere poteſt.*

2 *Conſuetudo inter religioſos , quod quis ſine iuris ordine pro leuibus caſibus ab eorum ngotiis amoueantur aut in eorum officiis reprobentur an ſit ualida.*

Q V AESTIO CV.

COnſueuerunt Viſitatores fratrum & ſororum de
pœnitentia Peruſii de conſilio miniſtrorum &
diſcretorum eiicere de congregationis cōſortio
& eorum matricula eleuare fratres & ſorores eo
rum,pro grauibus & enormibus delictis per eos cōmiſſis
abſq; aliqua monitione præuēta,& de hoc apparent mul
tæ ſententiæ latæ per Viſitatores in ſcriptis.Nunc quidā
frater dicti ordinis de pœnitentia cōmittit graue & enor
me delictum & non monitus per Viſitatorem de conſilio
miniſtri & diſcretorum eiicitur de eorum congregatio-
nis conſortio & de matricula eleuatur.
¶Nunc quęritur nunquid talis ſententia teneant,& uide
tur quòd nō:quia in regula ipſorum fratrum de pœniten
tia cauetur,ꝙ contra incorrigibiles,& inobedientes mo
nitio trina præueniat.¶Dicendum eſt ſententiam tenere.
1 Non ob.quod trina monitio non præueniat.nam†pœna
priuationis,expulſionis,& remotionis quādoq; incipit a
crimine,quandoque a contumacia. Si a crimine,& ſine
monitione poteſt imponi.Si uero cōtumacia ſiue nobe-
dientia,tunc ut locus ſit pœnæ neceſſaria ſit monitio,&
ſic loquiť cōſtituti o.nō eſt intentio reſpōdētis,quod ab-
ſens & inauditus expellatur uel priuetur,ſed intentio eſt
quòd nō ſit neceſſario monitio, ut ſe corrigat de delicto
de quo alias conſtitit. Pone quòd homicidium ſit com-
miſſum ad quid fiet monitio. Nam & ſi corrigere ſe uel-
let nihilominus dignus eſt amotione extra de pęnis tuę.
Nam poſt ſententiam & correctionem poteſt quis de cri
mine accuſari & puniri 34.q.2.admonere,& not.de tēp.
or.c.ulti.Et maximè procedit hoc quia pluribus uicibus
obſeruatū eſt in dicto ordine quòd ſine aliqua monitio-
ne quis priuatus & eleuatus eſt de matricula & cogrega-
tione fratrū, & hoc obſeruatū eſt,per decenniū,& plus,
& ſic inducta eſt conſuetudo, quæ alias præiudicat iuri,
extra de conſue.cum dilectus.ff.de legi.l.ſi de interpræta
tione,& l.ſeq. & C.quæ ſit long.conſuetu.leg.1.cū fi.Va-
2 lent enim tales conſuetudines†per quas ſine iuris ordine
ex leuibus cauſis religioſi uiri ex ſuis locis de adminiſtra
tionibus amouentur, de ſymo.per tuas,& de accuſ.quali
ter 2.de appel.cum ſpeciali, ſed cum frater aliquod leue
committit, quòd non mereť amotionem,ſed leui ſatisfa
ctione poſſet remitti,tunc ſi ter monitus non ſatisfecerit
uel ſe non emendauerit , ſed contumaciam admiſerit in
non ueniendo, non parendo, non ſatisfaciendo,uel non
obediendo ter monitus,nō purgauerit,tūc pōt expelli.Fa
cit ad prædicta ꝙ not.de iudi.cum non ab homine.
¶Reſponſio d. Franciſci de Senis ſuper pluribus dubiis.

S V MM AE .

1 *Epiſcopus cui commiſſa eſt adminiſtratio rerum reſtitutioni ſubiacentium an debita inquiſitione pacta, poterit non uocatis hæredibus uel poſſeſſoribus ad reſtitutionem procedere.*

2 *Poſſidens bona reſtitutioni ſubiecta,an & quanto temporis curſu ea præſcribere poſſit.*

3 *Communiter plus conſueuit accipi in tenutam,quam ſit debitum.*

4 *Promiſſum ob cauſam reperta ueritate redit ad non cauſam.*

5 *Actio epiſcopo competentes,quæ & quare dicantur quadraginta annis durare.*

Q V AESTIO CVI.

CAſus talis eſt. Quidam uolens prouidere ani-
mæ ſuæ aſſeruit dixit & confeſſus fuit,domino ui
cario domini epiſcopi ſtipulanti & recipienti
pro epiſcopo , & pro omnibus & ſingulis quo-
rum intereſt uel intereſſe poterit,ſe teneri pro uſurarum
& lucrorum illicitè acquiſitorum reſtitutione extortorū
tam per ſe, quam prædeceſſores ſuos,quibus ſucceſſit &
hæres uniuerſalis exiſtit uſque in quantitatem ducētarū
librarum,aſſerens ignorare ſe quibus reſtitutio dictorum
uſurarum & lucrorum illicitorum fieri debeat.Vnde ip-
ſe ſolenni ſtipulatione interpoſita promiſit domino uica
rio recipientis,ut ſupra dictum eſt prædictā quantitatē pe
cuniæ ducentarum librarum ſoluere & reſtituere illis ꝑ-
ſonis a quibus dictæ uſuræ illicitę fuerint habitæ,& ex-
tortæ ſi inueniri & reperiri poterit habita & præmiſſa in
quiſitione

quiſitione per ipſum dominũ epiſcopũ uel eius uicariũ pro dictis perſonis inueniẽdis,alias ſi in dicta inquiſitione inueniri & reperiri nõ poſſant tanquam pro incertis deberet fieri reſtitutio illis perſonis quibus de iure fieri debet. Pro quibus obſeruandis obligauit omnia bona ſua &c. Quorũ bonorũ liceat prædicto domino epiſcopo ſua ꝓpria auctoritate poſſeſſionẽ ingredi &c.& ea uẽdere & alienare &c. Poſt hæc præfatus dominus epiſcopus uel eius uicarius inquiſitionẽ fecit de prædictis perſonis quibus debeat fieri reſtitutio, & cũ per inquiſitionẽ ipſam aliqui nõ reperirentur pronũciauit dictam quantitatẽ tũc fore incertã, & tanquã incertã pauperibus erogandã. Deinde epiſcopus accepit tenutã de bonis dicti promiſſoris. Ex præmiſſo themate quæritur de infraſcriptis quæſtioni. primo†an proceſſus dictę inquiſitionis factus abſente dicto promiſſore;uel eius hęrede, & nõ citato ut ueniret ad oſtendendũ uel explicandũ ſi quos inuenire poſſit quibus fieri debeat reſtitutio ualeat necne.Et eſt dicendũ quod non;i ipſius præiudicium. Nã ipſius interfuit uocari,ne cogatur idẽ bis ſoluere.Nã cum poſſet pronunciari factum,ꝙ pót eſſe certum,& ſic ſolueret epiſcopo illã ſummã,& nihilominus poſtea apparẽtibus illis quibus debet fieri reſtitutio cogeretur iterato ſoluere. Ergo ſua interſit, & ſua inter fuit ergo requiri debuit,& ſi nõ fuit requiſitus ſibi res iudicata non præiudicat;qa omnes ſunt uocandi quos res de qua agitur tãgere põt de ma.& obe.inter quatuor & teſti.ueniens,& de re iudic.cum ſuper,& eo.ti.quamuis,& C.ſi ut ſe ab hær.ab.aui.ſi omnes,& ff.de adop.l. nã ita diuus & de aqua plu.ar.l.in cõcedendo cum ſi.& illud eſt uerum per iura allegata.¶Secundo poſito,ꝙ dictus proceſſus ualuerit,quæritur an noceat dictus proceſſus ſingularibus perſonis,in quas dictus promiſſor alienauit bona ſua iuſto titulo ante ſententiã latã ſuper proceſſu dictæ inquiſitionis cum nõ fuerint habiti nec uocati per dictum dominũ epiſcopũ inquirentem,& dicendum eſt,ꝙ nõ: ſecus ſi alienationem præceſsiſſet ſententia ut legitur & no.ff.de excep.rei iudi.l.ſi a te in ſi.maxime†ſi dicti ſucceſſores ſingulares ex ſuo titulo per decenniũ poſſediſſent,quia tũc præſcripſiſſent cõtra epiſcopũ & cõtra omnem creditorem: C.ſi aduer.cre.l.j.& ij. ¶Tertio quęritur poſito ꝙ epiſcopus iuſte tenutam acceperit,an debitor, uel ꝗ in eius locũ ſucceſſerit poſſit rem recuperare ſoluto debito cũ non elapſi ſint quadraginta anni à die factæ ſupradictę promiſſionis. Et dicendũ eſt, quòd ſic C.de diſtra.pig.l.ſi prius.Si autẽ eidẽ epiſcopo rei in tenutã captę dominiũ eſt acquiſitũ, ſiue iure cõmuni,ſiue ſpeciali,tunc non audiet debitor uolens recuperare pignus,ut not.ẽ ut li.nõ cõteſt.q̃m in ſi.Si uero epi tanquã ꝓcurator pauperũ aſſignauit iſtas res alicui eccleſię,uel monaſterio,tũc eps functus eſt ſuo officio,& nõ habet ſe itromittere epi ſicut nec alias,de alijs bonis eccleſiarũ, & monaſteriorũ ſubiectorũ ſibi.Sed ſi eps iſta bona,quorũ dominiũ nomine pauperũ acquiſiuit,nõdũ aſſignauit alicui loco,facile deberet eſſe in curia obtinere,ut poſſit illa bona recuperare ꝓmiſſor, ſoluẽdo & cõuertẽdo illã pecuniã ducentarũ librarũ in eos uſus quos papa deſignaret uel ẽt minorẽ partẽ ſi iſte promiſſor nõ eſſet ſufficiens.Et multo fortius hoc poſſet impetrari in curia,ſi epiſcopus dictarum rerum nõdum in tenutam acceptarum dominium acquiſiuiſſet.Et forte expediret huic promiſſori ſoluere totam illam ſummam ducentarum librarum & recuperare res in tenutam acceptas, quia forte plus ualent illa bona,quàm illa uſura ducentarum librarum,quia communiter plus conſueuit accipi in tenutã, quàm ſit debitum. ¶Quarto quęritur ſi ante inchoatam iquiſitionẽ uel ea pẽdente uel poſt factã inquiſitionem, appareant aliqui, a quibus uel ſictè iſte promiſſor aliquid extorſit per uſuras uel alio modo illicito, & uelit docere de iure ſuo,& doceãt de iure ſuo ſufficienter, & iſte illis ſoluat uſque ad illã quantitatem promiſſã epiſcopo,an ulterius teneatur ſoluere epiſcopo,& an recuperare poſſet res acceptas in tenutã per epiſcopũ, & qd ſi eps alij uendidit & precium habuit uel illi dictas res aſſignauit;¶Ad primum dicendum eſt quod ſi apparent aliqui,ꝗ debeãt recipere nomine uſurarum uel alias pro lucris male extortis ab epiſcopo uel alio ſuorum prædeceſſorum,& hoc poſſit cõſtare ſine aliqua colluſione corã epiſcopo uel eius curia uel corã iudice delegato uocato tñ epiſcopo ſi uult adeſſe,in iſto caſu nõ epiſcopo, ſed illis, ꝗ debẽt habere ſiet reſtitutio quantumcunque fuerit pronunciatũ ſuper inquiſitione ẽt ſi capta ſit tenuta & liberatus eſt ille uſurarius ab illa ꝓmiſſione facta epiſcopo.Ratio eſt,qa de iure communi,& de mente ꝓmiſſoris fuit, quòd quãdiu poſſet apparere certæ perſonæ,quibus debet fieri reſtitutio nunquã eſt iſtud erogandum pauperibus.de uſuris,cum tu.& de homi.ſicut dignum.§.reos,ex quo eſt res integra, ueritas reuelata debet præferri opinioni,& ignorantiæ 9.diſt.ueritate. ad hoc optimè facit quod legitur & not.ꝗ ma.ac.po.c. ulti.in ſi.& melius de purg.uulg.c.s.& in Specu.de ſen.ex cõ.§.ult.uer.aliud autẽ ad idẽ de præbend.ſi tibi abſenti. lib.6.& ff.de ope.liber.l.mãcipiorũ.nã cũ iſta promiſſio epiſcopo facta,fuerat in fauorẽ illorũ, qui debebãt recipere immediate ſine aliqua ceſſione fuerit eis quæſita actio ex iſta ſtipulatione,ut ẽ de uſuris c.a.lib.6.Sequitur quòd eis apparẽtibus cõpetit actio,& faciẽda eſt reſtitutio quia ex finali euẽtu pẽdeat promiſſio facta epiſcopo,ideſt apparentibus,qui uere debẽt recipere,retro cẽſetur eis facta ꝓmiſſio,& nõ epo, uel pauperibus maximè cũ tractent de lucro captãdo, adhoc de ſrig.fraternitati i ſi.& ff.ad maced.l.j.& ff.ſi cer pet.l.proinde. Et illud quod fuit ꝓmiſſũ ob cauſã ueritate reperta redit ad nõ cauſam.ff.de cõdi.ſine cau. l.j.i ſi.& l.ij.in fine. Item non debẽt pauperes uel epiſcopus male ditari uel lucrari cũ aliena iactura,ut iſte bis debitũ ſoluat.ut de regulis iuris,bona fides libro 6.cũ ſua materia.¶Si uero epiſcopus poſt acceptationẽ tenutę ſibi acquiſiuit dominiũ iure cõmuni uel ſpeciali,nec alicui aſſignauauit uel diſtribuit illas poſſeſsiones.& nũc apparẽt illi,qui debẽt recipere,idẽ iuris eſt,ꝑ iura ſupradicta,quia epi uel pauperes nõ debẽt eſſe in lucro, & illud quod uidebatur eſſe debitũ illi epo,uel pauperibus redit ad nõ debitũ,ut dictũ eſt ſuprà,quia deficit cauſa determinatæ tranſlationis ſiue acquiſitionis,& cõſequenter trãſlatio habet deficere arg.ff.de leg.2.l.cũ pater.§.dulciſſimis,de leg.3.l. nomẽ.§.ſi.& de lib.le.l.aurelius.§.Sticho,& l.j.ij&.3.ff. de i diẽ adiect. & quod i eis not. Et quod no per Dy. i l. 2.§.ſi.ff.de dona.Si uero epus aſſignauit uel diſtribuit illas poſſeſsiones alicui eccleſiæ uel monaſterio añquã appareant illi quibus facienda eſt reſtitutio: tunc enim epiſcopus non erit,in culpa ſi fecit,quòd debuit, & ꝯtra eũ nulla actio competit.C.de iu.de li.l.ſancimus.uerſi.ſi præfatam.Si forte competeret contra eccleſias uel monaſteria,quibus facta fuit aſſignatio, & diſtributio per epiſcopum,& conſequenter facti ſunt locupletiores, quia hi qui tractant de damno uitando ſunt præferendi eis, qui tractant de lucro captando &c. Item quæritur nunquid epiſcopus elapſis triginta quinq; uel quadraginta annis poſſet agere contra hæredes uel poſſeſſores bonorum quondã illius,qui reliquit in ſuo teſtamẽto mille libras reſtituẽdas nomine uſurarum & interdictorum lucrorũ illicitorum, cum de extorſione dictarum uſurarum non appareat niſi per confeſsionem dicti teſtatoris.¶Adhoc dicendum eſt quod actio,quæ competit ex teſtamẽto eſt perſonalis uel conditio,quę epiſcopo cõpetit per l.nulli,& l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſ.& cleri.& clauduntur ſpacio triginta annorum.C.de præſcrip.triginta

uel

uel quadraginta annorum l. ſicut in rem. Et ideo contra
hęredes bona fide poſſidentes, quæ bona fides in dubio
præſumitur, ut no. de ſo. comp. ſi diligenti, non competit
actio niſi probaretur hęredes malam fidem habuiſſe, &
ſciuiſſe uitium & crimen defuncti, quia tunc nunquã poſ
ſent tueri ſe præſcriptione, quia poſſeſſor malefidei &c.
Et ſic intelligi debet de uſur. c. tua nos, cum ſimilibus. Idẽ
iuris eſt ſi extorſione dictarum uſurarum apparet aliter,
quam per teſtamentum. ¶Non obſt. ſi opponeretur quòd
5 † ſi actiones cõpetentes epiſcopo durant quadraginta an
nis, ut auth. quas ac. C. de ſacroſan. eccl. & de præſcrip.
de quarta & e. ti. c. 2. li. 6. quia iura intelliguntur de actio
nibus competentibus epiſcopatui uel eccleſiis, ſed hic uõ
competit hęc actio epiſcopo, ut epicopo, ſed iconomo
& adminiſtratori bonorum pauperum, ut in l. nulli, & in
l. ſi quis præallegatis. Quod autem hæres poſſit præſcribe
re ubi non potuiſſet præſcribere defunctus no. de reg. iu.
cum quis li. 6. ¶De poſſeſſoribus uero bonorum in quos,
uel per ipſum teſtatorem uel eius hæredem alienata ſunt
bona, non eſt aliquod dubium ſi poſſiderunt per ſpacium
triginta annorum, quia actio perſonalis non cõpetit cõ
tra ſucceſſorem ſingularem. ut l. j. §. ſi hæres ad treb. & ff.
de iudi. l. fideicommiſſum. §. tractatu cum ſi. & etiam hy-
pothecaria præſcribitur illo tempore, ut C. ſi aduer. cre.
l. 1. & 2. ¶Quod autem quæritur quod remedium ſi huic
bono uiro quem res iſta tangit. Reſpondeo ſi epiſcopus
ſolẽniter fecit inquiſitionem citatis citãdis, & poſſeſſio
nes captas i tenutam ſolenniter diſtribuit, & aliis aſſigna
uit tunc nullum remedium eſt contra ipſum epiſcopum,
quia epiſcopus bona fide functus eſt officio ſuo, & non de
bet ex alieno facto iacturam ſentire. Et probantur prædi-
cta. ff. de his qui not. infa. l. tutorem cum ſi. Si uero epiſco
pus nondum aſſignauit, duplex remedium eſt. Primum
eſt, ꝙ procuret in curia romana, ꝙ ſibi tanquam indigen
ti iſta incerta, quæ ueniebant danda pauperibus ſibi pro
toto uel pro parte aſſignentur uel deputentur, ꝙ an ſi fa-
cile uel difficile noſcunt illi, q cõuerſantur in curia. Imo
poſſet id fieri cum multis prælatis, qui habent priuilegiũ
à ſede apoſtolica, ꝙ poſſint icerta recipere & ſuper ea cõ
ponere. ¶Secundum remedium eſt, quod illi, qui nunc ap
parent, debentes recipere uſuras uel alia lucra male extor
ta ab eis cõquerantur de iſto, corã ipſo epiſcopo uel eius
uicario, quo non perpenderet quare hic fiat uel coram iu
dice delegato non prẹiudicabit epiſcopo ſententia feren
da per delegatũ niſi epiſcopus uocatus fuerat ad cauſam,
ut aſſiſtat ne fiat colluſio in præiudicium epiſcopi ne di-
catur certum, ꝙ eſt incertum, in prẹiudicium pauperum.
Verumtamen non dubito, ut dixi, ꝙ ſi ad illam inquiſitio
nem non fuit uocatus hęres, ꝙ fuit proceſſus nullus, &
quicquid ſecutum eſt ex eo uel ob eum nullum eſt, ut l. in
concedendo. ff. de aqua plu. arc. & ff. de re iudi. l. de uno-
quoque cum ſi. Item non eſt tranſeundum ſilentio, quod
debitor, qui talem promiſſionem fecerat epiſcopo fuerat
condemnatus in curia epiſcopali ex perſona ſua uel ſuo-
rum prędeceſſorum nomine uſurarum, uel aliorum lu-
crorum illicitè extortorum uſque ad quantitatem pro-
miſſam epiſcopo. In iſto caſu iſte tutus eſt faciendo idem
de talibus cõdemnationibus & ſolutionibus earum illud
patet uerum per ſe &c.

SVMMAE.

1 *Lignamina & alia res quas fluminis impetus impellit uel deuiat an efficiantur occupantis.*

2 *Res quas flumen duxit reperiens in agro ſuo, quas non poteſt poſſidere, qualiter ſibi pro illarum expeditione prouidebit, & nu. 4.*

QVAESTIO CVII.

Domine Franciſce infraſcripta materia eſt noſtra
non mea, quare cum facultas obtulerit aliquid
1 reſcribatis. Vulgare eſt iſtorum laicorum. † quòd
lucrifaciunt lignamina & alias res, quas fluminis
impetus impulit in agros eorum; quòd mihi non uidetur
uerum, niſi habeantur pro derelicto. nam inuenio quem
teneri, qui ex ruina incendio uel naufragio rapuerit, uel
receptauerit, ut ff. de incen. rui. nau. per totum titulũ, niſi
illas recolligeret, ut uero domino reſtituat, quia tunc do
lo caret, ut eo. titu. l. 3. §. non ſolum, uerſic. ſed aditum eſt.
Item inuenio poſſeſſorem teneri ad exhibendum, ut l. cel
ſus. §. ſed & ſi ratis. ff. ad exhiben. & ff. de incen. rui. nau. l.
ratis. Item inuenio, quòd dominus poſſit repetere rudera
ſi uult cauere &c. ut de dam. inſe. l. prætor. §. unde quæri-
tur, ad idem auth. nauigia. cum ſi. C. de fur. ad idem ne q̃d
in loco pub. l. 2. §. ſi ex fundo. Si autem habeatur pro dere
licto ſtatim fiat occupãtis: ut ff. pro dereli. per totum. Sed
quomodo faciemus dominum habere tales res pro dere-
licto. Leges uidentur dicere cũ tales res abiicit, ſed in ca-
ſu noſtro non abiecit; ſed ruina eas perdidit, ut inſti. de
rerum diui. in ſi. & ſic in caſu noſtro non uidentur dereli
ctæ, nec uidetur procedere uſucapio, ut ff. pro derelicto,
l. ſi quis merces & maxime ſecundũ canones, ſecundum
quos, ſemper requiritur bona fides, ut de præſcrip. c. uigi
2 lanti, & c. ult. Quid ergo † faciet ille in cuius agrum uis
fluminis lignamina & uegetes duxit eũ agris noceãt; nec
ea poſſit lucrifacere, ut dictum eſt ſupra, nec ſciunt domi
nos illarum rerum. Videtur poſſe dici, quòd per iudicẽ fi-
at proclamatio, in locis uicinis, ut ille res tollantur infra cer
tum terminum, alias ex nunc pro derelictis haberi uideã
tur, ut in l. prætor in ſi. ff. de dam. infec. maxime ſi res ſunt
uiles. Ex cauſa namque expelleretur &c. ut no. in l. unica
C. ut nemo inuitus. Hic enim ſubeſt cauſa, quia nocẽt iſta
rudera agris uicinorum. Securior tñ uia eſſet, quòd poſt
aliquod tempus poſt dictam proclamationem uenderen
tur dictę res, & illarum pretium pauperibus erogaretur,
de uſur. cum tu. cum ſim.

¶Reſponſio do. Franciſci legum doctoris ſu-
per præmiſſis.

¶Non eſt dubitatio de iure noſtro, quòd talia illata impe
tu fluminis nõ conceduntur occupantibus, imo furtũ cõ
mittit, qui tales res occupat, ut in allegatis iuribus. ff. de
acquir. rerum do. l. quoties. §. ſi. & eo. ti. l. quæcunq;. ¶Nec
ius præſumit, quod habeatur ꝓ derelictis niſi per qualita
tem iactus, uel aliter de uoluntate domini appareat, cum
nemo preſumatur iactare res ſuas, ut l. falſus. §. ſi iactum,
ff. de fur. & nota. in l. qua ratione in ſi. & in l. 2. §. ſi. ad leg.
rhod. de iact. & l. qui leuandę in principio ad legem rod.
de iact. Et quia titulus ꝓ derelicto in eis deficit dicit lex,
quòd nõ uſucapiuntur, ut l. ſi quis merces. ff. pro derelict.
Et cõſuetudo cõmunis, quòd occupans lucrifaciat uĩ ex
preſsè reprobata per legem, ff. ad leg. rhodi. de iact. l. de
præcatio, & ibi no. in glo. Et licet ibi loquatur de rebus ia
ctis cauſa nauis leuandę. Tamen uidetur in iſtis, a flumi-
ne ablatis idem, cum parum differunt ab illis iactis ut di-
cit tex. inſti. de rerum diui. in fine, & multomagis in iſtis
raptis impetu fluminis cum non interueniat factum ho-
minis, ſicut in iactis. ¶Sed nunc remanet quæſtio quid ha-
beret dominus fundi facere in quam appulerunt res tales
4 illatę. † Et ſatis uidetur, ꝙ ſufficiat denunciare domino,
quòd tollat, uel pro derelicto habeat, ut d. l. prętor in fin.
ff. de dam. infect. Et ex quo dominus uel alius pro eo nõ
apparet uidetur ſufficere libellum publicè proponere. Si
cut in ſimilibus. dicit lex quãdo debet fieri denunciatio
alicui, & nõ apparet dominus uel alius pro eo, nec certũ
eſt domicilium, ſufficit libellũ palam proponere, ut ff.

de damn.infec.l.3. §.toties,& ff.quib.ex cauſ.in poſ.ea.l. hoc autem.§.1.& ff.de anna.exce.l.2.Et ſi infra tẽpus ſtatutum a iudice:ut tutius puto,non fuerunt eleuatæ,tunc pleno iure accipiat.arg.C.de iur.do.impe.l.1.& ff.de iur.delib.1 in fine. Et ſi non uult cõſeruare,& fundum ſuum impeditum uult euacuare poteſt proiicere arg.ff.de.peri.& com.rei uen.l.j.§.licet & de act emp.l.ſi is qui.¶Crederem tamen,ꝙ ſi dominus taceat nec per ſe,nec per alium uadat aliquid perquirendo,ꝙ uideatur eas pro derelicto habere & occupanti concedantur.Et uidetur tex.in nuere ff.ad legem rhodi.de iac.l.qui leuandæ,in princ.Videtur enim illa lex ſtatim neceſsitatem imponere pro quærẽdo res amiſſas, aliter ſi taceat prima preſumptio,q̃ erat, quod non dimiſerit relinquẽdo, tollitur per ultimam negligentiam non perquirendo. Ad iſtam materiam facit.ff.de fur.l.falſus. §. qui alienum,& §.ſeq.ea quibus.§. Hoſt.ſumpſit gl. quam poſuit extra de elect.dudum.2. in principio,ſuper uerbo aliena.

¶Conſilium Federici.

S V M M Æ.

1 *Appellans a ſententia diœceſani ad dominum papam,cui appellanti datus eſt terminus prouidendi,an ſi lapſo termino literas impetrauerit nullam de dicto termino mentionem faciens nihilominus dicatur legitimè proſecutus.*

2 *Auditor contradictarum quod habeat iuriſdictionem ordinariam,& quo facit idem auditorium ſeu conſiſtoriũ cum papa.*

3 *Terminus appellanti ad appel. deferendam conſtitutus, quo caſu permitatur anticipari.*

QVAESTIO CVIII.

PVnctus queſtionis talis eſt.Appellatum fuit à ſententia diœceſanis uel eius locum tenentis ad dominũ papam Benedictum 12. & apoſtolicam ſedem,per iudicem a quo ſtatuta fuit dilatio dicto appellãti, ad dictam appellationem proſequendam,quinquaginta dierum occaſione,cuius præfatus appellans conſtituit ꝓcuratorem ſuum ad adeundũ & iter arripiendum ad Romanam curiam, & comparẽdum pro eo,& nomine dicti appellantis corã dicto Summo Pontifice & ipſius,& Romanæ curiæ iudicibus auditoribus & officialibus quibuſcunq;,& ad impetrandum ab eis, ſuper & in dicta cauſa appellationis unum & plures iudices de ciuitate & diœceſi appellãti & appellantis,& ad conueniẽdum de ipſis iudicibus prout poſtulat ordo iuris,& ſtilus dictæ Romanæ curiæ requirat & dicat ad omnia alia ſingula facienda,quę ad predicta fuerint neceſſaria & etiam oportuna. Qui procurator ſic cõſtitutus iter arripuit & infra dictã dilationem,& illius proſecutionem dictæ appellationis ſe præſentauit in Romana curia coram domino auditore contradictarum.& elapſa dilatione quinquaginta dierum per duos uel tres dies apparet,ꝙ prædicto appellanti fuerunt conceſſæ literæ apoſtolicæ tres iudices continentes,qui dictã cauſam deberẽt cognoſcere,& ipsã cauſam fine debito terminare nulla facta mentione in dictis literis dilatione aſsignata ad proſequẽdũ appellationem
2 prædictã.Modo q̃ritur†utrũ præfatus appellans fuerit dictã appellationẽ legitimè ꝓſecutus. Et an poſsit in cauſa appellationis prædicta per dictos iudices impetratos de iure procedi. Viſis & examinatis iurib. utriuſq; partis ſuper præmiſsis.Primo quærendum eſt an procuratorium, fuerit ſufficiens.Secundo an dictus ꝓcurator ſatisfecerit termino ſibi ſtatuto. Tertio & ultimo an debuerit facere mentionem de termino ſtatuto.¶Ad primum dicendũ quòd ſi procurator ad proſequendum appellationem ſatisfecit aſsignationi termini, ſi uerè eſt ibi ſicut ſuperius continetur.tunc ſi appellationi nõ fuit delatum per iudicem nec appellatio fuit per partem aduerſam approbata ſufficit proſecutio facta ſicut ſupra in puncto cõtinetur ut probatur in duabus decretalibus ſimul iunctis de ap.c. Nicolao,& c.ſæpe.Nec eſt neceſſe,ꝙ coram papa compareat,ſed ſufficit coram auditore deputato ſuper impetra-
2 tione literarum†ſicut eſt auditor contradictarum,qui auditor ordinariam habet,& facit quo adhoc idem auditorium ſeu conſiſtorium cum papa, ut dicunt Gof. & Hoſt. & Guil.in Spe.de ſſi. ord.io prin.& Ioã.And.recitat in c. auditor.de reſcri.in cle.Nec eſt iſta cauſa,quę de ſui natura debeat tractari in curia,nec compellitur iſte aliter proſequi cauſam in curia, ſed ſufficit,ꝙ ſe repreſentet in termino, quia ad proſequendum habet annum a iure, & ita etiam no.Ber. in c.cum ſi Romana, de ap.& Gui. in Spe. de ap.§.nunc breuiter uer.item pone per præmiſſa,patet, ꝙ procuratoriũ fuit ſufficiens,& ꝙ ſufficienter facta fuit præſentatio & proſecutio.¶Reſtat de tertio,ſcilicet an in impetratione dẽat fieri mentio de termino ſtatuto & aſſignato ad proſequendum appellationem. ¶Dicendum eſt,ꝙ non tenetur facere mentionem,ex quo poſt terminum impetrauit,quia hoc non reperitur iure cautum, & quia ſatisfactum eſt termino aſsignato per ſolam comparitionem,& præſentationem factam coram auditore per cuius manus tranſeunt literæ de iuſtitia.Sed ſi ante terminum parte abſente fieret impetratio non ualeret impetratio non facta mentione de termino,quia uidetur facta in
3 fraudem, & præuenta eſt diligentia appellati.†Et iſte eſt caſus de app.ſæpe,& c.ex inſinuatione,& ſic intelligitur c.oblatæ eo.ti.quòd c.totũ loquitur quãdo ante terminũ ſiue iuris, ſiue hominis facta eſt impetratio ut colligitur ea tex.diſtinguente in quo caſu ibi terminus præueniatur & ex glo.poſitis in c.ſæpe, & c.oblatę,& melius eod.tit. perſonas in glo. 2. Et pręcicta maxime ſunt uera ſi pars aduerſa per ſe uel per ſuum procuratorem fuit præſens tempore præſentationis,quòd præſumitur ſi ſunt tres iudices ipetrati ar.de offi. dele. c.ult.in prin.nã ſi ſuit præſens ceſſat caſus fraudis,& circumuẽtionis,uidetur cõſẽtire impetrationi ex quo ſuum iudicem dedit,& appellãs alium,& curia tertium,adhoc de reb.eccleſi.non alie.ca. ſi quis cũ ſua glo.¶Ego Federicus ſupraſcripta ſcripſi, & prout ſupra continetur ita credo & conſulo.In cuius rei teſtimonium me ſubcripſi, ſigillumque meum appoſui conſuetum.

¶Conſilium Federici.

S V M M Æ.

1 *Abſentia an abſque monitione ſi cauſa ſufficiens deponẽdi quem ab officio.*

2 *Verba iſta moneo, præcipio,& ſimilia trina monitionis uim habere dicuntur.*

3 *Monitio in materia priuationis quando ſit neceſſaria.*

QVAESTIO CIX.

QVęſtio magis colligitur ex allegationibus in qua maior dubitatio uertitur,ꝙ nõ fecerit reſidentiã poſt conſtitutionẽ & admonitionẽ epi apertiſsime probatur.Sed dicitur,ꝙ dictus dominus Fran
1 ciſcus nõ priuari ꝑ rationes infraſcriptas.Nã†ꝓpter abſentiã nemo priuatur niſi canonica monitione premiſſa, de cre.non rẽſi.c.inter,quatuor,& c.ex tuę,& c.clericos. Et iſte nõ probatur monitus uel nullo modo uel ſaltem nõ modo quo debuit.Itẽ aut iſte erat in certo loco,unde

citari

citari poterat, & tūc prælatus eius debet enm legitime
monere, ut ad ſuā rediret eccleſiā infra tempus cōpetēs,
aut neſcitur, ſibi ſit, & tūc citationis ædictū apud eius ec
cleſiā debuit publice proponi ſiue promulgari, alias la-
ta ſentētia priuationis nō ualet, ut plenè no. Ber. ut lite
nō conteſtata. quoniā in gl. De hac abſentia no. Inno. &
Hoſt. de cle. nō reſi. ex tuæ, ſed nullū iſtorū interueniſſe
probatur. ¶Nec obſtat cōſtitutio epiſcopalis, quia per eā
nihil aliud, q̃ ius cōe ſtatuitur, ut legēti bene patet. ¶Nec
ualet ſi dicat, ꝙ trina monitio, q̃ in alijs anteceſſit in hac
intelligitur repetita, quia planū eſt, tū quia diuerſi ſunt
articuli cōnexi & independentes. Et eſt ratio, quia ꝙ de
uno dr̃ de alio nō eſt neceſſe intelligi, de conſt. trāslato
cū ſi. Tū quia in prima cōſtitutione perfectāmētionē, in
ſecūda replicauit ſm hoc plenius tacuit & facit decr. in
audiētia de deci. & quæ not. Archid. & Ioā. mo. de elec. i
generali lib. 6. Imo & ſi concederet, ꝙ monitio repetita
ueniret, ꝙ nego, nō eſſet ſm iuris ordinē, ut plenè patet.
Et plus dico quod ſi probata eſſet abſentia, & monitio
generalis, quæ tamē nō eſt, apparet eū licentiā habuiſſe
ab eo, qui potuit per cuius mortē nō intelligitur reuoca
ta, ut no. Archi. de ele. licet canō, & quod not. eo. tit. ne-
mo, & c. cū ex eo. li. 6. ¶Nec obſtat, ꝙ ſtatuto termino in
ſtrumentū licentiæ productū nō fuit. Faciūt no. per Ioā.
And. de uerb. ſig. ſępe in cle. ¶Viſis allegationibus ſupra-
ſcriptis multū prudenter ſcriptis, & uiſa quadā epiſco-
pali cōſtitutione annexa alijs cōſtitutionibus, quę inci-
pit. Omnes & ſinguli prælati &c. In qua pręcipitur bene
ficiatis, ut reſidentiā faciāt in ſuis beneficijs. Ac poſito
pro cōſtāti, ꝙ pręfatus dominus Frāciſcus reſidentiā nō
fecerit nō ſolū in aliquorū dierū, ſed mēſiū, & abſentiā
ſua ante concluſionē cauſę nō excuſauerit, uidetur di-
cendū ipſum poſſe priuari per ſententiā ſuo beneficio ꝓ
dicto. Nā allegationes ſunt intelligendæ quādo monitio
hominis uel iuris non pręceſſit. Sed in caſu noſtro ipſe
uel alij prælati intelligitur moniti & ꝑcepti ab illa con
ſtitutione. Sicut ergo poſt monitionē hominis nō reſi-
dens iuſta cauſa ceſſante priuari pōt, ſic poſt monitionē
iuris. Sed diceres uerū eſt, ubi ſtatutum moneret, ſed hic
nō monet, ut ex ſui ſerie patet. ¶Ad hoc reſpōdeo, ꝙ cū
iſta cōſtitutio continetur cū pręcedentibus intelligitur
repetita monitio, quia talia ſunt ſubiecta qualia pręd:ca
ta præmittuntur. ff. de uerb. obl. l. titia, & 32. q. 7. apoſto-
lus. ¶Itē ſi hoc dubiū eſſet debemus interpretari ſm ꝙ eſt
uériſimilius & plerūque fieri cōſueuit, de reg. iur. inſpici
mus in obſcuris. Sed plerūque fieri cōſueuit, quod cōſti-
tutiones uitā & mores clericorū reformantes eduntur
2 commonitione. ¶†Pręterea illud eſt notandū, ꝙ ſiue i cō
ſtitutione ſit uerbū moneo, ſiue præcipio, ſiue ęquipol-
lēs talia pręcepta ędita loco trinę monitionis habentur,
exēplū, nā trina, uel una perēptoria citatio requiritur,
ut quis poſſit excommunicari ab homine de ſent. excom
mun. c. ſacro, & eo. ti. c. cōſtitutionem. lib. 6. 36. q. 3. de il
licita, & notatur de probationibus quoniam in gloſ. quę
continetur. Et tamen ſi aliquis excommunicatur a lege
ſufficit uerbum præcipio, uel prohibeo, ut patet de ſent.
excommun. a nobis, de loca. c. 1. & de cōſtit. c. 1. lib. 6. &
de uita & honeſta. cle. c. 2. in cle. de mente curandum eſt,
non de uerbis, de uerb. ſig. in his, & nil refert quid ex æq,
pollētibus fiat, uel dicatur, extra de teſtibus licet ex qua
dam. Illius ſententiæ eſt Hoſt. & Ioan. And. poſt eum ne
cle. uel mona. c. 2. in ſi. Nec eſt uériſimile, quod talis & tā
tus epiſcopus uoluerit ſolū innouare, & reiterare cōmu
ne ius, ſed uoluerit ſupplere negligentiam epiſcoporū,
& per legem mortuam monere quos ipſi, & ſui ſucceſſo
res monere interdum non curaſſent, uel ſic de facili non
potuiſſent monere. Ex qualitate enim, & ex eo, quod qs
facere conſueuit ſermones, & geſta ſua, præſentia & fu-
tura, recipiunt interpretationes, ut de præſum. mandata
c. penult. ff. de pign. act. l. uel uniuerſorum, & de uſur. quiſ
ſemiſſes, ſicut enim fatuus fatua & inanſa loquitur 93.
diſt. legimus, ita prudens ea quæ ſunt prudentiæ. Cum
enim lex debet eſſe utilis & neceſſaria 4. diſtin. erit autē,
quam utilitatem ſequimur ſi ſolum ius commune conti-
neat, ut quid membranas occupat 19. diſt. ca. 1. facta non
uerba quæramus ex lege. C. de bonis que libe. l. ulti. §. ubi
de elec. commiſſa lib. 6. ¶Præterea quis dubitat, ꝙ minus
uidetur importare uerbum monere, quam præcipere 1.
q. 1. ſic in prin. & no. Compo. de reſcrip. conſtitutus, cum
ergo conſtitutio monēs arčat. quantomagis conſtitutio
præcipiens uel prohibens, ꝙ eſt propriè officium legis 3.
diſt. in ſi. Præmiſſa habent locum quando cōſtitutio non
impōnit pœnam ipſo facto tranſgreſſoribus: ſed ſenten-
tia hominis requiritur. Sed quando imponit pœnam ip-
ſo facto, tunc non requiritur ſententia puniens, ſed decla
rans, ut patet de homi. c. 1. in ſi. & de hæreti. c. pen. in ſi. li.
6. quæ declaratio fieri debet parte citata, ut patet, de uer
borum ſignifi. in his, & not. de cenſi. c. ulti. in clem. Sed re
colendum eſt, ꝙ de iure nouo uidetur, ꝙ non reſidens in
eccleſia parochiali curata, ipſo facto ſine monitione ſit
priuatus, & ſi ſola declaratio reſtet per iudicem faciēda:
ut patet de præbend. extirpandæ. §. qui uero, & hoc tenet
ibi Ber. Sed Innoc. & Hoſt. dicunt ibi, †neceſſaria eſt mo-
3 nitio hominis & ubicunque pœna adiicitur conſtitutio
ni negatiuè, & ſic uidētur contradicere his, quę ſupraſcri
pta ſunt. Sed certè non contradicunt. Nam conſtitutio de
cuius uiribus tractamus non imponit pœnam ipſo iure.
Item nec eſt negatiua, ſed eſt affirmatiua, quia pręcipit,
ꝙ clerici reſideant ſub pœna iuris. Item antequam priuē
tur per ſententiam cognoſcetur an iuſtam cauſam habue
rint non reſidenti. ¶Inſtrumentum autem licentię de nō
reſidendo poſt concluſionem prędictam parte contradi
cente non prodeſt de fide inſtru. cum dilectus. ¶Non ob.
ꝙ ſecundum opinionem aliquorum inſtrumenta poſſunt
produci infra terminum peremptorium, quia poſito, ꝙ
illud ſit uerūtamē illud habet locum ante concluſionē,
& ſic loquitur glo. quę allegatur pro alia parte. extra de
uerb. ſign. ſępe ad finem in gl. ubi ergo in cle. ex quo prę
ſumitur, quod per ſtatutum iſte intelligitur monitus, &
abſentiam ſuam non excuſauit, & beneficium ſuum ſi nō
eſt curatum non eſt neceſſaria ſententia priuationis, ſed
declarationis, qualiter priuationem incurrit per §. qui ue
ro not. Inno. & Io. And. Addi. ¶Ex pręmiſſis igitur con-
ſulo ego Federicus de Senis iſtum dominum Franci. poſ-
ſe priuari licet ab homine monitus non fuerit, ſi iuſtam
cauſam ante concluſionem non oſtendit, in cuius rei te
ſtimonium ſigillum appoſui conſuetum.

SVMMAE.

1 *Colonus partiarius dicitur quodammodo ſocius.*
2 *Colonus an debeat habere commodum rei locatæ ultra tempus quo ea uſus eſt.*

QVAESTIO CX.

CAſus talis eſt. Marinus tenimentum ſuum in
quo erat nemus 7. annorum agris iam ſemina
tis de menſe Ianuarij locauit Sempronio hoc
pacto, quòd poſſit incidere dictum nemus de
bito tempore & non aliter, & quòd deberet dictas terras
& poſſeſſiones dicti tenimenti colere & arrare. ad uſum
boni laboratoris, & iſta locatio debet durare per trien-
nium, nunc eſt conductor in ultimo anno conductionis.
Sed in decimo anno uult incidere nemus, quòd cedendū
eſt. Quæritur an fructus aut redditus dicti nemoris ſit di-
uidendus inter locatorem & conductorem pro rata an
norum. Super quo uideatis iura quę tractāt de diuiſione

fructuum

fructuum ſoluto matrimonio. Item quęritur an finito
tempore locationis debeat dimittere poſſeſsionem in
eo ſtatu in quo erat ſcilicet agris ſeminatis.

¶Reſponſio domini Federici de Deongis.

1 ¶Si iſte, cui locatio tenimẽti facta eſt, eſt colonus † par
tiarius, videtur quodãmodo ſocius, ut l.ſi merces.§.vis
maior.ff.loc.& conduc.& l.idemq;.ff.pro ſocio, & talis
ſocietas coiri videtur, vt colonus operam & induſtriam
ſuam pręſtet, & alter rem in ſocietatem ponat ſicut dici-
tur.ff.pro ſo.l.5.& l.ſi non fuerat. Sed ſi ita eſt, inconue-
niens videtur, ꝙ colonus eius temporis quo curã & ope
ram nõ pręſtat, fructuum partem percipiat, quia ex quo
non ſuſtinuerit onus colendi, & laborandi, vel cuſtodiẽ
di nõ debet habere fructus ad ſimilitudinem mariti, qui
onera matrimonij non ſuſtinebat non facit fructusſuos,
ſed computantur in dotem, ut l.diuiſione, & l. ſi autẽ.ff.
ſoluto matrimonio, & ff.de iure dot.l.dotis fructus, ita
uideo ĩ caſu cõtrario, ſi colonus migrauerit ſibi remitti
tur penſio pro eo tempore quo non fruitur re cõducta,
ut ff.loca.l.iij.§.colonus, & l.itẽ queritur.§. exercitu, &
2 l.ſi fundus in ſi.co.ti. Quare † non ergo ecõuerſo eius tẽ-
poris, quo uſus eſt re conducta ſeu locata habeat cõmo-
ditatem, & non plus per l.ſecundum naturã, ff. de regu.
iu. ¶Euidẽtius probo, ſiuẽ iſte fuerat colonus partiarius,
ſiue quia annuatim, uel in tres annos tenebatur dare ra-
tum nomine mercedis, uel penſionis, agi uidetur cũ eo:
ut fructus trium annorũ tantum percipiat de re locata;
ſi aliud expreſſe nõ conuenit, & non anteriorum anno-
rum uel poſteriorum hoc eſt euidentiſsimẽ uerum. Qua
liter ergo, & quo iure uolet colonus fructus itegros, cũ
non tantũ ſint fructus trium annorum, ſed fructus decẽ
annorum, ſcilicet ſeptẽ pręcedentium, & trium ſequen-
tium. Idem uideo in marito. Nam ſi uxor uineam plenã
det in dotem, uel pecudes proximas fœtui uel tõſurę, &
tribus menſibus duret matrimonium nũquid conſidere
mus ſolam fructuum perceptionem, & eius tẽpus. Cer-
tẽ non cõſiderabimus uniuerſum tempus durationis, cõ
putando principium quo receperunt uſque ad tẽpus per
ceptionis, ut totum illud tẽpus quo obuenerunt fructus
inſpiciatur, ut l.diuortio.§.1.in uerſ.alioquin, & ea.l.§.
non ſolum, ver.nam hoc, & ſic tempore ad tempus po-
teſt poni exemplum, quia idem eſt iuris, ut d.l.diuortio,
§. ꝙ in anno. Pone enim ꝙ ſilua fuiſſet cedua infra tres
meſes a die locationis, eſſet ne iuſtum ut colonus inte-
gros fructus ſiluæ haberet? certẽ non: ut iam dictum eſt.
Hoc idem uideo in alio ſimili. habebat quis uſumfructũ
in ſeruo, locat operas ad quinquẽniũ: ut finito quinquẽ
nio perciperet penſionem. finitur uſusfructus ante quin
quennium, Certẽ ſi nos cõſideremus ſolum tempus per-
ceptionis, ꝙ uenit finito quinquẽnio, diceret ꝙ fructua
rij hẽdes nihil deberent habere, ſed ſolũ proprietarius.
Sed quia eſſet iniquum pẽſionem uniuerſi quinquennij
reduci ad ſolum tẽpus perceptionis: Ideo lex ſtatuit, ꝙ
pro tẽpore, quo uixit uſufructuarius habeat heres ſuus,
& pro reliquo proprietarius, ut l.ſi operas, ff.de uſufruc.
& l.defuncta.eo.tit.licet. Secus caueatur in emptore &
venditore, qui uidetur tantum plus fundũ uendere, cum
pars ſoli eſſe dicatur, ut l.Iul.ff.de ac.emp.& uẽd. ita cre
do circa primum punctũ niſi aliud conuenerint. ¶Circa
ſecundum, non reperio lege cautum, in quo ſtatu debeat
colonus fundum dimittere. Sed uidetur ex quo libere ha
buit fructus primi anni, ꝙ impenſę factæ in arando & ſe
minando debeant reſtitui ad ſimilitudinem mariti, ut ff.
ſol.ma.l.fructus.§.ſed & impenſas, quę &c. Sed in caſu
noſtro dicerem ſecus, tali ratione, quia cũ conductor te
neatur uſque ad Kal.Ianuarij, debet uſque ad id tempus
agros colere, & omnia alia facere, q̃ boni laboratores
facerent. Nam dicit lex ſi merces.§.conductor.ff.loca.&
conduc. ꝙ ante omnia colonus curare debet: ut opera ru
ſtica ſuo quoque tẽpore faciat, alias tenetur. Et ſi dicat
conductor ego nõ reciperem fructus uolo facere, nõ au-
dietur, quia poſſet ſibi obijci, ꝙ ſupra dixi. Et dixi repe-
ras expenſas & poſtea quando repet. ſiat ſibi compenſa-
tio primi anni ſic ſeminati, ut uidetur textus dicere in d.
l.fructus ſoluto matr. uerſ. & ſi maritus &c. & pro hoc
faciunt uerba ad uſum boni laboratoris.

¶Reſponſio domini Fed. ad multas conſulationes
epiſcopi Tudertini.

S V M M AE.

1 *Diœceſanus an & quando poſſit uiſitare hoſpitalia infir-
morum ſua diœceſis habentia oratoria, altaria, & cam-
panile.*

2 *Hoſpitale dicitur eccleſiaſticum ſi fuerit deputatum ad
uſum infirmorum, auctoritate Pontificis & ſi quando
alias.*

3 *Auctoritas epiſcopi in cauſa locorum piorum eſt conſide-
randa.*

4 *Epiſcopus aliquam eccleſiam a ſegeneraliter eximens,
an conſequenter uiſitationem ſeu correctionem abdica
re dicatur.*

5 *Epiſcopus non obſtante exemptione poteſt uiſitare procu-
rationem recipere, & quartam legatorum & mortua-
riorum.*

6 *Interdicti tempore, quæ ſint prohibita.*

7 *Eccleſia pauperrima, & quæ ob nimiam paupertatem
non poteſt habere rectorẽ an poterit aliis eccleſiis uniri.*

8 *Epiſcopus an poſſit unire eccleſias.*

9 *Contractus ſuper una camera, quam emit a capitulo qua-
liter ſit celebrandus.*

10 *Coloni eccleſiarum ad medium, uel affictum an teneãtur
ad onera per dominum temporalem impoſita.*

11 *Legatus qui ante finitum tempus ſuæ legationis integrum
ſalarium recepit an ſi fuerit ante terminum reuocatus,
teneatur quod plus recepit reſtituere uel quod minus
petere.*

QVAESTIO CXI.

1 QVæſtio talis eſt † an diœceſanus poſſit uiſitare ho
ſpitalia infirmorum ſuæ diœceſis, habẽtia orato
ria altaria & campanilia. Ad hoc reſpõdetur, ꝙ
ſi aliud non dicatur, de iure communi omnia ho
2 ſpitalia ſubſunt epõ, in cuius diœceſi ſunt ſita, & epſ cura
re habet uiſitando & non uiſitando, ꝙ ad eũ uſum tenean
tur ad quẽ ſunt inſtituta de religio.domi.c.3.& 4.eo.tit.
quia contingit in cle. Et ꝙ poſsit uiſitari, & procuratores
ab eis recipi probatur, de cenſi.Romana.§.1.li.6.ſup uer.
pia, & hoc no.ibidẽ Io.An.& Arch. Et ꝙ talia loca cenſeã
tur eccleſiaſtica, uel quaſi probatur de præben.c.per lite
ras in cle. alias fruſtra quæritur an talia loca includãtur
in literis apoſtolicis. ¶Ad idẽ facit declaratoria domini
Boni.viij. quam fecit ſuper datione decimæ papali, circa
principium uer.de redditibus. ubi eximit huiuſmodi loca
a decima papali, quæ exemptio non erat neceſſaria ſi illa
loca non pertinerent ad iuriſdictionem eccleſiæ. Si autẽ
3 diceretur ꝙ ſi non apparet, † ꝙ tale hoſpitale de quo quæ
ritur fuerit deputatum ad uſum infirmorum auctoritate
pontificali, ꝙ uidetur eſſe neceſſarium ad hoc, ut dicatur
eſſe eccleſiaſticum, prout no. Inn. de relig.domi.& Hoſt.
ibi & in ſumma eo.tit. & in ti.de regula. Et qd ſi de hoc
dubitaretur

dubitaretur?Reſpódeo,ꝙ ſi nõ apparet cõtrariũ,& in du
bio ex hoc uocatur hoſpitale,& hẽt faciẽ loci eccleſiaſti
ci debemus ipſum cẽſere pro loco eccleſiaſtico, ꝙ indi-
cat altare,& cãpanile, quæ ſunt ſigna loci eccleſiaſtici,
ut apertè colligitur de priuil.ꝑſentibus,uide do.Arch.de
cõcel.diſt.1.c.nemo.Quod ſi dubiũ eſt an in cõſtructio-
3 ne eccleſiæ interuenerit auctoritas epiſcopi uecnè,cer-
tè præſumitur ꝙ iteruenit,ex quo hẽt ſigna loci eccleſia
ſtici.Et ſi diceretur certũ eſt,ꝙ i hoſpitali,& de quo q̃ri
tur nõ iteruenit auctoritas epi.¶Ad hoc dico,quòd cũ ꝑ
ſonæ ibi degẽtes ſint perſonæ miſerabiles,cẽſentur eſſe
ſub protectione eccleſiæ , ut de ece.ædi.c.3. Maximè ſm
gl.ibi poſitã ſm Inn.q̃ dicit,ꝙ collegiũ leproſorũ vr̃ re-
ligioſum.unde ad ſolicitudinẽ epi pertinet uidere,ioq-
rere,uiſitare:nẽ bona iſtius pij loci deputata ad uſum ꝑ
ſonarũ miſerabiliũ,cõſumẽtur maximè cũ proponatur,
& ꝑſumatur quòd bona iſtius loci pro maiori parte per
uenerint ex largitionibus & eleemoſynis fideliũ.Igitur
ſub cõpẽdio cõcludẽs dico,quòd ſiue ex teſtamẽto, ſiue
inter minores à principio ordinatũ fuerat , quòd locus
iſte ad uſum hoſpitalis ordinatus,& deputatus eſſet ſiue
interuenerit auctoritas epi ſiue nõ,põt ꝑ epm uiſitari,&
uiſitãdo inquirat an illud fiat ꝑꝑ quod cõſtructũ eſt, &
ꝑꝑ quod ibi fiãt eleemoſynæ a fidelibus maximè cũ ha-
beat ſigna,& formã,& ſtatutũ pij loci & eccleſiaſtici,ac
et ſic denominet ad hoc de ſen.excõ. ſi iudex laicus lib.
6.circa mediũ , & quod no.Arch.de ꝑben. eũ de benefi
cio in gl.ſ.xl.an.in ſi.lib.6.Ad ſecundã quæſtionẽ cũ q̃
ritur de hoſpitali continentiũ. Viſo & perlecto inſtru
mẽto inſinuato exẽptionis,ſic dico, ꝙ illa exẽptio non
ualuit maximè ĩ prǫiudiciũ ſucceſſoris multiplici ratio
ne. Prima qa dicta exẽptio & ſubmiſſio nõ fuit facta cũ
conſenſu capituli ſui. Nã cũ in tali exẽptione & ſumiſ-
ſione fiat alienatio iuris epalis non potuit fieri ſine con
ſenſu capituli ſui,ut de his quę fiũt a prǫlat.c.1.& de dona.
paſtora. de reb.eccl.non alie.c.1.primo reſponſo in cle.
Maximè ſi ille eps iurauit non alienare, ut in c. ut ſuper
4 de reb.eccl.non alien.¶Itẽ quantũcunq; eps ẽt cũ con-
ſenſu capli ſui aliquã eccleſiã a ſe generaliter eximat nõ
põt à ſe abdicare uiſitationẽ & correctionẽ,& per conſe
quẽs procurationẽ recipere debet,ut nota.2 1.q.2.uiſis,
& de donat.paſtora.¶Non obſt.de relig.do.c. conſtitu-
tus,qa quod ibi dicitur confirmatũ fuit auctoritate apo-
ſtolica,ut no.de cẽſib.cũ uenerabilis.¶Item quo ad quar
tã legatorũ uidetur,quod ualuerit exemptio ꝑ canonẽ
32.q.2.c.ultimo. Sed non eſt uerũ:ut ibi notatur ex quo
non habuit conſenſum capituli in ꝑiudiciũ ſucceſſorũ.
Poſſet tñ ſe defendere prǫſcriptione ſi perue niſſet ad le
gitimũ tempus:ut de preſcri.de quarta , quòd non eſt, in
5 caſu noſtro. ¶Concludo ergo quòd poteſt eps uiſitare,
procurationem recipere,& quartã legatorũ,& mortua-
riorũ nõ obſtãte exemptione prǫdicta. ¶Item quęritur
6 an tẽpore interdicti in quatuor feſtiuitatibus anni, in q̃
bus permittitur celebratio diuinorũ poſſit eps altaria,
& uirgines cõſecrare,& uelare,benedicere , & illa ipo-
nere monialibus,maximè uiduis & corruptis, & an poſ
ſit calices & paramẽta benedicere & ſimilia facere. Su-
per quo eſt aduertendũ,quòd tempore interdicti gene-
raliter ſunt prohibita ſacramenta & diuinorũ celebra-
tio.Fallit ĩ quibuſdã caſibus,ut probatur & nota.de ſent.
excommun.permittimus.& c.reſponde,& eo.ti.alma in
princ.li.6.& de pœn.& remiſ.c.quod in te.d eſpo.quod
non eſt eum ſim.¶Ad propoſitum aut iſta de quibus quę
ritur ſunt prohibita tempore interdicti:ut quia compre
henditur ſub ſacramentis., & quia comprehendunt ſub
celebratione diuinorum.Si comprehẽdũtur ſub primo:
tũc nõ licet illis quatuor diebus ille ꝑ epm expediri,qa
licet illis diebus permittatur collatio ſacrorũ,tñ non ni
ſi aliquorũ.Hinc eſt,ꝙ Io.And.& Arch.no.i c. alma, ꝙ

illis diebus non põt corpus Chriſti concedi ſanis,qa ex
quo eſt tradita regula negatiue,ſufficit nõ iueniri cõcceſ
ſum.Si uero iſta de q̃bus quæritur cõprehẽdũtur ſub ſe-
cũdo.ſ.ſub diuinorũ officiorũ celebratione,tũc dicendũ
eſt,ꝙ iſta illis diebus poſſunt ꝑ epm expediri,ex quo di-
uinorũ officiorũ indefinita & generaliter permittitur,
ſic generaliter eſt intelligẽdi ꝑmiſſio de q̃bus de cõiug.
lepro.c.2.de priuil.quia circa.Maximè cũ hoc ſit fauora
bile,& ꝑ cõſequẽs ampliandũ,& ſit priuilegiũ pricipis,
& ſic ꝑ cõſequẽs late interpretãdũ,ut no.Archi.in d. c.
alma , in illa q̃one qua quærit an die feſtiuo poſſit dici
cõpletoriũ.Et dicit,ꝙ ſic ꝙ multi ſeruãt licet Ioã. And.
teneat ibi cõtrariũ.Nũc reſtat uidere an ſub primo an ſub
ſecũdo cõprehendant ꝑmiſſa & ſimilia.Qđ aũt nõ cõpre
hẽdãtur ſub ſacris, Patet qa ſacra eccleſiæ ſunt ſeptẽ. ſ.
baptiſmus,pœnitentia,cõfeſſio,extrema unctio , cõfir-
matio,euchariſtia,& matrĩm.Sed iſta de q̃bus q̃rit nõ ſunt
aliquod iſtorũ.Et ſi diceres iſtæ dependent ab ordine epa
li,qui ordo eps non poſſet illo tpe cõferri, ſicut nec alij
ordines,ergo &c.Reſpõdeo , quod nõ eſt bona illatio,
Nã celebrare miſſam & dicere euangeliũ cõpetunt ratio
ne ordinis presbyteratus,& diaconatus, q̃ ordines non
poſſunt cõferri: illis diebus,tñ licitũ eſt illis dieb. miſſã
& alia officia diuina celebrarĩ.Ergo relinquit,ꝙ cõtinet
ſub noie diuinorũ officiorũ , & ꝑ cõſequẽs ſunt ꝑmiſſa
illa,& ſimilia puta benedictio aquę abbatis & abbatiſſæ,
Sed de benedictione aquæ vr̃ obſtare qđ no.Inn.& Hoſt.
de exceſ.pla.c.ſi.ubi dicitur,ꝙ nõ põt fieri tpe interdicti.
¶Reſpõdeo, quòd nõ licet benedicere aqua tẽpore iter
dicti publicè & interdictis aſtãtibus,ſecus ſi fiat eo modo
quo alia diuina officia celebrãtur tẽpore iterdicti,& ma
ximè illis diebus quatuor ſolẽnibus.Itẽ benedictio abba
tiſſæ eſt quædã oratio,q̃ ſit ſuper eã.Sed aliqui dubitarẽt
de benedictione abbatis , qa ea recepta põt cõferre ali-
quos ordines.¶Reſpõdeo ꝙ ſola benedictio nõ ſufficit,
niſi ſit presbyter.de ætar.& qual.cũ cõtigat,& de his dua
bus benedictionibus no.Io.And.poſt Hoſt.de ſtatu.regu
la.c.a.i cle.¶Dico ergo breuiter quod omnia ꝑmiſſa poſ
ſunt expediri illis quatuor diebus,qa permiſſa celebra-
tione diuinorum omnia intelligũtur permiſſa,q̃ cõpre-
hẽdũtur ſub eis.¶Et põt ſubſequẽter q̃ri an illis quatuor
diebus poſſint ſepeliri corpora ĩ cœmeterio.Et ex præ
miſſis uidetur quod ſic,nã cũ ſepultura nõ includat ſub
ſacramẽtis,ſed potius ſub diuinis officiis,ergo uidetur
permiſſa & forte hoc uoluit cõciliũ Vienẽ.de ſepul.c. 1.
ſub uerbo caſibus exceptis à iure. ¶Sed dominus Ioãnes
Andr.& Pau. hodie tenet ibi contrariũ licet cõtrariũ ſę
pe obſeruetur.cuius opinio põt ſic ſaluari.tẽpore inter-
dicti ſepultura eſt prohibita, nõ qa cõprehendatur ſub
ſacramẽtis uel diuinis officiis,ſed ſuo ſpeciali capite eſt
prohibita ad terrorẽ ſicut in uſurariis, & in his,qui mo
riũtur ĩ torneamẽtis,de torneamẽ.cap.primo , de pœn.
& remiſſio . quod ſuæ . Igitur cũ ſit prohibita per ſe &
ſpecialiter niſi reperiatur cõceſſa debet durare prohibi
tio.¶Sed poſſet de nouo dubitare licet ſepultura ſit ꝓhi
bita,an officiãtes ad ſepulturam ſint irregulares. ¶Non
puto, maximè illis quatuor diebus , quia aliud eſt offi-
cium ſepulturæ,ipſe actus ſepulturæ & ſepeliendi,& de
multis quæſtionibus circa ſepulturam tempore interdi
cti not.per Ioannem Andr.in dicto concilio Vien.¶Sub
ſequenter quæritur an tempore interdicti epiſcopus ia-
nuis clauſis interdicto excluſo, & ſubmiſſa uoce poſſit
calices & paramẽta benedicere & ſimilia facere,quæ ſi
bi ſoli cõpetũt ratione ordinis epiſcopalis. ¶Adhoc re
ſpõdeo,ꝙ etiam tempore iterdicti quis poſſet officiare,
& miſſam celebrare,& euchariſtiam conſecrare,ut i.ca.
alma.§.adiicimus,& prædicta nõ includantur ſub ſacra
mentis.Dico,quod licitè poterit illa expedire eo modo,
quo alia diuina officia ſibi liceret interdicti tpe cele-

7 brari eccleſiæ clauſis. ¶Itē†quæritur an eccleſias pauper
tinias,quæ pp nimiā paupertatē nō poſſunt habere recto
res,& quarū collatio præſupponitur deuoluta ad ſedem
apoſtolicā poſſit aliis eccleſiis unire. Et vř quòd non,qa
q nō pōt cōferre,nō pōt unire uel aliter ordinare,ut no.
Io.And.de præbē.ſi tibi lib.6.in uer.ſed nūquid in fin.Itē
quòd nō licet directè,nec indirectè uel per obliquū, de
reg.iur.cū quid lib.6.Si igitur epiſcopus nō pōt impedi-
re papā in collatione directè,ergo nec indirectè,ſcilicet
uniēdo.¶In cōtrarium facit quia epiſcopus pōt, ꝙ plus
eſt,ſcilicet unire eccleſia nō uacātē inuito rectore,ut de
reb.eccl.nō alie.c.2.in cle. Ergo multofortius uacantē.
Itē epiſcopus pōt talē eccleſia cōmendare, donec ꝑ pa-
pā fuerit ordinatū de ea:ut no.Ioā.And.& Arch.de elec.
nemo.lib.6 Ergo ſi epiſcopus uidet,ꝙ per cōmendā tēpo
ralē nō pōt cōſuli ſtatui eccleſiæ poterit facere perpetu-
8 am.¶†Itē epiſcopus habet a iure, ꝙ poſſit facere unionē
eccleſiarū,quæ unio reſpicit proprietatē.Collatio reſpi
cit titulū.licet ergo epiſcopus perdiderit ius cōferēdi &
deuolutum ſit ad Papam, non tamen ius uniendi.uidetur
ergo dicendum per iura inducta pro hac parte,ꝙ ex cau-
ſa licita & nō in fraudem epiſcopus poſſet tales eccleſias
unire, & ſi forte non obſtantibus expectātibus.ut no.Io.
And.de regula c.ulti.in cle.in gl.ult.in prin.uer.nec uide
tur. Nemo enim poteſt accuſare epiſcopum ſi templum
Dei ædificat,& ſi talem unionē ubmitteret poſſet repre-
hendi de negligentia,adhoc de eccle.ædifi.c.ult.Nō ob.
quod no.in c.ſi tibi:quia iā ius erat quęſitū alteri,ut puta
poſſet fieri unio licet non in præiudicium illius.Vnū ta-
men ſciendum eſt,ꝙ ſecundū Inn.& Hoſt.epiſcopus pōt
diſpenſare in duabus curatis propter paupertatem eccle
ſiarum.¶Item ſciendū eſt, ꝙ ſi eṕs non contulit illas te-
nues eccleſias,quia non inuenit,qui eas uellēt recipere,
non currit ſibi tempus:quia illud tempus non currit,niſi
negligentibus non autem impeditis,adhoc de elec.ne ꝑ
defectu,& de conceſ.præben.quia.Credo, ꝙ poſſet fieri
unio de qua quæritur,poſito,ꝙ talis unio fieri poſſit nō
tamen pro facta debet haberi,quo ad præiudicium colla
tionis fiendæ per papam uel legatum ipſius, quia is cui
cōfertur beneficiū ſic unitum tanquam nō unitū ipſum
tenebit,dēt tamē in impetratione talis beneficij ſic uniti
fieri mentio de tali unione. Sed uerius vř, quòd non te-
netur impetrans de ipſa facere mentionem: ut libera ſit
impetratio quo ad conſerentem.facit de præben.dudum
§.nos igitur lib.6.¶†Itē quęrit quomodo debet celebra-
ri cōtractus ſuꝑ una camera qua eṕs emit à capitulo ſuo:
quia epiſcopus indigebat pro ſe pro habitatione familię
ſuæ,poſito ꝙ mēſa eṗi ſit diſtincta a menſa capituli.alias
non procederet dubitatio ſm Hoſt.Iſta qō eſt facilis ēt ī
cōtractu donationis, quòd plus eſt. Nā ſi epiſcopus do-
net capitulo ſiue ecōtra,uel aliàs cōtrahat nō requiritur
ſuperioris auctoritas,qa hæc nō eſt alienatio: qa eṕs &
capitulū ſunt unū corpus & una eccleſia. Adhoc de teſt.
requiſiſti,& de his quæ fiunt a præla.quanto & c.nouit,
ubi hoc no.Hoſt.& alle.C.de fideiuſ.l.uoluntas,& ff. de
legat.2.l.unū ex familia.§.ij.& l.peto,& facit quod no.
eo.tit.cum ad apoſtolicā in gl.& ideo.Et facit quod no.
in ſimili caſu per doc.extra de proba.c.ex literis io prie.
De canonicis,qui agunt nomine præbendarū. diſtingue
aut agunt inter ſe aut cum extraneis. Dicit tamen Hoſt.
ibi quod tutius eſt,quòd fiat auctoritate ſuperioris.Dō.
Io.And.nec approbat nec reprobat iſtā opinionē,& not.
de reb.eccl.non alie.c.2.in gl.antepen.i cle.Satis placet
mihi illa opinio.Hinc eſt,quòd ſm opinionē Ber.notatā
de reſcrip.edoceri,& de procura.1.non poteſt agere ſi-
ne conſenſu epiſcopi, nec defendere ad oē dubium tol-
lendum,qa difficile eſt hře auctoritatem Papæ. Faciatis
quòd capitulū uēdat alij,& uos auctorizabitis, & poſtea
uos ematis ab illo, ꝗ emit a Cap.uide iſtā quæſtionem,
de reg.iu.qui tacet in nouella lib.6.ubi tenet talē uēdi-
tionē poſſe fieri.Itē qritur an filius, qui repudiauit hære
ditatē paternā ſit patronus illius eccleſię ubi pater erat
patronus,& vř quòd ſic.quia ius patronatus tranſit ad fi
lios iure ſanguinis.ēt ſi nō ſunt hęredes,ut no.16.q.1.c.
ſtatutū.Nūc plus ēt ſi repudiauit hæreditatē paternā, ut
no.1.q.7.cōſiderandū.Sed cōtra vř,quia ius patronatus
trāſit hincinde de perſona ad perſonā multis modis in-
ter quos eſt ſucceſſio hæreditaria,ut cōiter nota.per om
nes i c.cū ſm de iure pat.& eo.ti.c.3.in cle.& iſta iura in
nuūt,& tūc demū ſuccedit filius ſi eſt hæres, alias non.
Præterea ſm illā primā opinionē ſequeretur,quod ſi pa
tronus donauit ius patronatus eccleſiæ uel loco religio
ſo,nihilominus filius ſuccedat. quod eſt falſum. Nā pa-
tronus donādo uel cū uniuerſitate uēdedo ita abdicat à
ſe ius patronatus,quòd nō ſibi nec filiis liquidè remane
at,ut colligitur de teſti.ſignificauit,de iure patronatus,
ca.uno li.6.& ibi no.arch.pro illa parte.¶Præterea ſi fi-
lius eſſet patronus ſine hęreditate,vř quòd poſſet pręſen
tare ēt patre uiuēte.ſicut facit quādo parochiani alicu-
ius eccleſię ſunt Patroni,quia tunc pater & filius eligūt,
ſicut quādo uniuerſitas eſt patrona,& ad id quod proxi-
me dictū eſt,facit quod no.Inn.& Hoſt.de no.ope.nunc.
c.2.& Gulielmus i Spec.de ſindico,& ita ſeruat cōſuetu
do optima legū interpres,ſm quā uidi in pluribus ciuita
tibus, quòd mulieres maritatæ à iure municipali exclu
ſe ab hæreditate paterna,nō admittūtur cū fratribus ad
eligendū rectorē illa de cauſa,ſcilicet:quia nō ſunt hę-
redes.in caſu autē noſtro,ex quo illa domina erat i poſ-
ſeſſione uel quaſi pręſentādi,licitè potuit præſentare ſe
cunda uice,& debuit eius præſentatio admitti, & debet
poſterum, ex ſua quaſi poſſeſſione defendi donec ſu-
per proprietate iuris eligēdi feratur ſentētia cōtra eam:
ut in capitu.querelam de elec.cum ſimilib. ¶Sed epiſco-
pus debet eſſe ſolicitus: ut antequam ſuperueniat tertia
uocatio, cogat dominā ad ius oſtendēdum,quòd ſibi cō
petit i pręſentādo,ad quod oſtendēdum nō ſufficit oſtē
dere quaſi poſſeſſionē cum agatur petitorio,ut de cauſa
poſ.& proprie.cum eccleſia,& c.ulti.Nā ſentētia lata in
poſſeſſorio nō præiudicat in petitorio. Licet ecōuerſo
aliter præiudicet,ut de cauſa poſ.& propri.cū dilectus.
10 ¶†itē quęritur an ruſtici & coloni eccleſiarum,qui co-
lunt prædia eccleſiarum ad medium uel ad affictum te-
neantur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contin-
gentium, & alia onera; quę imponuntur per dominum
tēporalē, uidetur quòd non per id quod habetur C. de
epiſcopis & clericis l. ſecunda 89.diſt.iudicatum,& 12.
quęſt.ſecunda eccleſiarum ſeruos.Sed contrarium eſt ue
rum. Nā pars contingens colonos ī nullo eſt priuilegia
ta. Nā ruſticus tēporali domino de parte ſua ſicut eccle
ſiaſtico domino de parte ſua,reſpōdebit.¶Separatorum,
n.ſeparata eſt ratio,& illa iura loquuntur in ſeruis,uel
in familia perpetua eccleſiarum:ut not.in cap.eccleſia-
rum,& capit.iudicatum,nō autē in ſeruientibus condu-
ctitiis,ut not.Archid.poſt Hug.11.quęſt.prima,capit.ſe
cundo.imo ſi clericus afficiat eccleſia ſuā uel uēdit fru-
ctus,emptor nō gaudet priuilegio eccleſię.imo ſi trāſfe
rat fructus ad ciuitatē uel alias,ſoluet ad portas ciuita-
tis gabellā ſicut de bonis propriis,ad hoc optimè facit
ff.de public.& uec.l.licitatio,§.ultimo, & not. Archid.
de cēſibus,capit.ultimo lib.ſextu.Verumtamen ſi domi
nus temporalis uidens,quòd non poteſt eccleſiam gra-
uare directè, & expreſſe grauat indirectè grauando ho-
mis ruſticos ſuos,ita quod eccleſia non inuenit,qui ue-
lit laborare ſuas poſſeſſiones.in iſto caſu hęc non debet
tollerare epiſcopus ſicut i ſimili caſu,& de domibus &
i aliquibus prouident iura, de imunitate eccl.cap. ulti.
11 lib.6.¶†item quęritur an legatus, qui in principio ul-
timi anni ſuę legationis recipit procurationem pro to-
to tem-

to tpe,& ante annũ legatio eſt finita,ſine culpa ipſius,ſi papa eũ reuocante ad curiã redire oportuit.teneaẽ reſtituere procurationẽ ꝓ rata tpis,pro quo officiũ legatio ois nõ exercuit, uel nõ exegit, an poſſit exigere ꝓ toto anno inchoato,an pro parte temporis, pro qua durauit legatio,& uidetur,ꝙ ſic,ſcilicet ꝙ teneatur reſtituere & nõ exigere per c.procurationes de cenſi.cum ſi. In contrarium uidetur,quia per eum nõ ſtetit quominus annũ cõpleret,& nõ debet eſſe deterioris conditionis,ꝗ aſſeſſor,& legatus imperatoris,ff.de offi.aſſeſ.l.diẽ functo,& aduocatus.ff.de uar.& extraor.cog.l.1.Super hoc nõ poteſt de facili cõſuli,niſi uiſo priuilegio legationis,quòd põt habere certã procurationẽ. Et ſtãdum eſt in talibus cõſuetudini curiæ. Et ſi dubium emergat recurrendum eſt ad eum,qui miſit,uel eius ſucceſſorem,qui debet interpretari ſuum reſcriptum uel priuilegiũ ad hoc de offic. ordina.c.ordinarij,circa mediũ li.6.¶Præterea iura loquẽtia de procuratione uiſitãtium non uendicãt ſibi locũ in legato. nam legatus recipit procurationem à locis nõ uiſitatis:ut in c.procurationes, de cenſi. Itẽ ultra uictualia poteſt recipere pecuniam pro uecturis & eqs, & mulis,& alijs expẽſis in ueniendo,& redeũdo:ut not. Ioã.And.& alij,eo.tit.c.2.lib.6.Quæ glo.debet intelligi in legato,nõ in epiſcopo Nec ob. c.1. i ſi.eo. tit.In dubio autem parendum eſt ſibi, & præſumendum eſt pro eo,quòd iuſtè exigat,nã ſibi creditur,quòd ſit legatus,dato,quòd nõ oſtẽdat ex quo legatus eſt de latere 96.diſt. nobiliſſimus,& hoc nõ debet i dubiũ reuocari,quia debet præſumi quòd oia iuſte faciat donec appareat cõtrariũ manifeſte.¶Itẽ quæritur clerici alicuius ciuitatis,qui non ſoluerunt partẽ ſibi contingentem de procuratione legati & ſic incurrerunt ſentẽtias ſuas:modo ante receſſum legati purgauerunt contumaciam ſuam & ſoluerunt,& dominus legatus cõmiſit partes ſuas alicui,quòd abſolueret omnes,qui ſoluerunt uel ſoluerẽt.¶Itẽ commiſſarius ante receſſum aliquos abſoluit. aliquos uero abſoluit poſt finitam legationẽ. Quæritur nunquid ualeat abſolutio pro illis poſt receſſum legati. Et uidetur, quòd ſic ex quo icæpit iuriſdictionem ante receſſum,ad hoc de offic.lega.ca.ulti.Secus ſi res eſſet itegra:ut ibi & eodem tit.ca.2.lib.6.¶Ad prædictam quæſtionem uide quod not.Ioã.Andr.poſt Ioan.Mo. in nouel. de conceſſion. præbenda cap.deteſtanda, ſuper gloſ. ad præd ista. Lap. ¶Sed contra. licet enim cœpit uti officio ſuo quo ad quoſdam; hoc non prodeſt quo ad alios: ut not. de offic.delega.licet, quia tot uidentur eſſe commiſſiones, quot ſunt perſonæ abſoluendæ,ff.de mino.l.etiam 2.q.3. abolitio cum ſimilibus. Ad hoc optime facit de offic.de legat.cap.ultimo,§.officium,& de hæreti.nẽ aliqui à cõtrario lib.6. itẽ ſicut legatus,uel eius commiſſarius non poteſt examinare poſt receſſum ſuum,& ſentẽtia excommunicationis per eum lata nondũ icurſa,poſt receſſum eius non ligaret,ut not.de ſentent.excommuni.a nobis. itẽ nec abſoluere poteſt ipſe uel eius commiſſarius poſt receſſum, quia eadem eſt ratio. bene facit ad hoc quod not.de off.lega.nouit in ſi.Ber.& eod.tit.capi.3.i uerbo finitur lib.6.per Archi.Iſti tamen clerici,qui abſoluti reputantur non debent uitari in publico.Item ipſi ſi celebrant non ſunt irregulares ſi errauerũt in facto,ſecus ſi in iure. Si ergo diceremus, quòd negocium omnium clericorum,qui debuerunt abſolui ſit connexum, tunc perpetuatio facta quo ad unum, intelligitur facta quo ad omnes: ut not. Hoſtien. in dicto capitu. licet. Et an ſit connexũ uel ſeparatum iuſto decernat iudicio noſtra & ueſtrorum prudentum conſultorum diſcretio.

ADDIT.

¶Determinationẽ iſtius articuli uide no.per Io.And. de filijs presbyt.ca tua.

¶Federicus ſcribit cuidam amico,qui uideatur mutaſſe contra reſeruationem Papæ Io.22.

SVMMAE.

1 *Diſpoſitio c.unic.de reſcrip.lib. 6. in materia permuta. beneſi.quod operetur.*
2 *Communis error ſi quando excuſet quo ad permutationes beneficiorum,& alias ius faciat.num.5.*
3 *Conſtitutio declaratoria quare retro aſpicere dicatur.*
4 *Ignorantia facti quod excuſet, iuris uerò non excuſet, cum peritiores conſulere quiſque poſſit & debeat.*
5 *Communis error,quod faciat ius, in quibus caſibus procedat.*
6 *Permutatio beneficiorum eccleſiaſticorum diuerſimodè conſideratur.*
7 *Ignorantia iuris an in damno uitando noceat?*

QVAESTIO CXII.

Amice cariſſime. dominus Archipresbyter Peruſinus nunc de curia reuerſus portauit quandam declarationem domini Benedicti duo continentem. Primo, quòd reſeruationes factæ per papã Io.nõ erant reuocatæ per eius obitum, de quo nulla erat dubitatio, ex quo reſeruatio facta erat a ſede apoſtolica ſedi apoſtolicæ ꝑ cap.ſi gratioſè. de reſcrip. lib.6. ¶Hinc aduertendũ eſt,quod generalis reſeruatio. dom.Ioã. Papæ 22. fuit ulterius prorogata per eum anno quarto Kalen. Ianuarij 1. die 2. exeunte Decembri. Pontificatus ipſius domini Ioan.Papæ anno 18.ad duos annos,& poſt ipſe deceſſit anno 19. die menſe Septembris,& ſic durauit dicta reſeruatio prorogata poſt mortem ipſius per annum & ultra, a Kalen. Ianuarij 1334. uſque ad Kalen. Ianuarij 1335. Declaratio uero ipſius domini Benedicti papæ dicit reſeruationes per ipſius domini Ioan. obitum reuocatas non eſſe, ſed eas habuiſſe, & habere roboris firmitatem factam anno ſecundo Põtificatus ipſius ſecundo Kalen.Octobris,id eſt ultima die Septembris 1336. & ſic finita erat dicta ultima prorogatio ante dictam declarationẽ per octo menſes uel circa poſt quam declarationem multæ fuerũt electiones prælatorum eccleſiarum, quæ ſub ipſa reſeruatione includuntur ſi duraſſent celebratæ, ac etiam confirmatæ, inter quos fuit domini epiſcopi Stephani. Hoc pro tanto dico,quia declaratio illa non ſolum declarat illas reſeruationes per ipſius domini Ioã. obitum non expiraſſe,ſed etiam addit eas habuiſſe,& habere roboris firmitatem, propter quod uidetur etiam hodie ipſam reſeruationem prorogatam, quæ alias finito prorogationis tempore expirabat, durare. Et ſi ita eſt nulla electio de prælatis talium eccleſiarũ fieri poteſt, uel potuit, quod durum eſt dicere, ſecundum quod prouiſiones electiones & permutationes de beneficiis reſeruatis per quoſcunque factæ erant nullæ & irritæ ipſo iure. ¶Circa quòd aduertendum eſt, quòd per hanc declarationem detegitur omnis error de Thuſcia & etiam curiæ domini legati, qui conſuluerunt, & tenuerunt, & facto ſeruari fecerunt, quòd permutatio alias ritè facta non
1 impediebatur per illam generalem reſeruationem †per ca. unicum de reſcrip.lib.6. Et ſi dicatur, quòd legatus habuit ſpeciale mandatum ſuper his permutationibus.Reſpõdetur, ꝙ plurimas permutationes fecit antequam haberet illud ſpeciale mãdatũ ſuper his permutationibus. Itẽ in illo ſpeciali mãdato fiebat mentio de eccleſiis collegiatis,quæ comprehẽdi non vñr ſub cõi appellatione dignitatum de præbenda, cum in ille lib. 6. Vidi etiam dum fui Senis quaſdam literas Papæ Io. directas ſuper

quadam permutatione facta Florentiae per legtum de
quadam Abbatia ad Prioratũ, in quibus declarabar,qđ
legatus etiam nigore illius ſpecialis mandati;cuius mẽ
tem ibi poſuit, non potuit talem permutationem facere
ſupra cuius declarationis copiã habebat Abbas de Agnã
no pro quo ipſa faciebat quare ſi ita eſt multi noti & ami
ci tanguntur,qui eccleſias collegiatas,per dictũ legatum
obtinent ex dicto titulo.¶Circa ꝙ uideatis ſuper bis uer
2 bis.Et primo.An in iſtis†communis error excuſet permu
tationes hactenus factas,& uidetur,ꝙ ſic per id quod no.
de poſtula.c.uno ſuper uer.ducebo,li.6.Sed contrariũ ur̃
uerius per textum declarationis ipſius domini Benedicti,
3 qui reſpicit præterita.† Itẽ cõſtitutio declaratoria ſemp
reſpicit retro, qa qui declarat nil noui dicit,ſed antiquũ
declarat. ff. de hære. inſti. l. hæredes palam, & de uſuris
cum tu.¶Quero ſecundo an permutantes cognita illa de
claratione poſſint propria auctoritate uel aliquo modo
ad ſua beneficia redire.Et uidetur dicẽdũ, ꝙ ſi talis igno
rantia vr̃ ignorantia facti,ꝙ tunc poſſint ad ſua beneficia
redire c.ſi beneficia,de præben.li.6.Hoc vr̃ uerum , quia
talis reſeruatio nõ impedit renunciationem,& ſic nullo
modo poteſt redire ad beneficiũ antiquum. Ergo debet
ire ad papam,ut permutationẽ cõpleat,conferendo hinc
4 inde beneficia ſic renunciata.ſ.ex cauſa ꝑmutationis.† Si
uero talis ignorantia debet dici iuris ignorantia,tunc nõ
vñr excuſari,qa ignorantia iuris non excuſat maxime in
clericis,quia peritiores conſulere potuerunt,& ſic nõ ex
cuſat,ut no.1.q.4.§. notandũ 38.diſt.in ſumma.Et maxi-
me,ubi de iure papæ dubitatur , quia ad eum recurrendũ
eſt,ut eſt tex.de off.ord.c.ordinarij uer.ſi uero,li.6.& fa-
cit quod no.eo.lib.de elec.ſi eo tempore ad fi.& in gl.ſci
5 licet ante tempus & de iudi.cum ueniſſent.† Et ſi dicat,ꝙ
communis error facit ius per l.barbarius, canonizatam.
3.q. 7.§.tria in prin.Reſpõdeo,quòd illa iura loquũt qñ
communiter erratur circa factum,ut quia creditur com-
muniter,quòd quidã,qui ſe gerit pro epõ ſit eps̃,qui non
eſt eps̃. Et ꝙ qui eſt ſeruus cõmuniter reputatur liber.Sed
hic error erat circa ius,ut patet ex declaratione, & ſic in
utroq; caſu non põt rediri ad beneficia antiqua.¶Tertio
poſito,quòd ſit error iuris,& quòd nõ poſſit redir̃ ad ſua
6 beneficia propria auctoritatẽ nec aliquo modo.¶†Quæri
tur an interſit ſi prælatus eccleſiæ collegiatæ permutauit
cum prælato eccleſiæ nõ collegiatæ,uel ſi permutauit cũ
Rectore ſimplicis eccleſiæ parochialis,uel cũ uno cano-
nicatu quid erit. Dico qđ facta renunciatione hincinde
eps̃ potuit,& poterit illã eccleſiã parochialẽ uel canoni
catũ conferre illi olim habenti eccleſiã collegiatã.Sed re
ſeruatione obſtãte, nõ potuit eccleſiã collegiatã confer
re illi olim rectori eccleſiæ parochialis.Sed debuit recur
rere ad ſuum epũm uel ordinarium & papam , & in hoc
caſu ex ui reſeruationis factæ. Nam dicta reſeruatio Pa-
pæ Io.non impediebat renunciationem,uel aliam ſpeciẽ
uocationis,ſed bene impediebat beneficij uacantis proui
ſionem. ¶Quid ergo ſi ambæ eccleſiæ collegiatæ erant.
Dico quod renunciatio hincinde facta tenuit,ſed nõ po
tuit ſequi collatio ꝑ epũm,ſed debuit ſeq per papam,qui
quo adhoc eſt ordinarius,ſed quæritur tam in primo ca-
ſu,q̃ in ſecũdo,poſito ꝑ ueritate,quòd eps̃ nõ potuit poſt
renunciationẽ cõferre beneficiũ reſeruatũ,an iſte,qui ex
collatione ſibi facta epũm licet de facto adminiſtrauerat
in tali beneficio perdidit ius,quod ad tale beneficiũ habe
bat cũ ſibi & nõ alii erat.cõferendũ,ut de rer.perm.c.uno
in cle.Et ur̃,ꝙ ꝑdiderit de elec.auaritiæ,& de præbẽ.cum
7 iã dudũ.Sed ↄtra,quia†iuris igno.nõ nocet in dãno uitan
do.ff.de iur.& fac.igno.l.error,& l.iur.ignorãtia.¶Sed ↄ̃
iuris ignorãtia nõ excuſaret ↄubi tractat de dãno uitan-
do,ut no.in c.eum, qui de præb.li.6.Sit uera opi.Arch.in
d.c.eũ,qui li.6.ult.reſpõſo, qui intelligit illũ uiolentum
ĩgreſſorẽ bñficij,qui præter auctoritatẽ ſuperioris ſe im-
miſcet,tunc ur̃,ꝙ iſte perdiderit ius cõe ſibi cõpetẽs & ꝑ
conſequens nõ põt petere a papa, quòd talẽ eccleſiã col
legiatã ſibi debitã ex cauſa permutationis renunciatã ſi-
bi cõferat.Sed æquius & benignius ur̃,quod illud c.eũ q.
ĩtelligatur de uiolẽto quẽ nõ iuuaret lr̃a cõfirmationis,
ut ibi no. Et ſic nr̃, ꝙ iſte iuris ignorãtia ductus,& maio-
rũ ſuorũ,& ſapientũ errorem ſecutus,de trãſ.capl.ſeruo
ad finem,& ꝑ cõſequens dolo carẽt, non perdiderit ipſo
facto ius ſibi cõpetens ad tale beneficiũ, & per cõſequẽs
poſſit petere a papa,quòd ꝑmutationẽ cõpleat ſibi dictũ
beneficium cõferendo donec hoc faciat ex quo certifica
tus eſt hoc modo ꝑ declarationẽ d. Benedicti,ꝙ non hẽt
ius in beneficio dẽt abſtinere ab adminiſtratione & fru-
ctibus,& ſi nõ fecit nõ eſt dignus,ut ꝑmutatio ꝑ papam
cõpleat̃ cum ſit priuandus qa rem alienã ptractat,ut in c.
dudum de elec.¶Vltimo & difficilius quæro.Ponẽ præla
tus eccleſiæ collegiatę ſeruatæ renunciauit in manibus
epiſcopi ex cauſa permutationis faciendæ cum quadam
eccleſia parochiali,uel canonicatu,& ſic aſſecutus eſt illã
eccleſiã;uel canonicatũ,& alius aſſecutus eſt illam eccle
ſiã collegiatã . Demum euincitur ab iſto illa parochialis
eccleſia,uel ille canonicatus per illum ad quẽ dicta eccle
ſia uel canonicatus ptinebat.Modo quæritur qũo ſuccur
rendũ ſit illi,qui eccleſiã collegiatam dimiſit.Dicendum
eſt,quòd renunciatio ipſius eccleſiæ collegiatę tenuit,ut
ſ̃ dictũ ẽ.Itẽ dicẽdũ eſt,quòd ipſius collatio nõ potuit fie
ri ꝑ epm̃ illi, q̃ dimiſit eccleſiã parochialẽ uel canonica-
tũ,qa cũ ille daret rẽ alienã nõ potuit recipere eccleſiam
collegiatã titulo ꝑmutationis,qa q̃ rẽ alienã dat,nõ cõ-
trahit permutationẽ:ff.de rer.permu.l.j.in fi.tũ qa eps̃ nõ
poterat conferre ꝑꝑ reſeruationẽ,tũ ẽt,qa eps̃,cuius nõ
intereſt intẽdebat illi conferre titulo ꝑmutationis,qua
ſequi nõ ꝑt reſeruatione obſtãte.Ergo ur̃,ꝙ ille,q̃ eccle-
ſiã collegiatã dimiſit ad ipſã redire nõ poſſit:quia renun
ciauit,nec aliã hr̃e poſſit,qa eſt euicta,qd ergo erit.
¶Quidã dñt ꝙ cũ ſit deceptus ꝓbabili errore facti,quod
poſſit ꝓpria auctoritate ad ſuũ beneficiũ redire ꝑ c.ſi bñſi
cia li.6.Et hoc vr̃ placere Io.And.in c.unico de rerũ ꝑmu
tatione ad fi.li.6.in nouella.¶ Alij dñt,ꝙ c.ſi beneficia,lo
quit non qñ interuenit renũciatio primi beneficij , ſed
ſola dimiſſio facti, quæ dimiſſio hẽt effectũ, tenet adep-
tio ſecũdi . Sed in caſu nr̃o interuenit expreſſa renũcia-
tio,cuius effectus ab aliquo nõ depẽdet.Et ſi hoc uerũ ẽ,
ur̃ dicendũ,ꝙ reſtitui ſibi dẽt bñficiũ ſuũ oli.ſ.eccl̃ia col-
legiata,qa cã nõ ſecuta.ꝑꝑ quã facta fuit renũciatio:ut ff.
de condi.ob tur.cau.l.ult.Et facit qđ ibi no. gl.imo vr̃ in-
quantũ,ubi dicit, ꝙ non erat alius diſtractus ſic iſte nõ de
nũciaturus . Sed licet ſit tibi reſtituendum non tamen per
epm̃,quia licet eps̃ poterit recipere renũciationẽ,non ta-
men põt conferre.Et ſic ad papam ur̃ eundum,qui non ex
gratia,ſed iure debet ſibi beneficium reddere cõferendo.
¶Itẽ quæritur an pendente reſeruatione potuit fieri unio
legitimè & debito modo. Et ur̃,ꝙ nõ. Nam qui nõ poteſt
conferre,non põt unire,ut de præ. ſi tibi abſenti in gl.ſed
nuoquid lib.6.¶ Sed contrariũ ur̃ uerius,ꝙ una extinctio
& ſuppreſſio beneficij debito modo facta ualet,ut no.de
reſcrip.c.ult.uer.hoc ur̃ ponderãdum in cle.& in declara
tione facta ſuper extrauag.Io.22.quæ incipit execrabilis.
¶ Non ob.quod dixi de c.ſi tibi:quia ibi non dicitur,ꝙ ua
lucrit unio,ſed quod non poſſit fieri in ꝑiudicium abſen-
tis,& hoc eſt conſonum iuri de donati conſultationibus.

¶Conſultatio Federici de ſenis

SVMMAE.

1 *Notarius an cogi poſſit officio iudicis ad inſtrumenta pu-*
blica conficien.
2 *Notario dicenti ſe inſtrumentum confeciſſe,ſed imbreuia*
turam amiſiſſe an ſit credendum.

QVAE-

QVAESTIO CXIII.

Titius conſtituit Meuium procuratorem ad obli-
gandum Sempronio centum ex cauſa depoſiti,&
Ioannes notatium rogauit, ꝙ de procuratoria có
ficiat inſtrumentũ.Modo Semproninꝯ creditor pe
tit a notario,ꝙ conficiat inſtrumentũ procurationis & ſi
bi tradat:ut poſſit agere contra Titiũ debitoré.Quæritur
quò iure cogatur dare inſtrumentũ.¶Itẽ ſi notarius dicat
nunquam fuit rogatus , uel feci tale inſtrumentum quid
iuris,& quod erit remedium. ¶Item ſi notarius dicat be-
ne recolo,ꝙ fui rogatus,ſed nó inuenio imbreuiaturam ,
& de hoc uult iurare , an ſtetur ſuo iuramento , cum ipſe
alias habeat librum protocollorum ſeu imbreuiaturarũ.
Et an hæc cauſa ſit ſummarie tractanda per l.ſecunda,ff.
de feriis,ſuper uerbo tabulis exhibendis.

¶Reſponſio domini Griffoli.

1 ¶Credo, ꝙ † tabellio compellatur officio iudicis con
ficere inſtrumentum,cum ad conficienda inſtrumenta pu
blica cogi poſſit,ut not.C.de tab.l.1.Et not. ſuper rub.Et
uocatur ſeruus publicus.Er hoc dico ad ſimilitudinem ar
gentarii,ut l.i.ff.de æden.& ff.eod. l. ait prætor.§.1.Si au-
tem confeciſſet, tenetur actione ad eaibendum. C.ad ex-
2 hiben.l.fi.& ibi nota.Dico inſuper,†ꝙ ſi notarius dicat ſe
confeciſſe inſtrumentum,tamen dicit,ꝙ amiſit imbreuia
turam, ꝙ non creditur iuramento ſuo. Sed debet caſum
probare:ut dicit tea.& glo.no.ff. de æden. l.ſi quis ex ar-
gentariis.§.ult.licet uideatur arg.contra.de fide inſtrum.
l.fin. ¶Super ultimo puncto nunquid ſi negat,quo iure
cogatur , credo ꝙ ſummaria iud.:a debet cognoſcere,&
informationem habere,ſi confecit uel nó ,& hoc habito:
tunc coget ſummariè eum oſtendere Codicem imbreuia
turarum,arg.ff.ad eahiben.l.3 .§.ſciendum.Nam cũ ſum-
matim cognoſcit,petet intereſſe propter ſuum inſtrumé
tum.igitur coget eum.Et ita credo ego Griffolus.

SVMMAE.

1 *Abſentia aduocati an ſit cauſa ſufficiens & iuſta ſuper*
ſedendi in cauſa & nouam dilationem dandi.
2 *Sacramentum an poſſit quem a contumacia excuſare.*
3 *Iudex debet probationibus faciendis fauere , nec debet*
eas anguſtare,& infra conſi. 119.num.2.

QVAESTIO CXIIII.

SVper puncto commiſſo per ſapientem uirum dominũ
Dominicũ iudicem cauſarum ciuilium Communis
Peruſiii in cauſa uertente inter Petrum Conrali ex
una parte,& Conciolácelli ea parte altera,quoque
quæritur an ſecunda dilatio,quo ad impedimentũ probá
dum pro parte dicti Petri ſit danda, de cuius puncti com
miſſione cóſtat manu Bertoli Ioannis notarii publici de
Peruſſo.Ego Federicus de Senis minimus decretorum do
ctor ad conſulendum ſup hoc requiſitus,dico & conſulo
ſaluo tamen ſemper conſilio ſaniori,ꝙ facta fide de im-
pediméctis allegatis ſaltẽ de abſentia aduocati per ꝓpriũ
1 iuramentũ,dari debet dicta ſecunda dilatio. Nã†quòd ab
ſentia aduocati ſit iuſta cauſa,quòd debeat in cauſa ſuper
ſederi,uel noua dilatio dari , probatur in eo,quòd nota,
ut li.non conteſta.ca.1.Et quod ad probandũ hoc impedi
mentũ.uel ſimilia ſufficiat iuramentũ partis,probatᷣ pri-
mo auctoritate ſcilicet ſpeculatoris,qui hoc tenet in ca-
ſu noſtro,in titulo de dilat.§.ulti.ad fin.& ita tenet in ca
ſu magis arduo,ſcilicet cum dr̃ appellatio deſerta,appel
lans uero dicit , quòd propter infirmitatem nó potuiſſet
proſequi,tunc ſtatur ſacramento,ut ipſe nota.in ti.de ap
pellat.§.nunc breuiter,uer.quid ergo ſi appellatur.
2 ¶†Itẽ per ſacramentũ ſuũ excuſatur quis à contumacia,
ut nota.4.q.5.c.uno in glo.ultima.Itẽ per tex.probari uĩ.
extra de elect.c.quia ꝑꝑ ubi per iuramentũ probatur im
pedimentum,ad idem de teſti. ultra tertiam,ubi ad obti-
nendam quartam dilationem , quod plus eſt,ſufficit pro
bari impedimentum per iuramentum in præiudicium par
tis,ad idẽ de regula. ſtatutũ in ſi.lib. 6. ubi timor probatᷣ
per iuramẽtum in præiudicium,ad idẽ de teſti.præſentiũ
& de excep.capit. paſtoralis cũ ſimilibus. Cũ ergo iura-
mentũ probari liceat quod eſt plus,ergo quod eſt minus
de decimis ex parte 3 . de reg.iur.cui licet lib.6.Et ubi ea
dẽ ratio uel maior,ibi idẽ ius,de confir.uti.uel inuti.c.cũ
dilecta, & de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt.Non
enim poſſunt omnes articuli &c.ff.de le.l.non poſſunt.Et
maxime procedit hoc,cum per partem aduerſam non al-
legetur,quòd probationes ſuæ perierint per quas poterat
reprobare teſtes, quos intendit iſte inducere in ſecunda
dilatione.ad quod facit.ff.de adop.le.l.mancipiorum. Et
hoc ratione magnæ auctoritatis uiri tenent,quòd termi-
num peremptorium datum ad producendum inſtrumen-
tum audiatur quis uolens producere,ut no .Ioan.And.de
uerb.ſig.ſæpe,in cle.ad fi.in glo. ibi.ergo. fauere enim de
3 bet iudex probationibus faciendis,& eas non anguſtare
uel reſtringere,ut ff.de teſti.l.curent,ut li.non conteſt.ca.
quoniam in princ.& de teſti.dilecto.ſępẽ enim iura ne ue
ritas pereat admittunt probationes,alias minus ſufficien
tes,ut patet in text.& gl.de reſtitu.in integ.cap.ex literis
& de re iudica.cũ Bertoldus.Et maxime cum prima dila-
tio minor fuerit quam ius commune concedat.in quo ca
ſu facilius datur ſecunda dilatio,ut no.inn.de teſtib.cap.
ultra tertiam ad finem.

SVMMAE.

1 *Iudex inferior facta per geſta per ſuperiorem non retra-*
ctat nec iudicat,non corrigit nec emendat.
2 *Executor uel ſubexecutor a papa conſtitutus,an debeat*
beat eſſe dignitate conſtitutus.

QVAESTIO CXV.

CAſus talis eſt. quidam delegatus uel executor
a Papa datus,uel ſubdelegatus ab illo,fecit ali
quem proceſſum contra aliquem. Ille contra
quam proceſſum fuit illum procedentem co-
ram ſuo epiſcopo trahit, & petit illum puniri de inordi-
nato proceſſu,& ipſum proceſſum declarari nullum,quę
ritur nunquid ordinarius poſſit de hoc ſe intromittere.
¶Ad hanc quæſtionem ridiculo dignam, & riſui parentẽ
dicendum eſt,quod ordinarius, & etiam legatus de laterẽ
nó pôt ſe intromittere.Sed hæc cognitio pertinet ad ſu-
1 perioré illius procedentis ,ratio q̃a†minor facta,& geſta
ꝑmaioré,nó recuſat,nó retractat,nõ iudicat,nõ corrigit
uel emẽdat 11.q.3 .facta & 21.diſ.inferior de ma.& obe.
cũ inferior, & no.in cle. ne Romani in prin.in ti.de ele.
ſiue ergo ꝑ appellationem,ſiue per querelam agatur con
tra ꝓceſſum alicuius iudicis ſemꝑ apud ſuperioré illius
eſt agendum.ff.de mino.l.minor autem magiſtratus,C.ſi
aduer.rẽ iu.l.aduerſus , & de app.l. præcipimus.Hinc eſt
q̃d Legatus de latere etiã nõ intromittit ſe nec poteſt ſe
intromittere de proceſſu habito per delegatum Papæ,de
offic.dele.ſtuduiſti de accuſ.ad peticioné,ſed totũ pédet
ex delegantis arbitrio,ut de ſen.& re iud.c.ult.¶Sed quis
dubitat,quod eṗs minor eſt delegato Papæ,ut de offi. de
le.ſane.de off.ord.paſtoralis 2.reſponſio:ubi patet q̃d or
dinarius nõ abſoluit excóicatum per delegatum.Imò hẽt

ordinarius parere proceſſui delegati,& pôt excommu-
nicati ab eo.de off.dele.ſanè.d.c.ſi quando.& c. paſtora
lis.ad finē de reſcr.cū côtigat. cū ſimilibus ad hoc quod
no.Hoſt.en.ti.ſuper eo.in gl.j.ubi oīno uide.¶Itē de gra
côceſſa à Papa nô pôt ſe itromittere ordinarius de iudi.
cū ueniſſet & de off.or.§.ſi uero li.6.Ergo nec de ꝓceſſu
habito per executorē,cuius ptās eſt acceſſoria ad gratiā
de off.dele.ſi ſuper grā.lib.6.Ad idē de côfir.uti.uel inuti.
c.2.ſed hodie ſpāle eſt,quod inqſitorē de hæreticis ī ſuo
offi.ſuus ſuperior amouere pôt.licet iuriſdô eius à Papa
depēdeat.ut de hæti.c.2.in cle.Et ꝑmiſſa maximè locū hā
bent,ſi ille, qui côqueritur coram ep̄o appellauit ad Pa
pam,à proceſſu illius delegati uel executionis.ut eſt ca
ſus de app.ſolicitudinē.ad idē eo.ti.ſi duobus.& de offi.
dele.licet.¶Quinimo delegatus uel ſubdelegatus poſſet
mādare Epiſcopo qđ ſe nô itromittat de hoc ſuo ꝓceſſu,
niſi ī repellēdo petitorē excôicare eū; tāq̄ præſtātē ipe-
dimētū iuriſdôni ſuæ.de off dele.c.1.melius de hæticis:
ut inqſitionis;§.prohibemus lib.6.¶Nô ob.ſi dicaī qđ ta-
lis delegatus nô habet aliquā iuriſdônē ꝓp aliquā cām,
puta ſi dicaī qđ eſt excôicatus uel nô eſt ī dignitate po-
ſitus.Nā ipſe delegatus habet cognoſcere an ſua ſit iuriſ
dictio,de reſcr.ſup literi.& īterdū habet cognoſcere ar
biter.eod.titu.paſtoralis.Et licèt aliquando ordinarius
poſsit ſe informare de iuriſdictione delegatorum, non
tamen pôt pronunciare de iuriſdictione inter delegatos
uel pares:ut eo.ti.cū contingat.quod optimè facit ad ca
2 ſum præſentē.¶†Sed an executor , uel ſubexecutor de-
beat eſſe côſtitutus in dignitate,necnè,Arch.no.qđ nô,
de reſcrip.ſtatutū.§.ī nullo lib.6.Et ſic dicēdū eſt,quod
de quocūq; alio obiectu,qui opponi pôt contra iuriſdô
nem uel proceſſum delegati,& cū nos tractemus de iu-
riſdône non eſt dubiū,ꝙ iſta ueniūt cognoſcenda & ter
minādā in ui dilatoriæ iudicij ante lit.cont.de re iudic.
inter monaſterium.Fruſtra in hac materia mēbranas oc
cupamus.19.diſt. ſi Romanorum. Et non eſt dubitandū,
ꝙ ordinarius de præmiſſis non dubitat dicere , ſe dubi-
tare ut ſe exoneret ab onere iudicādi ſeu interloquēdi,
ſed partes non ſunt granādæ in ſalario conſultorum,ex
quo ſufficiens eſt in cognoſcendo & dirimendo hāc du
bitationem.de reſcrip.ſtatutum.§.acceſſorium.lib.6.Igi
tur in noīe dñi pronunciet epiſcopus ore,ꝙ corde ſen-
tit.quia nô dubitatur ꝙ epiſcopus non intendit uſurpa-
re iura Papæ.& ita in factis aliorum ſe habeat ſicut uult
alios ſe habere in factis ſuis.Federicus de Senis .

S V M M AE.

1 *Excommunicatus ſuam uel ſuorum iniuriam proſequi uolens an admittatur ad accuſandum,agedum,uel denunciandum.*

2 *Spoliatus an prætextu excommunicationis reſtitutionem petere differat.*

QVAESTIO CXVI.

Mirandum eſt quomodo aliquis canoniſta poſ-
1 ſet dubitare , an excommunicatus proſequens
ſuam uel ſuorum iniuriam admittatur ad ac-
cuſandum , uel agendum, uel denunciandum,
cum ratio propter quam excommunicatus non habet le
gitimam perſonam ſtandi in iudicio uolens alium impu
gnare ſit generalis,& per conſequens prohibitio debet
eſſe generalis Ratio autem prohibitionis eſt : quia non
poſsit ſibi côicari ſine periculo, & ut cēſura eccleſię ma
gis timeatur , & contumaciæ uitium reprimatur : ut de
excep.exceptionē.eo.ti.pia.lib.6.¶Vnde ſi excommuni
catus nomine alieno agat repellitur.de proba.poſt ceſ-
ſionem.Si uerò nomine proprio agat proprium factum
proſequens,puta repetit mutuū,uel depoſitum,repelli-
tur:ut patet de iudi.intelleximus, & e.ti. exhibita,de ex
cep.cum inter in ſi.ubi dicitur, quòd nô pôt recôueniri,
& eo.ti.a nobis,ubi dicitur,quòd nô pôt accuſare,ad idē
de hær.excommunicamus.§.credentes,& quod no.Inn.
de accu.nulli,& hoc expreſsè nota.4.q.6.omnibus,& de
teſti.teſtimoniū,in gl.ad idem 4. q. 1. c. 1. & de ſenten.
excô.decernimus,præterquam in duobus caſibus, & de
reſcrip.c.1.li.6.& de offi.ord.ſignificauit.Et ſi nô admit
titur in ciuilibus ad proprium factū , per côſequēs mul
to minus ī criminalibus,quia illaudabilis intentionis ge
2 nus eſt accuſario 2.q.6.ſi quis epiſcopus.Quod plus † eſt
ſpoliatus,cui plurimum fauoris debetur a iure,ſi petit re
ſtitutionem à ſpoliatore repellitur prætextu excommu
nicationis,ut no. 14.diſt.c.1.in ſi.de procu.ex inſinuatio
ne in uerbo canonicam,& de reſcrip.c.dilectus ī gl.hoc
iure in ſi.& idem apoſtillauit Io.And.de excep.a nobis,
in gl.ibi addebat criminoſus non excommunicatum. Et
remittit ad gl.Io. poſitam 4.q.6.omnibus.Et hoc nūquā
niſi modo in dubium reuocaui .

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Probatio quæ in iudiciis probantem non releuat admitti non debet.*

2 *Papa,ſi dixerit aliquem renuntiaſſe in ſuis manibus,& renuntiationem per eum admiſſam cum proprium factum narret quod plena fides adhiberi debeat.*

3 *Reſcriptum in forma conqueſtus eſt nobis uel ſignificauit, uel ſua petitione monſtrauit ſi quando impugnari poſſit .*

4 *Verbum ſignificauit quod referatur ad præteritum tempus .*

5 *Non probat hoc eſſe quod ad hoc contingit abeſſe.*

QVAESTIO CXVII.

Caſus talis eſt. Ioannes præſentauit quoddam
reſcriptum apoſtolicum cauſæ ſeu cauſarum cô
miſſionem continens,directum domino ioanni
Cardinali apoſtolicæ ſedis legato. omni carens
ſuſpitione,tam ex bulla charta filo, quam ſtilo,& dicta
mine cuius tenor talis eſt.Ioannes epiſcopus &c. Signi
ficauerunt nobis Ioannes Martinus &c . poſt præſen-
tationem prçfatus Ioannes fecit citari præfatum Marē
tinum ad cauſam Qui Martinus termino dato ad oppo
nendum inter alia oppoſuit , quod dictum reſcriptum
manifeſtam continebat falſitatem,ex eo,quòd ipſe Mar
tinus tempore datæ dicti reſcripti erat abſens a ciuitate
Auenionen.ubi datæ fuerunt literę per x.dietas,& plus
dicēs, quod nec ex ſua ſcientia,nec alicuius pro eo legi
timè interuenientis fuit dictum reſcriptum impetratū.
1 ¶†Modo quæritur nunquid admittatur,uel admitti de-
beat ad probandum , & uidetur ꝙ non , quia probatum
non releuat , quia ſtari debet & credi aſſertioni & nar-
rationi domini Papæ cum ſuper eo fundetur intētio ſua
& proprium factum narret,ut de proba.literis in cle.Nā
ſuper illo ſignificato,& narrato fundatur ītentio papæ,
id eſt cômiſſio quæ ſequitur in dicto reſcripto.¶Itē ī ta
li ſignificatione non poteſt cadere error uel ignorātia,
2 quia dicit ſignificauit nobis.Vnde † ſi papa narrat talē re
nunciaſſe in ſuis manibus & renunciationē fuiſſe per eū
receptam,non eſt dubium ꝙ proprium factum narrat,&
fides plenaria debeat adhiberi,ut in d.ca.ſi literis,ad hoc
optime facit de teſti.cū a nobis ad ſi. & ibi glo. Hoſt. &
per Ioan.And.de renunc.cap.1.lib.6.Si opinio contra-

ia

3 ria eſſet obſeruanda iam omnia reſcripta, quæ dicunt† cõqueſtus eſt uobis talis, uel ſignificauit, uel ſua petitione monſtrauit poſſent per aduerſarium impugnari, dicentem, quod ille impetrator non fuit in curia tempore datæ literarum conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. falſitas conſequentis apparet ex ſtilo & cõſuetudine curię quæ talem exceptionem non admittunt ut no. de reſcrip. nonnulli, & c. ex parte. quem ſtilum & conſuetudinem allegari licet, ut patet in fi. in §. quod ſuper his & de falſis licet & cap. ſeq. & de ſenten. excom. adhoc ut ſicut. ¶Præterea dato, quod probaret ille Martinus ſe fuiſſe abſentem tempore datæ hoc non releuat, quia tempore datæ literarum potuiſſet per plures & plures menſes hoc ſignificaſſe Papę & per literas, uel nuncium, uel procuratorem. Non enim ex reſcripto apoſtolico cõcluditur, qđ impetrans die dati reſcripti fuit in curia: quia uerbum illud ſignificauerunt refert ſe ad præteritum tempus. Sed ſola commiſſio eſt illa, quæ refert ſe ad diem dati reſcri-
5 pti.† Non enim probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe, de transla. cap. inter. Et ſi diceres quod remediũ ergo dabitur Martino, qui reuera nunquam cõſenſit per ſe uel alium tali impetrationi literarum? reſpõdeo. referat hoc Papæ, qui benignè eum audire debet, & facta fide aliqualiter de errore, uel circunuentione, uel allegata iudicis ſuſpitione, aut reuocabit commiſſionem, aut ſociũ dabit, quem uolet pars, & tertium ex officio iuxta ſtilum & conſuetudinem curiæ. Ad primum facit quod no. Hoſ. in d. c. cum à nobis ad finem. ¶Ad ſecundum facit quod legitur & no. de iudi. cauſam quæ Fed.

¶In contrarium facit quod no. Io. An. in nouella poſt Hoſt. de reſcrip. nonnulli ſuper uerb. ualeant. Lapus.

¶Conſilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Sententia interdicti uel excommunicationis contra totam ciuitatem lata an liget non culpabiles.*

2 *Actus iudicialis cum publicè excommunicato, & in eius fauorem actitatus an ſit ualidus.*

3 *Teſtamentum ob excommunicationem inualidum, an per abſolutionem ualidetur.*

QVAESTIO CXVIII.

FActum tale eſt. Rector Marchiæ Anchonitanę proceſſum fecit & ſententias promulgauit contra quandam ciuitatem Marchię: ut ſi non facerent hoc, & illa infra certum tempus ciuitas eſſet ſubiecta interdicto, & conſiliarij excommunicati eſſent. Illi de illa ciuitate fuerunt inobedientes. Quidam qui fuerat conſiliarius tempore proceſſus fecit teſtamentum, & quidam qui ſimiliter fuerat cõſiliarius & publicus notarius ſcripſit teſtamentum. ¶Primo quæritur an prædicti ſint excommunicati, & ſi ſunt, an poſſet ille teſtari, & an ſcriptum illius notarij fidem faciat. Et an excommunicatus ſit teſtabilis paſſiuè, & an rector ſucceſſor illis poſſit illos abſoluere, & an excommunicatio oppoſita con-
1 tra teſtamentum poſſit pluries opponi. ¶ † Ad primum dicendum eſt, quod ſi non ſunt culpabiles nõ ſunt excommunicati, quia tali ſentẽtia non ligantur niſi culpabiles, & mens & intentio proferentis ſententiam fuit ſolum inobedientes punire. ¶Adhoc ſenten. excom. c. ulti. lib. 6. & de pe. j. in 3. col. in cle. & de immu. eccl. non minus i fi. & de ſen. excom. Romana in fi. ſecundum Hoſt. & Arch. ibi & quod nota. de præben. c. illorũ, in gl. ij. ¶Ad ſecundum poſito quod fuerint inobientes & per conſequens excommunicati, dico teſtamẽtum ualere cũ illa excõicatio non fuerat notoria per rei euidentiam: quia inobediẽtia illorum duorum non fuit notaria: tum quia per ſciẽtiam hominis, parte citata non fuerunt declarati excõmunicati, & quia declarari debuerunt not. de cenſi. c. ul. in cle. ſequitur quod fuerat occulta, & ſic obeſſe non debuit. ar. eius quod legitur & not. C. de teſta. l. j. & per In. de ſen. excom. ſi uero ad fi. & melius de excep. pia ſuper uerbo duraturus. & in Spe. de inſtr. ædi. §. inſtrũ, uer. qd ſi teſtis in ſcriptis. Si uerò fuerat notaria uel rei euidẽtia uel per ſententiam declaratoriam, etiã iſto caſu ſequẽ. opi. Inn. credo teſtamentum ualere: ut ipſe no. de ſen. excom. cum uoluntate, & Petr. & Ab. in c. pia, & idem ibi Arch. rationes ibi tanguntur ſufficienter per Archi. Nam
2 † actus iudicialis cum publicè excommunicato, & i eius fauorem actitatus ualet: ut in c. pia, multo fortius extraiudicialis: ut patet in c. ſolet de ſen. excommu. lib. 6. & qa facilius impeditur actus iudicialis, quàm extraiudicialis; ut ibi patet in eo, quod no. in d. l. C. de teſt. maximè: quia per teſtamenti factionem alijs acquiritur, non teſtãti licet teſtatoris deſiderio fauendum ſit, ut C. de ſa. ſan. eccl. l. j. hoc tenet Io. An. in nouella in c. decernimus, tamẽ licet teſtamentum ualeat nõ poterit probari per illã ſcripturam præſupponamus notarium publicè excommunicatum: ut no. in d. decretali decernimus, de ſent. excõ. li. 6. & Inn. in c. pia in uerbo duraturus. ¶Ad id quod quęritur an ſit teſtabilis paſſiuè reſpondetur ſecundum pręmiſſa, ꝙ ſic. Nam ſi teſtamenti factio eſt præmiſſa excommunicato, quando magis eſt præmiſſum quod capere poteſt ex teſtamento? ¶ Addi. j. ¶ Nam infinita genera hominum ſunt, qui poſſunt capere ex teſtamento, & tamen non poſſunt teſtari, ſed non econuerſo. Sed ſi præſupponeretur, quòd excõmunicatus teſtari non poſſet quod eſt plus, tunc conſequenter quæri poſſet an poſſet ex teſtamento capere, quod eſt minus. ¶Qđ aũt rector ſucceſſor illius i onere & honere poſſet abſoluere illos, poſito qđ fuiſsẽt excõicati nulla eſt dubitatio, ut patet de offi. ordinarij paſtoralis ij. reſpõſo. & 11. q. 3. ſi epſ ante damnati. ¶ Ad id quod quęrit̃ an iſto caſu excõicationis exceptio poſſet pluries opponi elapſo termino perẽptorio, ad probandũ de iure ſuo dicẽdũ eſt, ꝙ non. ¶Nõ ob. c. pia ubi ur̃ innui cõtrariũ: quia illud c. pia. loquit̃ qñ exceptio excõicationis opponitur in uim dilatorię: ut repellatur ab agẽdo. Hic autẽ opponitur in uim perẽptoriæ, ut no. Io. And. & Arch. in c. pia, & eo. ti. c. uno in cle. & ibi de hoc in glo.
3 ij. Sed poſito pro conſtanti, † ꝙ teſtm̃ excõicati nõ ualeat nunquid reſumit uires ſi ante mortẽ abſoluatur? Vr̃, ꝙ ſic. arg. eius qđ no. de uſur. c. 2. in gl. ulti. in fi. li. 6. & ibi i nouella, & Pau. de ſepu. ca. 1. in uerbo manifeſtus in cle. ex quorum dictis colligitur, ꝙ attẽdendum eſt tempus mortis. ¶Sed cõtra ur̃ per regulã non firmatur de reg. iu. li. 6. Alij diſtinguũt inter teſtm̃ & codicillos ꝑ l. j. §. j. ff. de le. 3. ¶ Hoc ultimum ad pręſens relinquo diſputationi legiſtarum. de aliis uero prout ſupraſcriptum eſt, ſic conſulo ego Federicus de Senis minimus decretorum doctor nũc peruſij actu legens. In cuius rei teſtimonium proprium ſigillum appoſui.

ADDIT.

¶Ex teſtamento. Hoſt. tenet contrarium, ꝙ nec actiuè nec paſſiuè ſit teſtabilis, ut recitat Arch. in d. c. pia.

SVMMAE.

1 *Prælatus contrahens nomine eccleſiæ, an ipſam eccleſiam & ſucceſſores obliget.*

2 *Probationum facultas quod ampliari debeat, non coanguſtari & ſupra conſi. 113 num. 3.*

3 *Probatio paternitatis, filiationis, copulæ carnalis & longinquæ conſanguinitatis cum difficiles ſint lex conteſtatur ijs probationibus, quæ haberi poſſunt.*

4 *Probari quod commode non poſſint per extraneos ſi quæ fiant domi,uel in camera , & propterra domeſtici admittantur.*

5 *Tutor,prælatus,uel executor, an omnia per eos acta teneantur teſtibus probare .*

6 *Nunctis etiam uelibus an ſit ſemper credendum præcipuè in his quæ ad ſuum ſpectant officium.*

QVAESTIO CXIX.

1 NVlli dubiū eſt,ſi prælatus cōtraxit nomine eccleſiæ puta mutuā pecuniā accipiēdo,& pecunia ſit cōuerſa in utilitatē eccleſiæ,ipſa eccleſia & ſucceſſores ad reſtitutionē obligātur.¶Itē certū eſt, ꝙ cōuerſa dicitur pecunia ī utilitatē eccleſiæ ſi expenſa eſt ī pſecutione electonis,& cōfirmationis,& eas contingētiū,ut in c.cupiētes,& c.ut præterite.& hoc eſt ſufficiēter tactū per alios.Sed reſtat uidere ſi ꝓbatū eſt,uel quomodo ꝓbari pōt pecuniā mutuo acceptā cōuerſam
2 fuiſſe in hāc cām.¶Circa quod aduertendū eſt,ꝙ iura ſecundū diuerſas qualitates negociorum diuerſos modos probādi induxerūt,& noluerūt angariare facultates probationū,ſed potius ampliare & habilitare.e xēpla patēt.
3 †difficile enim eſt probare paternitatem,filiationem,copulam carnalem,conſanguinitatem longinquam,unde iura in his,& ſimilibus caſibus,qui non recipiunt cōſuetas probationes cōtentantur probationibus,quæ haberi poſſunt:ut extra de proba.c.3.de fil.presb.c. Michael de teſti.licet ex quadam.item:quia in l.ſi quādo.C.unde ui difficile eſt probare res ablatas & in l.ſancimus.C.de in di.difficile eſt probare minutas expenſas,ideo lex proui
4 dit,ut ſufficiat probatio leuis.¶†Item ea quæ fiūt domi, & in camera nō poſſunt per extraneos commode probari,ideo ea probanda admittuntur domeſtici , de teſti. ueniens 2.Dico ergo,ꝙ cōſtat de uacatione plebis,& ꝙ dominus Mutius electus & confirmatus fuit ibi,& adminiſtrauit,& quomodo litem paſſus eſt, & ꝙ tempore adminiſtrationis ipſius eccleſia nō habuit redditus unde dictæ expēſæ potuerūt adminiſtrari, & propter hoc mutuum cōtractum eſt. Dico ꝙ probatio expenſarum patet re ipſa.Ad hoc 1 g.diſt.peruenit,& de cenſi.Romana, §.notoria,lib.6.Nam prædictis actis & actitatis a principio uacationis uſque ad perfectam deductionem uacationis,conſiderata facundia aduocatorum,& cōſultorū, conſuetudine laudabili regionis,quæ in talibus nēceſſ, & cōſultis expēſis,quæ fiunt pro prouiſionibus domus, & familiæ,iudex poteſt taxare huiuſmodi expēſas,ideſt ex huiuſmodi actitatis & cōſuetudinibus recipere probationem expenſarum.Ex quo tamen tractatur,de expēſis,ſiue ſint expenſę litis,ſiue ꝓpter litem,ſiue extra litē ad quemcūque finem agatur illa probatio, debet ſufficere,quę poteſt haberi.unde Inn.in c.ſuper eo.extra quod me.cau. extēdit l. ſi quando C. unde ui ad quamcunque uiolentiam,item ad actionem de dolo, item ad furtum, item ſi dominus aliquem banniuit &c. & hoc approbat
5 ibi Hoſt.¶†Item tutor,prælatus,uel executor aliqua expendit,uel diſtribuit,nūquid in qualibet minuta expenſa erūt neceſſarij duo teſtes?abſit,ſufficit enim probatio quę cōuenienx poteſt haberi in talibus.Ad hoc facit qđ nota.de accu.qualiter & quādo ij.in glo.ſed qnilibet debet,& in Spe.de inſtr.edi.§.nunc aliqua in 5.colū.uerſ. ꝙ ſi executoriam habuit & quod nota.Hoſt.de teſti.tua. Productis igitur act is & actitatis fundata eſt intētio Ioānis. Nam de iure & conſuetud ine notorium eſt expēſas in talibus fieri debere,conſideratis eccleſię facultatibus, diuturna uacatione,& perſonis litigantium,ut ī c.cupiētes & c.ut pręteritę & maximè procedit hoc ex quo notarius actoris,& dominus Mutius,qui fecit expēſas ſuo teſtimonio adiuuatur præſumpta pr obatione iuris.Nam & de facto proprio arguitur adeo,ꝙ nō eſſet idoneus teſtis,ut in l.ſerui canonizata 5.q.3.ad idem de teſti.eod.c. ult.& ſi ſubtilitatibus pernitioſis eccleſia uteretur nō inuenirèt,qui cum ea cōtraheret.ff.de mino.uerum.§.ſi locupleti,& quod no.5.q.2.hoc ius in gl.¶Sed nunc reſtat reſpōdere ad obiectiones,quæ ſiunt contra teſtes. Dico ꝙ primus teſtis probat . Nā cum fides & induſtria ſua ſit inducta publica auctoritate ſcilicet per epiſcopū,& clerum,uel per alterum ipſorum rationes ſuæ dicuntur authenticæ & fidem faciunt,ad hoc de preſcri.ad audiētiā, & quod not.ff. de eden. l. quædam & probarur quis eſſe excommunicatus ſi inuenitur in matricula excommunicatorum non abraſus 2.q.3 .c. Facit ergo fidem talis liber uel matricula , ex quo publica auctoritate ſcriptus eſt.& facit quod nō.de proba.cū cauſam in j.glo. Et enī officialis adhoc electus eſt,& ſic in his,quæ ad ſuū offi-
6 cium pertinent ſibi credi debet.Nam†nunciis uilibus in his,quæ ad ſuum officium ſpectant creditur.Ad hoc extra de teſti.c.præterea.ff.ſi meſ.fal.mo.dix.l.3.Item ſi liber talis campſoris fidem non faceret de iure,ꝙ facit tamen de conſuetudine,quę non modicè auctoritatis exiſtit fidem facit,nec debet quis audiri cōtra tales laudabiles,& utiles,quinimo neceſſarias cōſuetudines,de ſym. ad apoſtolicam.¶Obiectiones autem factę contra ſecundum , & tertium teſtem non ſunt curandę . Nam dictum eſt ſupra,quòd ſine dicto illorum probatio expenſarum ſit a iure & cōſuetudine conſideratis circunſtantijs perſonarum aduocatorum litis,ut dictum eſt ſupſa.¶Cętera ſuppleat circumſpecta prouidentia conſultorum, & etiam iudicantis .

¶Reſponſio domini Federici de Petrucijs de Senis decretorum doctoris .

SVMMAE.

1 *Diſpoſitio c. 1.de conſue.li. 6.quo caſu procedat .*

2 *Canonicus præbendatus in una eccleſia, in qua cuidam eſt aſſignādum officium loco canonicæ an ſi ad illud officium aſſumatur amittat primam præbendam .*

QVETIO CXX.

QVæſitum eſt , quid de canonico prębendato , qui de nouo inſtitutus eſt ad altare perpetuum in eadem eccleſia, quod requirit unum capellanum,& quod altare habet dotem ſuam ſibi aſſignatam ab aliquo extraneo, an priuatus ſit ipſo iure canonicatu an ptiuandus per ſententiam, & an epiſcopus poſſet diſpēſare.Et uidebatur,ꝙ decretal.j.de conſue.li. 6.faceret ad queſtionem noſtram.Vſque modo pluribus implicatus non potui reſpondere . Nunc uero captata
1 oportunitate reſpōdeo.Et primo dico,†quòd ca.1.de cōſue.li.6.non uidetur facere ad hanc dubitationem:quia iſta capellania non includitur ſub nomine dignitatis ꝑſonatus uel officij, quomodocūque accipiatur perſonatus,dignitas,uel officium:ut ibi not.Archi.¶Item decretal.illa non prohibet habere dignitatem uel officium canoniam uel præbendam ſaltē ex diſpenſatione epiſcopi ut ibi notat.¶Sed ad dubiū noſtrum facit decretalis ultima de pręben. in cle.ubi dicitur, ꝙ ſi habens prębēdam conſequitur dignitatē ſubaudi,uel perſonatum,uel officium cui annexa eſt prębenda uacat prębenda prima ipſo iure.An ſit idem in eo,qui conſequitur capellaniā habentem dotem nō ex bonis eccleſię uel capituli.Sed antequam reſpondeam formo ſuper illa decretali ultima,
2 de pręben.iſtud dubium.¶In eccleſia ſunt xiij.prębēdę & duodecim canonici,una prębenda dep utata eſt pro magiſtro . Vnus ex canonicis aſſumitur ad officium magiſtri

giſtri puta in grammatica, & ponamus, ꝙ officium magiſtri eſt perpetuum. Quęritur an uacet prima præbenda poſito, ꝙ poſſet docere abſque præiudicio ſeruitii ad qđ tenetur. ut canonicus. Credo ꝙ non uacet, quia non recipit illam præbendam, ut præbendam: ſed ut redditus & ſalarium uel ſtipendium, ꝙ poſſet recipere laicus, ut legitur & notatur de magiſtris c. pen. ¶Item pone, ꝙ ſint duodecim præbendę, & duodecim canonici. modo creatur, noua dignitas in eccleſia: & dotatur ab extraneo quodam & tempore fundationis ſtatutum eſt, quod ad illam aſſumatur canonicus & ſit canonicus. Modo queritur an canonicus aſſumptus ad illam; perdat ſuam præbendam. ſi dicamus ipſum perdere præbendam, & canonicatum, ergo perdet dignitatem, quę non poteſt haberi ſine canonia, quia eſt contra mentem & ſtatutum factum tempore creationis, & eatenditur decre. illa de pręben. c. antepen. lib. 6. Et ſi dicamus ipſum perdere ſolam præbendam, ergo eligetur canonicus nouus ad illam, & ſic erunt 13. canonici, & frangetur numerus. Ergo uidetur, ꝙ non debeat perdere nec canonicatum, nec prębendam. Et ſi dicatur iſte habebit duas prebēdas, quod eſſe non poteſt, ut ſupra dictum eſt. poteſt reſpōderi, quòd dos illius dignitatis nō cenſetur ſub nomine præbendę, nec habet illam dotem: ut unam ea prębendis eccleſiæ, nam epiſcopus habet bona ad ſuam menſam pertinentia & poteſt habere unam prebendam in eccleſia cathedrali, nec per hoc dicitur habere duas pręben das: ut de præben. cum in eccleſiis lib. 6. & ſic habebit dignitatem cum ſua dote, & canoniam & p̄bendam. Et ſi alias habens dignitatem habeat uocem in capitulo, & quotidianas diſtributiones non habet duas uoces, & duplicatas quotidianas. ut no. Io. Andr. de re iudic. cum olim. ¶In quęſtione igitur noſtra dicendum eſt, ſub dubio forte, ꝙ ille capellanus non perdat pręben dam ipſo facto, cum non dicatur habere duas pręben das niſi priuilegio, ſtatuto, uel conſuetudine, utrunque requirere pręciſam reſidentiam. Et primam perderet ſicut perderet primum curatum per ſecundum curatum, ut no. Inn. de cle. non reſi. c. ult. poterit ergo habere utrunque ea diſpenſatione epiſcopi ſicut poſſet pręben dam canoniam, & dignitatem. ut no. de cōſue. c. 1. lib 6. ſed ęquum erit, ut ex redditibus, uel quodidianis diſtributionib. quas haberet, ut canonicus illa hora qua celebrat: nt capellanus priuetur, quia dū non ſeruit in choro, ut canonicus, non debet habere ſtipendium deputatum ſeruitoribus chori, de præben. cum ſecundum cum ſim. ¶De iſta quęſtione collationem habui cum quodam doctore, qui reſpondit hoc quod ſcriptum eſt ſibi placere.

S V M M AE.

1 *Mortuus in loco interdicto an poſſit ad locum non interdictum deferri & ibi ſepeliri?*

2 *Filius an puniatur pro delictis patris, uel pater pro delictis filij?*

3 *Pœna ſepelientis interdictum, qua eſſe debeat?*

QVAESTIO CXXI.

1 QVæritur † uerum quis de loco interdicto poſsit de ferri ad locum non interdictum, & ibi ſepeliri: & maximè cum ſui antiqui conſueuerint ibi ſepeliri, uidetur mihi ſaluo cōſilio ſaniori quod illud interdictum tangit perſonas culpabiles tantum, quamquam generale interdictum fuerit interpoſitum. Non tamen fuit intentio interponētis interdictum, ꝙ tāgat innocentes pro hoc iure canonico. Nam pœna non debet extendi niſi inquantum delictum fuerat in excedente compertum. Sed certum eſt, quod mulier illa non fuit in cauſa uel culpa, ꝙ eccleſię non obediretur, & hoc eſt

2 uериſimile &c. Item † de lege ſancta & diuina filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii. Ergo mulier iſta non debet portare iniquitatem illorū qui fuerunt cauſa interdicti, & per conſequēs nō debet priuari eccleſiaſtica ſepultura. Nā iura in dubiis ſunt magis prona ad abſoluendum, quam ad condemnandum. Quia Ber. in prin. decretalium ſuper illo uerbo ſalutem, & apſtolicam benedictionem quærit nunquid per illam benedictionem abſoluatur excommunicatus, cum benedictio fuerat generalis. Reſpondet ibidem Ber. ꝙ non. Et ideo cum argumentum à contrario ſenſu ſit fortisſimum in iure, ergo ſi benedictio non tangit excommunicatos, & maledictio non tangit inſontes.

¶Reſponſio domini Abbatis de podio Bonzi decertorum doctoris ad dubium præmiſſum.

¶Circa prædictū dubium reſpōdetur, ꝙ ſi interdictū eſt poſitum propter delictum alicuius, uel aliquorum alii eatra locum poſſunt diuina audire: & alia recipere ſacramenta, & ad ſepulturam admitti. Si autem eſt populus interdictus extra locum: non poſſunt audire diuina, nec debent admitti ad ſepulturam, cum tunc eatra locum, p̄ſona ſit interdicta. Hoc probatur de ſen. eacomm. c. ſi ſen

3 tentia li. 6. ¶†Pœna autem ſepiliētis interdictum eſt, ꝙ ſibi interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ donec ſatisfecerit ad arbitriū eius cuius ſententiam contemſit: ut extra de priuil. c. epiſcoporum in ſi. lib. 6. Et intelligas interdicto ab homine, & nominatim: quia tunc ſepeliens eſſet excommunicatus, ut eatra de ſepu. c. 1. in cle. Nec pędictis ob. ꝙ unus nō dabet puniri pro alio, quia ſpeciale eſt in interdicto: ut no. 1. q. 4. in ſumma. Caueat tamen ille cui interdicitur ingreſſus eccleſiæ nè celebret: quia incurret irregularitatem extra de ſen. eacom. is cui lib. 6.

¶Conſultatio Federici de Senis.

S V M M AE.

1 *Difficultas præſtationis an excuſet quem uel liberet promittentem ſeu contrahentem.*

QVAESTIO CXXII.

MArtinus promiſit ſe facturum, ꝙ Berta contraheret matrimonium cū B. cum eſſent in ętate puberi ſub certa pœna. Deinde iſte Martinus fecit quicquid potuit, ut fiat cōtractus, ſed fieri nō poteſt. ¶Quæritur nunquid iſte Martinus ex tali ſtipulatione teneat. Sed ſi iſte Martinus ſolummodo iuraſſet ſe facturum & curaturum &c. & ipſe feciſſet qcquid potuiſſet excuſatus eſſet a periurio. ¶† Modo quæ

1 ritur nūquid excuſetur a pœnali ſtipulatione, uel reſtitutione arrarum, cum dici ſoleat, ꝙ difficultas præſtationis nō liberet quem a pœna conuentionali, ff. de uerborum oblig. l. continuus, §. illud.

¶Dominus Ioannes Paliarenſis.

¶Ad quæ dico, ꝙ licet difficultas præſtationis nō impediat commisſionem ſtipulationis quo ad illud, quod in ſtipulatione principaliter deducit, ut §. illud ſupra alleg. Difficultas tamen impedit commisſionem pœnalis ſtipulationis ſecundum uerum intellectum, & probatur. ff. ad le. rhodi. de iac. l. ſi uehenda. §. penul. & ſi. & eſt caſus in l. 2. §. 1. & per totā l. ff. ſi quis cau. licet gl. dicat, ꝙ ſpeciale ſit in iudicio, ſed male dicit & contra præallegatā l. ſi uehenda. §. penul. & ſi. Et erit ratio, ꝙ difficultas impedit cōmisſionem pœnę uel ſtipulationis pœnalis non autem principalis ſtipulationis colligitur per l. cū res §. penul. ff. de leg. j. & l. cum ſeruus eo. ti. Et hunc intellectū puto uerum,

uerum.& ſic tenebat do.meus & ſic ēt tenet Dy.in §.illud. ſed recitare eum pluries ſuperuacunm eſt, quia caſus eſt ſi bene intelligatur in d.l.ſi uehenda.§.pen.& fi.

¶Dominus Iacobus de Sancto Miniato.

tio de prioratibus ſi includeretur ſub nomine dignitatũ,
& perſonatuũ fruſtra. Imo nominando prioratum, & per
ſe membrũ faciẽdo, dat intelligere quòd alia nó includũ
tur ſub præcedentibus ar. ad hoc.ff.de aur.& arg.leg.l.1.
ad idem conſtitutio.Ioan.22.quæ incipit ſpectabilis quæ
plures & plures dat dignitates prioratus, perſonatus ec-
cleſiæ &c. Et prima declaratio facta ſuper illa conſtitu-
tione dicit quod abbatia quę aliàs eſt dignitas: ut de in-
ſti.ca.ult.ſi non eſt curata. nec alias habet alia propter q̃
dignitas uel perſonatus dicatur, non comprehẽditur ſub
illa cõſtitutione. Et ſic uidetur poſſe concludi qđ ex quo
non eſt dignitas, uel perſonatus. uel alias curatus. poteſt
conferri ſeptennio maiori. Contrarium no.Io.An.& Ar-
ſcrip.ſi eo tempore.lib.6.non illa ratione quod ſit digni
tas uel perſonatus. Addi. Non ob.de præben.niſi quia ibi
loquitur de prioratu cõuentuali regulari uel ſeculari. Et
ideo ob.glo.Io. And.& Archi.de præb.cum ſingul.ſuper
3 uerbo prioratibus. Quia † licet prioratus ſit ſine cura.ta-
men non poſſunt duo haberi. Nec alia duo beneficia ſim-
plicia licet haberi de iure communi maxime in religioſis
in quibus magis ambitio prohibetur. ut de ele.c.ult.in ol.
Itẽ potuerunt intelligere præfati Ioan. And.& Archidia.
de prioratibus qui alias tales ſint quod ſonẽt in dignitatẽ
uel perſonatum. alias contradiceret illa gloſſ.de reſcrip.
Et ſi principalis in gl.de iſtius ætate in cle. Nec ob.gl.Ar
chi.de conſue.c.1.in ſi.lib.6.quia illa glo.debet intelligi
de Archipresbyteris & Decanis, qui uel ratione clerico-
rum Collegiorum uel capellarum uel alterius prærogati
uę, ut Prioratus dignitatem uel perſonatum hẽre debe-
rent de uer.ſig.quamuis ideſt.

¶Conſilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Appellans à ſententia diffinitiua ſi negligens ſit appel. proſequi coram quo iudice condemnabitur in expenſis.*
2 *Appellatus appellatore negligente poteſt petere ſententiam pro ſe latam confirmari per iudicem appellationis.*
3 *Exceptio rei iudicatæ poteſt in uim peremptoriæ & dilatoriæ opponi.*

QVAESTIO CXXXIII.

Caſus talis eſt. Quidam a ſnia contra ſe lata ap-
pellauit; coram iudice appellationis compa-
ruit, libellum obtulit, litẽ cũ appellatio in ipſa
appellationis cauſa cõteſtat eſt i proceſſu cau
ſæ pp negligẽtia appellãtis tẽpora exercẽdæ appellatio-
nis ſunt decurſa, & ſic appellatio deſerta eſt, & rata ma-
net ſnia.& iuris interpretatione fingitur nó appellatũ in
quo caſu iudex appel lationis pronũciat iuſtè uel iniuſtè
pronũciatũ. ut C.de appel.eos in gloſſ.not.formã. Appel
latus uero petit a iudice appellationis declarari & pro-
nũciari tẽpora fore decurſa.& ſe relaxari ab obſeruatio-
ne iudicij.& cõdemnari ſibi appellantẽ in expenſis quas
ipſe appellatus fecit occaſione talis appellationis.¶Quæ
1 ritur nũquid rectè petat.¶†Ad quod ſciendũ eſt indubitã
ter uerũ eſſe appellantẽ, nó proſequẽtẽ uel deficiẽtẽ ſeu
ſuccũbentẽ in cauſa appellationis, condemnari debere
in expenſis. ſufficit remitti ubi communiter tractatur
materia extra de dolo & contu.finem cum moderatione
quam ibi ponit Innocen. & Hoſti. Sed reſtat uidendum
per quem in caſu pręmiſſo fiat iſta condemnatio expen-
ſarum, an per iudicem primum, an per iudicem appel-
lationis.& certum eſt quando iudex appellationis pronũ
ciat male appellatum & condemnat appellantem in ex-
penſis.2.q.6.omnimodo.& §.pater.& extra de ap.cum in
eccleſia.& c.ut debitus. & alio multiplici remedio: eius
calumnia & temeritas a lege compeſcitur. C. de ap.l. eos
ad finẽ quorum ap.non reci.l. ab executione in fine & de
pœnis calumniam. Et iſte caſus eſt indubitabilis ſed non
eſt caſus noſter.¶Item quando appellãs nullo modo pro
2 ſequatur appellationem & etiam appellatus. Quod † ap-
pellatus appellatore negligẽte poteſt petere ſententiam
pro ſe latam confirmari per iudicem appellationis ut ex
tra de ap.abbate.& C.eo. tit. auẽ. ei qui. canonizata. 12.
q.6.ſi quis appel. & per conſequens iudex appellationis
nunquam habuit exercitum cauſæ appellationis, quia
nunquam fuit aditus per aliquam partium in iſto caſu iu
dex appellationis, qui de appellationis cauſa nullatenus
cognoſcit in expẽſis non condemnat negligẽtem, ſed po
tius primus iudex maximè ſi erat ordinarius extra de ap.
reprehenſibilis cum ſi. & iſte non eſt caſus noſter ad lite
ram.¶Sed ueniẽdo ad caſum noſtrum premittamus duo
generalia ad euidentiam reſponſionis faciendæ. Primum
eſt quod omnis fruſtrator, calumnioſus, uel temerarius,
ſeu doloſus, ſiue impetrando, ſiue agendo, ſiue excipien-
do, uel alium actum in iudicio uel extra faciendo, puni-
tur ſaltem in expenſis; quas aduerſarius fecit occaſione
huiuſmodi. probatur hoc per eum ordinem extra de re-
ſcrip.cæterum & cap.ex parte ij.& eod.titu.c. ulti. & de
dolo. & contumacia capitulo ſecundo & cap. finem. de
pœnis. cap. calumnia. Secundum eſt quod quilibet iu-
dex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio extra de reſcri. c. ſup
litteras ad eũ impetratas nullas eſſe ipſo iure, nihilomi-
nus tamen condemnat in expenſis impetrantem & adeũ
tem. & de hoc multi iuris ignari mirarentur. Et de hoc
eſt caſus. extra de reſcrip. cap. ult. & ibi gloſſ. & clarius
eodem titulo capitu.1.in conſilio Vien.¶Item ſciendum
eſt quod iſta exceptio, quæ proponitur coram iudice ap-
pellationis uidelicet dico & excipio appellationi expreſ
sè renunciatum eſſe uel tacitè, ut quia tempora ſunt de-
curſa. uel dico non fuiſſe appellatum in ſcriptis uel infra
x.dies, uel nullo modo fuiſſe appellatum poteſt opponi
in uim dilatoriæ coram iudice appellationis cõtra iuriſ
dictionem ipſius. ¶Nam huiuſmodi exceptione probata
cõcluditur ſniam a qua fuit appellatũ uel ĩterlocutoriã,
3 uel diffinitiuã tranſiſſe in rẽ iudicatã. Sed certè ꝙ † exce-
ptio rei iudicatæ pót oponi in uim perẽptoriæ & in uim
dilatorię. De primo eſt caſus extra de ap. Romana §.ſi uẽ

ro uocatis li.6.Et de ſecundo eſt caſus.e.li.de lit.conte.c.1.C.ien.reſcin.nõ poſ.l.impetrata.& utrobique ſatis Archi. poſt Inn. & Hoſt.Igitur reſpondendo q̃oni propoſitæ,dico quod ſi appellatus corã iudice appellationis conſtitutus ſiue in principio ſiue in proceſſu dicat & probet, domine iudex uos non poteſtis ulterius procedere in cã appellationis.nec iuriſdõnem habetis quia appellatio eſt deſerta.Et quia terminatum eſt tacitè ſcilicet quia tẽpora ſunt diuerſa relaxetis me ab obſeruantia iudicij.Et nõ teneatis me plus & condẽnetis appellantem in expẽſis, quas feci occaſione huiuſmodi fruſtrationis.Quis homo, ſanæ mentis poſſet negare quod iudex appellationis non poſſet de hoc cognoſcere?cum ſit caſus in princ.§.ſi uero uocatis.& ſi cognouerit ita eſſe quiſp cõſequens dubitabit quod cõdemnare poterit fruſtrantem & nõ proſequẽtem in expenſis.Certe nullus dubitare debet per iura præmiſſa.Idem ſentit Ioan.An.extra de ap.c.1.in ſi.li.6. Idem ſuper eodem de uerbo ad uerbum do.Archi.nota.quòd dixi ſupra, ꝙ q̃n iudex appellationis prima facie fuit iudex & cognoſcere cœpit quiſquis ſit exitus cauſæ appellationis iudex appellationis appellantem condemnat in expẽſis probatur eo.tit.cum appel.1.reſpon.& c.ex parte.2.& ibi in glo.

¶Ego Federicus de Senis licet inſufficiens decretorũ doctor ſupradicta compendioſa ſcripta conſulendo ſcripſi & ſigillum meum appoſui conſuetum.ſaluo ſemper conſilio ſaniori.& meliori.

¶Conſilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Monachus an hoſpitali non curato præfici poſſit.*

2 *Monachus ponitur in prioribus,& alijs benecicijs obediẽtiarijs per Abbatem & conuentum,& reuocari poteſt per ſolum Abbatem.*

5 *Qui poteſt inſtituere quod etiã diſtituere poſſit ſi aſſumptum huiuſmodi qualiter procedat.*

4 *Clauſtrales quod non poſſint directè uel indirectè perpetuari in beneficijs.*

QVAESTIO CXXXIIII.

Caſus talis eſt.Quidam Abbas non exemptus habens ſub ſe unum hoſpitale in quo non eſt eccleſia nec capella.nec curam habet aliquã animarum, in quo hoſpitale ad Abbatem & Conuentum ſpectat præſentatio rectoris, qui debet eſſe monachus. & de gremio ipſius monaſterii.& ad epiſcopum ipſius confirmatio ſpectat. qui rector ſic præſentatus & confirmatus licet habeat certa bona ipſius hoſpitalis diſponenda,de quibus bene uiuere poſſet:tamen in ipſo monaſterio uictum conſueuit recipere, & ueſtitum.& in eo continuam reſidentiam facere,& habere uocem in capitulo.& ſtallum in choro,& nuncupari monachus monaſterii. & pro monacho dicti monaſterii haberi,& nõ pro rectore dicti hoſpitalis.& re uerá monachus eſt dicti monaſterii. & pro monacho ipſius monaſterii ſe gerit & reputat:ac etiam communiter reputatur. ¶Modo quęritur an dictus monachus ſic præſentatus,& confirmatus,inuitus & epiſcopo contradicente,poſſet ad clauſtrum ipſius monaſterii reuocari.& ſi reuocari poteſt an per ſolum Abbatem reuocari poſſet. Super hoc puncto habita deliberatione ſufficienti dicendum uř ꝙ reuocari põt inuitus & ſine conſenſu diœceſani.rõ eſt quia in themate præſupponitur ꝙ iſte rector remanſit & eſt monachus monaſterii.nec per talem promotionem fuit abſolutus à iugo clauſtri.ergo clauſtralis eſt.Ergo nec uelle,nec nolle habet.ergo obedire debet.nec contradicere poteſt.12.q.1. nolo & c.non dicatis.& de elec.quorundam. & c.ſi religioſus lib.6.¶ Et poſito quòd in themate ſiue in puncto hoc nõ fuiſſet præſuppoſitum tamen ſubintelligeretur. Nam ad hoc quod monachus poſſet abſolui a clauſtro & ab eo plenè abſolui & transferri;neceſſe eſt ꝙ ad illud monaſterium uel curam animarum epiſcopo uel alio ſubiectam transferatur ut de elec.conſtitutus.de ſta.mo.c.quòd dei
1 cum ſi.¶ † Hinc eſt quòd de iure monachus non põt præfici hoſpitali non curato ut no.Io.An.& Pau.de re li. domi.ca.2.in cle.Archi.18.diſt.quidam.Si ergo non eſt uerè translatus remanſit ſub poteſtate & obedientia Abbatis.Ergo obedire debet & reuocari poteſt. Imo quòd ſi Abbas uellet non poſſet eſſe perpetuus. Ex quo præſupponis eum monachum manaſterij remanſiſſe ꝙ præſupponi neceſſe eſt.Nec põt obligari Abbas monacho ſuo ꝙ in uita ſua teneat certum locum ut no.Hoſt.qui cle.uel uo.c.ulti.Et optimè facit ad præmiſſa quod no. Archi.de offi.ordi.c.ulti.li.6.in magna glo.Et meximè in ſi.& hoc reſpectu iura nolunt prioratus confirmari monachis, nè obedientia contemneretur de confir.uti.uel inut.c.ad noſtram.& c.porrectum cum ſi. Sed ſi monachus transfertur ad curam animarum & per epiſcopum inſtituitur: tunc nõ remanet monachus monaſterii.nec quicquã habet cõe cum monaſterio.14.q.1.c.uno.& 21.q.2.ſi quis iam translatus.16.q.1.ne cum cuiuslibet. Et talis monachus ſic plenè translatus non habet neceſſe tenere ſociũ ſui ordinis ut no.Io.An.& Pau.de ſta.mo.in cle.c.1.in 6. col.§.ad hoc.Sed contra de ſta.mo.c.1.li.6.de priui.cum & plantare.§.in eccleſiis. & quod no.Inn.de renun.c.ulti.in ſi.ubi requiritur licentia diœceſani ſui confirmãtis. ¶So.illa loquũtur in clericis ſecularibus ꝑ abbatẽ præſẽtatis & in religioſis ad curã aiarũ trãslatis.Et perinde nil cõe habẽtibus cum monaſterio ut dictũ eſt ſupra. Nec.n. eſt incõueniẽs quod monachus prior aut prioratus ſubiectus ep̃o pro libito Abbatis poſsit ad clauſtrum reuocari.ut de priui.c.1.li.6.Imo monachum per ep̃m inſtitutũ ad beneficium manuale Abbas reuocat ad clauſtrum.ut no.de ſup.ne.præl.ca.uno in gl.& in talibus in clo. Nec ſequitur non poteſt monachus miniſtrare in dicto hoſpitali ſine licentia epiſcopi.ergo non poteſt reuocari ſine epiſcopo.Tolle inſtantiam in confeſſorib.minorũ, prædicatorum,qui non poſſunt audire confeſsiones ſine licẽtia epiſcopi.& tamen poſſunt reuocare ſine epiſcopo in decre.ſuper cathedram de ſepul.in clemen.Sed reuera illa ſola ratio ſufficit ꝙ per talem promotionem nõ fuit abſolutus à monaſterio & ſic ſemper ſub obedientia Abbatis remanet.¶Et per hoc colligitur ꝙ poſſet allegari cõtrarium.de offi.Archid.ad hoc in ſine licet in alio caſu loquatur. & de offi.uica.ad hoc ubi confirmatio epiſcopi,quæ erat ad tempus.ſi reuocari non poterat ſine cauſa facit perpetuum & quòd ſine cauſa & ſine iudice reuo
2 cari non poteſt Lapus.¶Addi.¶ † Ad ſecundum quæſitum dico quod Abbas & conuentus habeant ponere monachos in prioratibus obediẽtiarijs.& alijs beneficijs.tamen reuocatio poteſt fieri per ſolum Abbatem.Nec poteſt inulto abbate monachus talem prioratum uel hoſpitale tenere xviij.quæſtione prima nullam.de ſtatu regula.cũ ad monaſterium.§.prior.uer.abbas. uero. Ad hoc de elec. ſi religioſus lib.ſexto de temp. ordinan. ad aures.de ſtatu regula.capitulo primo in cleméti.Et ex quo remanſit clauſtralis nec eſt perpetuus ut ſupra dictũ eſt, remanet ſub Abbate.& ei obedire tenetur. non obſtante
3 quod conuentus nolit reuocare.† Nam non ſequitur ad conuetum pertinet inſtitutio.ergo & deſtitutio ut de hæreti.cum ex iniuncto.quia id habet locum cum inſtitutio pertinet ad aliquẽ de iure communi,quòd non eſt in caſu noſtro ut in c.nulla.abſurdum eſt dicere quod iſte ſit
4 monachus & nõ teneatur obedire Abbati. ¶†Itẽ ſequeretur ſecundum hoc quod iſti clauſtrales indirectè poſſint perpetuari in beneſijs quod eſt contra iura, & facil.qđ

nota-

nota.de confirmatio.uti.uel inu.porrectum. in gl.iij. Tota uirtus iſtius præcedentis dubii eſt.& cõſiſtit in hoc qa præſupponitur ſicut debet quòd iſte remanſit monachus ut primo reſponſo.

¶Reſponſio Federici ad quoddam dubium.

S V M M AE.

1 *In beneficio que nam requirantur ut dicatur dignitatem in ſe continere.*

2 *Recepiſſe aliquos ad ſepulturam an faciat locum ſepulturæ curatum.*

Q V AE S T I O CXXXV.

CAſus talis eſt.Quidam habens beneficium curatũ, adeptus eſt pacificam poſſeſsionem alicuius alterius beneficij, cuius beneficii natura & ſtatus eſt talis. Primo quia ipſum beneficium uocatur præpoſitura. & in iſto beneficio ſunt duo intitulati.unus uocatur Præpoſitus, alter beneficiatus tantum. & æqualiter diuidunt ſibi redditus beneficij. Iſtud beneficium non habet collegium,nec capellas ſub ſe,nec ius decimãdi,nec baptizandi.nec habet aliquos parochianos.Sed iã ſunt uiginti anni,& plus,q̃ iuxta ipſum beneficium erant quædam domus in quibus habitabant laboratores terrarum eccleſiæ,uel beneficij,& q̃ñque propter uicinitatem ibant ad præpoſitum pro ſacramentis eccleſiæ. Et inuenitur q̃ iã ſunt uiginti anni uel circa q̃ apud eccleſiam uel præpoſituram prędictam, duo pueri ſiue puellæ pauperes ſunt ſepulti. Modo quæritur an uacet prima eccleſia curata.¶Super quibus habito conuenienti ſtudio dico & conſulo ego Federicus de Senis dictam eccleſiam non uacare.quia per narrata ſuper dictum beneficium præpoſitura uocatũ, nõ eſt dignitas,nec pſonatus. nec habet curam animarum.nã non eſt p̃poſitura cathedralis, nec eſt
1 collegiata.nec alias habet capellas. †iſta ſunt quæ beneficiũ faciunt eſſe dignitatem.ut patet de electio.ſtatutum. & ne cleri.uel mona.c.1.lib.6.& in his quæ no. Arch.de conſue.c.1.in magna gl. ad finem de foro compe. Romana ſuper uerbo prælatos li.6.nec eſt beneficium curatum nec eccleſia parochialis cũ nullum locum habet deſignatum,uel parochiam,uel limitationem. infra quam uel in quos exercet iura parochialia. ¶ Et poſito ſine præiudicio ueritatis q̃ olim fuerit parochialis,ex quo tamẽ modo non eſt,quia actu non habet parochiam nec parochianos,non habet locum pœna conſtitutionis de multa: ut no.Hoſt.de cleri.non reſi.quia non nulli in fine magnæ glo.Et facit qđ no.Io.An. de elec.licet canõ in gl. ſed uũ
2 quid li.6.¶†Recepiſſe autem aliquos ad ſepulturam non facit dici eccleſiam curatam uel parochialem. Nã ſine cura poteſt ẽt habere cimiterium ex conſuetudine, uel auctoritate ep̃ali ut no.Archi. de ſepul.c.1.li.6. Quod ſola ſepultura non faciat dici eccleſiã curatam not. Hoſt.de ele.non reſi.c.quia nonnulli nec ẽt ius baptizãdi ex quo non habet certam parochiam.ut no.do.Paulus de Bon● poſt Hoſt.de bap.c.uno.in clemen.

¶In Chriſti nomine amen.

¶Conſilium Federici de Senis.

S V M M AE.

1 *Stante conſuetudine quòd eccleſia rligioni ſubiecta regatur per clericum ſeclarem cum epiſcopi licentia Abbatis & capituli conſenſu intercedente. & an eccleſia uacante poſsint Abbas & religioſi unum monachorũ in illius rectorem ſine epiſcopi licentia conſtituere.*

2 *Monaci & Religioſi quod poſsint promoueri ad eccleſias ſeculares,parochiales,curatas etiam quod ut epiſcopales.*

3 *Iura loquentia ne monachi ſoli habitent in capellis, de quibus monachis loquantur.*

4 *Eccleſiæ ſtatus antiquus ſiue regularis ſit ſiue ſecularis non eſt per inferiorem ab epiſcopo conuertendus.*

5 *Beneficij appellatione quid in impetrationibus intelligatur;præcipuè ubi mandatur monachum collocari in beneficio competenti.*

Q V AE S T I O CXXXVI.

1 FActum tale eſt.† Quædam eccleſia parochialis ſubiecta cuidam monaſterio monachorum ciſtercien.ordinis conſueuit regi per clericum ſecularem electum & præſentatum per Abbatem & Capitulum ipſius monaſterii. & per epiſcopum diœceſis inſtitutum & confirmatum per xl.annos & ultra continuos,qui conſueuit uocari Prior. Nunc uacante ipſa eccleſia Adbas & Capitulum uolunt eligere & ponere monachum ipſius monaſterii.per quem monachum ipſa eccleſia regatur deinceps. ¶Quæritur an Abbas & Capitulum ſoli,ſine ipſo diœceſano;poſſint hoc facere,an epiſcopus diœceſis requiſitus ab ais debeat hoc facere.&prę ſentatum ab eis monachum admittere.& ipſum inſtituere & confirmare in ea. Et ſi non tenetur an de iure poſſit hoc facere diœceſanus & quomodo.¶Habita ſuper p̃miſſis diligenti deliberatione,dico & conſulo ego Federicus de Senis q̃ præfati Abbas & Capitulũ Poſſunt monachum præſentare ad eccleſiam prædictam,& epiſcopus tenetur eum inſtituere & admittere ſi alias eſt idoneus & aliud non ob. Ratio eſt, † quia de iure communi
2 monaci & religioſi poſſunt promoueri ad eccleſias ſeculares parochiales curatas.ſiue ſint epiſcopales ſiue non. & tunc ſunt ex toto abſoluti à monaſterio.&tunc ſubsũt ſuperioribus quibus ſubſunt eccleſiæ.quibus præficiuntur.lviij.diſt.ca.1.& 2.& 16.q.ne pro cuiuslibet 18.q.2. c.uno cum ſimilib. Et facit quod no.Ber.de elec.officij. & plene no.Hoſ.de ſta.mona.quòd Dei.& placet Io.An. de elec.c.1.in fi.in clemen. Et tales ſic præfecti curę.non
3 coguntur habere ſociũ ſui ordinis,quia † iura loquentia ne monachi ſoli habitent in capellis,loquntur de monachis clauſtralibus qui poſſunt ad libitum ſuperioris ad clauſtrum reuocari.& ſic no.Io. An.& Pau. de ſta.mona. c.j.§.ad hoc in clemen.& probatur per illum.§.& c.pe. &ulti.de capel.mo. & clarius in cõſtitutione nouisſima monachorum rubrica de monachis ad beneficia mittendis & canonicorum regularium rubrica de mittendis ad beneficia per dominum Benedictum 12. ¶ Reſtat reſpondere ad contraria. Et primo non obſtat de præben.cum de beneficio lib.6.ner cõſueto.quia ideo ibi hoc accidit, quia hoc expreſſit in impetratione.Sed fortius cõſtat de ſupplen.ne præla.c.1. in clemen.ibi clericis ſecularibus. Sed ibi ſoluitur.Nam prout ibi dicunt Io. An. & Paulus tunc demum monachus non poteſt habere beneficiũ curatum conſuetum regi per clericum ſecularem quando beneficium eſt ſimplex,uel ſi eſt curatum nõ poteſt habere ipſũ:ut clauſtralis.quia tunc debet ſortiri de alio monacho.Et ſic alteretur conditio & ſtatus beneficii, q̃ per ſe abbas facere non poteſt.de ſta. mo.c.j.§. ad hoc cũ ſua glo.aliàs ſequeretur non eſſe uerum,quòd primo dictum eſt,ſcilicet q̃ religioſi poſſunt pręfici eccleſiis ſecularibus curatis.cum omnes eccleſiæ parochialis ſint per clericos ſeculares gubernandæ,quòd eſt uerum:ut ſupra p̃batum eſt.& ita dico &c.

¶ Impugnatio conſultoris.

¶Salua pace cõſultoris,dico q̃ Abbas & cõuẽtus ſine epi

ſcopo non poteſt ponere monachum io eccleſia. de qua quæritur. Imo nec epiſcopus monachum prǫſentatum ꝑ eos adinittere cogitur. quod clare not. Hoſtien. de re. eccle. non alienan. poſſeſsiones & Archid. 18. q. 2. peruenit.
3 Status † enim antiquis cuiuslibet eccleſiæ, ſiue ſit regularis ſiue ſecularis conſiderandus eſt & non per inferiorē epiſcopo conuertendus, ut de ſup. ne. prælat. c. 2. nam ſtatus eccleſiarum quantum ad immutationem dependet à poteſtate epiſcopi nō Abbatis 10. q. 1. decretum. & c. regēda. & per Inno. de excēſ. prælat. c. ſicut unire & expreſsè quo ad caſum noſtrum. per Arch. de præb. cum de beneficio li. 6 ¶Nec obſtat quod dicitur per dictum conſultorē ꝙ religioſus poteſt præfici eccleſiæ ſeculari curatæ. Fateor enim id fieri poſſe per Papam uel Epm. & ex cā non per alium. Sic intelligūtur allegata per eum. Probatur hæc ſolutio per ea, quæ no. Hoſt. de ſtatu mon. qđ Dei quam gl. non debuit pro ſe inducere dictus cōſultor. No. ipſe etiam Hoſt. in c. poſſeſsiones & Archi. in c. peruenit. ſuperius allegatis. ¶Concludo igitur quod niſi Abbas & Cōuentus infra ſex menſes præſentēt clericum ſecularē poſſet epiſcopus eidem eccleſiæ de ſeculari clerico ꝓuidere. ut no. Pet. & Abbas de ſup. neg. prǫla. c. 2. & Archi. in c. cum de beneficio. de præben. li. 6.

¶Reimpugnatio facta per Federicum contra conſulentem. ¶Antequam detur conſilium ad præmiſſa ſcribens uult certius declarari quod monaci fuerunt negligentes. Et ideo iterato quæro & quǫſtionem formo ſic. In quadam Plebe collegiata canonici elegerūt ſucceſsiue plures canonicos ſeculares qui ibi inſtituti cōtinue rexerunt illā plebem ſpacio. xl. annorum & plurium. ¶Item in quadam capella curata patroni layci, uel clerici, uel religioſi præſentauerunt unum uel plures clericos ſeculares ad illam qui ibi inſtituti continuare rexerunt illam tantundem tēpus. Nunc uero uacantibus plebe & capella canonici eligunt religioſum, & patroni præſentant religioſum. Quæritur nunquid epiſcopus teneatur præfatas præſentationem & electionem admittere, & perinde ſic quǫro. An iure cōi religioſus poſſet præfici & promoueri ad eccleſiā curatam ſecularem per uiam collationis, electionis, uel præſentationis. Dico quod in caſibus prædictis ualet electio, & præſentatio. & ſi ita eſt ſequitur neceſſario quod debeat admitti. quia electus innititur iuri de electio. ſi poſtquam cum multis ſimilibus. & 16. q. ultima decernimus. quod ualeat electio & præſentatio & per quemcunque modum facta promotio de religioſo ad eccleſiā uel dignitatem curatas tenet Ioan. 58. di. c. 2. & Bernardus extra de ſtatu mona. c. 2. in 2. gl. in fine. & Arch. 16. q. 1. hac pro cuiuslibet. & Ioan. Andr. & Pau. de ele. c. 1. in cle. & de ſup. neg. præla. c. uno. ſuper uerbo ſecularibus. & idem Bernardus de elec. officij. in gl. magna ibi. ſed bene eligūtur monaci ad prælationes ſecularis eccleſię. & ultra hoc allego quod ſupra in alio conſilio cōtinetur. ¶Reſtat reſpondere ad ea quæ ſupra ſunt ſcripta contra illud cōſilium. & primo ad gloſſam Hoſtien. poſitam in c. poſſeſsiones quam repetit Archi. 18. q. 2. peruenit. & dico quod
4 illa glo. non obſtat. Nam † ſi mandaretur monachum collocari in beneficio competēti, nomine beneficii in impetrationibus non intelligitur beneficium curatum. de præben. c. ulti. & eo. titu. cum in illis lib. 6. Igitur ſi curatum non comprehenditur: ſequitur quod collocari debet in monaſterio uel beneficio regulari. quia ad beneficiū ſimplex promoueri non poteſt. Nec mutatur per hoc, uel alteratur ſtatus eccleſiæ etiam ſi talis monachus regeret dictam plebem uel capellam ſpacio xl. annorum & plurium. Ratio eſt, quia talis monachus non gubernat dictam eccleſiam ut monachalem regularem. ſed ut ſecularem. & ut ſecularis clericus. ut no. 16. q. 1. c. 3. de cele. miſſa. c. 2. in clemen. & ſine ſocio religioſo. ut no. de ſta. mo. c. 1. §. ad hoc in gloſſ. ſępius dixi facit quod not. Ioan. An. de ſup. negli. præla. c. quia regularis in cle. ſuper uerbo ſecularibus. Lapus. ¶Addi. ¶Vnde eo mortuo poterit eligi uel præſentari clericus ſecularis. Dico etiam quod gl. Hoſti. quam conſulens pro ſe allegauerat. & quam reſpondens dicit facere contra. ſed pro. Nam ipſe Hoſt. in c. qđ Dei ſuper uer. in presyteros ordinarij in uer. intelligas etiam ibi. quamuis enim illa iura dicant quod ſicut monachus poteſt præfici ad epiſcopatū ſic ad dignitates alias. quia eadem eſt ratio ſcilicet propter ſalutem animarum. Sed nullus dubitat quin de iure communi ad epiſcopatum poteſt aſſumi monachus. 18. q. 2. c. uno de elec. c. 2. in fine. in clemen. Igitur ſi eadem eſt ratio in qualibet dignitate ſequitur, quòd electio uel præſentatio facta de monacho ad curam animarum ſiue ſit dignitas ſiue rectoria tenet mero iure. ergo neceſſariò confirmanda. Nō obſtat, quod dicit Hoſtien. in eadem gloſſ. uer. ſicu. ſed nūquid. in eccleſia collegiata. quia ipſe nō intelligit de prícipali prælatura eccleſiæ collegiatę, ſed de dignitate uel perſonatu in ipſa eccleſia, quod colligitur dum dicit uel etiam ſimplex canonicatus. alias Hoſtien. contradiceret ſibi. Et quod Hoſtien. ſic intellexit placet Paulo. de electio. capitulo primo ſuper uer. monaſteriis in clemen.

¶Dominus Ioan Andr. repetens illud dictum Hoſtien. in c. 1. de electio. uidetur de ipſo non curare. Sed poſito ſine præiudicio ueritatis quòd ad eccleſiam curatam collegiatam de iure communi non poſſet promoueri. tamē de eccleſia parochiali curata non collegiata non dubitāt ꝓdicti doctores. Sed eccleſia noſtra ad quam eſt præſentatus monachus non eſt collegiata nec probata collegiata per reſcriptum Nicolai. quia talia uerba ſunt narratoria, quæ non probant nec neceſſariò inſerunt. ut de priuile. ſi Papa lib. 6. & de ſenten. excommunicatio. ſi ſumus in clementi. & quia inter iuris peritos quæſtio præmiſſa ſatis dubitabilis eſt, expedit ad iuris illuminatorē recurri ſcilicet ad dominum Ioannem Andream, & eius cōſilium ſit in caſu noſtro impoſterum profuturum.

¶In Chriſti nomine amen.

S V M M AE.

1 *Libri quos habet frater minor ad uſum occaſione officij, an propter eius delictum poſſint ei auferri. & ſi contra auferentem poſſit ferri excommunicatio.*
2 *Confiſcatio quæ nam propriè dicatur, & cuius ſit effectus.*
3 *Excōicatus & irregularis effectus cum poſt excommunicationem celebrauerit, ſi cōiter reputaret integri ſtatus quod ualeant & ſubſiſtant quæcunque geſſerit.*
4 *Excommunicatus an poſſit excommunicare.*
5 *Cōis opinio & fama à quibus ortū habuerint attenditur.*

QVAESTIO CXXXVII.

Viſo & examinato quodam conſilio lato & reddito per egregios uiros do. Paulum de Bon. & Andream de Guaritarijs de Senis. morā Bon. trahentē, tunc decretorum doctores ſub anno domini. Mcccxv. die tertia menſis Martij publicato per Petrū quōdam bonauentura de Guaritarijs de Senis notarium, & rōnibus in ipſo cōſilio redditis. In quo quidem conſilio
1 quæritur † an quidā inquiſitor ſententiam excōicationis incurrat pro eo ꝙ ſciēter appropriauit ſibi ipſi & quibuſdā aliis libros, quos qdā frater minor habebat ad uſū occaſione officij inquiſitionis ꝓꝑ delictum ipſius fratris, cuius punitio ad inqſitionis officiū pertinebat. ¶Ego Federicus de Senis nūc actu Peruſii legens eidē cōſilio aſſentio. Hoc ſaluò ꝙ ſi ille frater cui libri fuerūt ablati, Inqſitor & alii, quibus fuit facta applicatio eſſent eiuſdē cōuentus

ita ꝙ per hanc applicationē conuentui, cuius reuera erāt
prędicti libri nullum ſactam eſt præiudiciū, nec ob eius
dominio uel poteſtate facta eſt aliqua diſtractio, uel alie
natio per huiuſmodi applicationē, ſed illā hēt poteſtatē
in illis, quā prius habebat in libris exiſtētibus apud illū
fratrem. In iſto caſu dico dictū inquiſitorē excōicatū non
eſſe, qa hoc præſupponendo nulla facta eſt cōfiſcatio li-
3 brorū dicti conuentus. † Quia tūc proprie dr̄ confiſcatio
qn̄ dominium rerū de uno ad alium transfertur. ſufficiūt
exempla de hæret. c. pe. li. 6. & faciunt no. de his quę fiūt
à præla. c. cum apoſtolica, & qđ no. Inn. & Hoſt. de prob.
ex literis circa principium, de duobus canonicis eiuſdē
eccleſię adinuicē litigantibus. ¶ Item uiſo & examinato
quodā alio conſilio lato & reddito per eoſdem & dñm
Ioānem de Calderinis de bon. decretorū doctorem ſup
facto cuiuſdā miniſtri fecit quendam locum in quodam
burgo ſine licentia papali, ſiue apoſtolicę ſedis. Super
quo facto eliciuntur quinque quęſtiones, & ſuper facto
cuiuſdam cōmiſſionis uiſitationis factæ per Generalem
Miniſtrum Prouinciali Miniſtri Ian in Prouincia Bon.
ſuper quo tamen facto elicitur una qō. Ego Federicus p̄-
dictus aſſentio. hoc ſaluo quod licet dictus Miniſter fue-
rit excōmunicatus & irregularis, ſi poſtea celebrauit, ta-
men ſi communiter reputabatur, & habebatur, & tene-
batur, à prelatis, & ſubditis Prouincię non excōicatus,
non irregularis, & omnia faciebat tanquā prelatus inte-
gri ſtatus, puta quia ignorabat ſeu errabatur in facto, ꝙ
de eius mandato & uoluntate fuit facta cōſtitutio talis lo
ci uel ſi ſciebat excuſabat ſe ita, & taliter, uel quomodo-
cūque, ꝙ cōis opinio ſic erat, ꝙ erat prælatus integri ſta
tus, & ſic cōiter reputabatur. in iſto caſu dico dicta acta &
geſta p̄ talē Miniſtrū ualere. Saluo, ꝙ alium excōicare nō
potuit. iuxta no. de re iud. ad probādū 14. q. 1. in ſumma,
4 & c. audiuimus. ¶ Ad 1. ¶ Occultus excōicatus poteſt ex-
cōicare ſm̄ Inn. ut no. de ſen. excō. ſi uero. Sed Archi. in c.
audiuimus, tenet contrariū. Si uero Prælati in Prouincia
li conſilio congregato dixiſſent miniſtro ſic. Reuerende
domine Miniſter audiuimus, ꝙ talē locum facitis de no-
uo ædificari uel ſuſcipi in tali burgo ſine licentia Pa. uo-
lumus ſcire ueritatē. & Miniſter reſpōdiſſet, ego habui li
centiā à Legato. dico ꝙ hoc nō ſufficit, & talis cōis opin.
quę habuit ortum ex tali excuſatione non ſufficeret, qa
eſſet unus error ſupinus: ſed ſi alias adhoc nō fuit quæſi-
tum & ipſe taliter reſpondebat, & ita colorate, ꝙ ſubditi
probabiliter poterant contentari, & alias iſte prælatus
erat homo ualde honeſtus, & bonę uitæ, & uerilimiliter
debeat credi ꝙ omnia faciebat cū maturitate, dico ut di-
xi: ꝙ ex quo coiter habebatur pro prælato integri ſtatus,
facta ab eo tenent. In cuius rei teſtimonium &c. ¶ Thema
& quæſtiones elicite.

SVMMAE.

1 *Onera in partes diuidere bonū eſt, ut leuius perferantur.*

2 *Exempti non minus, quàm non exempti apoſtolicæ ſedi aſtricti ſunt.*

3 *Eccleſiæ omnes tam exemptæ, quàm non exemptæ tenentur legatis, & nuncijs ſedis apoſtolicæ contribuere.*

4 *Res eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*

5 *Clauſula derogatoria, etiam ſi de uerbo ad uerbum, cuius ſit effectus.*

6 *Executor commodum ſuæ excutionis prætēdens an poſſit ut ſuſpectus repelli.*

QVAESTIO CXXXVIII.

BEnedictus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, di-
lecto filio Priori ſecularis eccleſiæ ſanctæ tri-
nitatis de Prigro Peruſinæ diœceſis ſalutem &
apoſtolicam benedictionem. Ex parte uenera
bilis fratris noſtri Franciſci epiſcopi & dilectorum filio
rum clericorum & ciuitatis & diœceſis Peruſinę, nuper
fuit nobis conqueſtum, & conquerendo monſtratum,
quod nonnullæ eccleſiaſticę perſonæ exemptæ Ciſter
cien. Calamitracen. ſancti Benedicti, & ſancti Auguſtini,
& aliorum diuerſorum ordinum necnō ſancti ſepulchi
Dominici, & ſic Io. Hieroſolimitani hoſpitalium domo-
rum locorum ciuitatis & diœceſis ſupradictarum pro ec
cleſiis monaſteriis prioratibus hoſpitalibus domibus &
locis quæ perſonę ipſæ in ciuitate & diœceſi ſupradictis
obtinent in procurationibus, ſubuentionibus, ſeu proui-
ſionibus legatorum & nunciorum ſedis apoſtolicæ, quos
per pręfatam ciuitatem & diœceſim tranſire, & interdū
in eis morari etiam contingat ſecundum qualitatem ne-
gociorum pro quibus mittuntur & exigunt, ſæpe contin
git, quod ipſæ cum eidem epiſcopo & clero contribuere
contradicunt, propter quod dicti epiſcopus & clerus ag
grauantur nimium eaſdem procurationes ſubuentiones
ſeu prouiſiones inſolidum perſoluendo. Et nihilominus
earundem procurationum. uel prouiſionum eiſdem le-
gatis uel nunciis exhibitio facienda, non abſque impedi
mento negociorum prædictorum nunquam plus debito
1 prorogantur uel retardantur. ¶ † Nos igitur attendentes,
2 ꝙ diuiſa in partes onera leuius perferuntur, † quod que
non minus exempti, quam non exempti eidem apoſtoli
cę ſedi ſunt aſtricti, diſcretioni tuę per apoſtolica ſcripta
mandamus quatenus eaſdem perſonas exemptas ad con-
tribuendum una cum eiſdem epiſcopo & clero uel eccle
ſiis monaſteriis Prioratibus hoſpitalibus & Domibus,
& locis ſuis hmōi iuxta facultatem eorum exigentiam
in procurationibus, ſeu prouiſionibus Legatorum & Nū
ciorum prędictorum per cenſuram eccleſiaſticam appel
latione poſtpoſita compellere non poſtponas, quacunq;
exemptione, ordinibus, uel hoſpitalibus prædictis uel al
teri eorum ſuper hoc ab apoſtolica ſede conceſſa. quam
quo ad hoc eis ſuffragari nolumus, aliqualiter; non ob-
ſtante etiam, ſi de illa de uerbo ad uerbum ſpecialem &
expreſſam oporteret in pręſentibus fieri mentionem.
¶ Non ideo compelli potuerunt priuilegiati, ut teneātur
contribuere ad prædicta, niſi de ipſorum loco, uel ordi-
ne expreſſa mentio in literis apoſtolicis habeatur, de re-
ſcriptis c. cum ordinem.

¶ Lapus additio.

¶ Sequuntur quęſtiones elicitę ex themate.

¶ In Chriſti nomine amen. Super præmiſſis literis plu
rimę dubitationes emergunt. Prima eſt; An iſti exempti
teneātur contribuere pro tempore, ꝙ præceſſit datam
dictarum literarum, & ſi teneantur, An poſſint compelli
per iſtum executorem. Et an poteſtas data huic executo-
ri nomine non expreſſo, ſit perpetua donec reuocetur.
¶ Item an exempti poſſunt dicere iſtum executorem ſu-
ſpectum eo, ꝙ commodum huius executionis poteſt ad
eum pertinere. Item an teneatur ad hoc executor ſeruare
iuris ordinem puta porrecto libello, an procedere, pro-
ut ſolent procedere gratiarum executores. Item an per
ſupradictas literas tollantur priuilegia ſingularia, quæ
habent aliqui ex prædictis religioſis, ut non teneantur ad
huiuſmodi contributionem. ¶ Ad hoc dico, ꝙ ſi iſtæ exem
ptæ perſonæ non oſtendunt priuilegium uel aliquam iu
ſtam excuſationem, quominus ad prædicta teneantur, ſo
la exemptio ab ordinarii poteſtate non excuſat. Nam
3 † omnes eccleſiæ exemptæ, & non exemptæ tenentur
procurare Legatos & Nuncios apoſtolicæ ſedis, de prę-
ſcrip. accedentes, & de cenſib. cum inſtātia. Nec ob, quod
dr̄ in c. cum inſtantia, ibi ſi ſit exempta. quia debet intelli
gi exempta non ab ordinaria poteſtate, ſed a præſtandis
procurationibus, & ſic no. Io. ibi & Paulus eodē titulo in
cle. Ergo ſecundum hoc; non obſtante exemptione tene-
tur ſoluere pręterita præſentia & futura. Supradictę er-

go literæ credo, ꝙ non tribuunt aliquid noui clero, ſed dant ibi executorē, qui compellit exemptos ad id, ad qđ alias de iure communi tenentur, quia dicti exempti non poterant conueniri coram epiſcopo, tum quia exempti, tum quia epiſcopus eſſet compulſor in facto proprio. ſimilem executorem expediret clero habere cōtra religioſos exemptos, qui non ſoluunt quartam de mortuariis:ut dicit Io.And.de ſepu.§.ij.in fine in uer.coherceri, in cle.andiui tamē,ꝙ clericus peruſinus habet.¶Si uero iſti exempti habent aliquod priuilegium, ut non ſoluāt prædicta: Reſtat uidere an dicta priuilegia tollantur per has literas.Et ſi tolluntur, erit uidendum à quo tempore citra intelligantur ſublata uel reuocata. ¶Ad primum uidetur,ꝙ priuilegia ſingularia non tollantur, ſed quod ꝑ modum iuſtitiæ emanauerat datio iſtius executoris,qđ colligitur ibi dum dicit nullæ perſonæ eccleſiaſticæ exēptæ,& ibidem quodque non minus exempti.Et ibi eaſdē ꝑſonas exemptas nō dicit priuilegiatas.Itē nō eſt uerisimile,ꝙ papa uoluerit tollere priuilegia cōceſſa prędictis religionibus quo ad ciuitatem & diœceſ.Peruſinē. ¶Nec ſunt hic aliqua uerba,per quæ colligātur,ꝙ papa uoluerit facere gratiā clero Peruſino. ¶Item incōueniēs ſequeretur ex hoc,ꝙ priuilegia conceſſa prædictis religionibus in parte eſſent reuocata,& in parte nō.Non debet nā
4 que†eadem res diuerſo iure cenſeri,de priuele.quia circa de dec.cum in tua. ¶Et ſi uolumus tenere iſtam partem, eſt dicendum,ꝙ in fine literarum papa intendit proteſtari,ꝙ exemptio non obſtet prædictæ compulſioni. quominus cum clero hoc facere teneantur. Sed in aliis remanet ſalua dicta exēptio.& eſt ſimile de ſtatu mona.c. uno in ſi.li.6.& eo.ti.c.2.uer.non obſtantibus. Et huiuſmodi non obſtantia non tollerent priuilegia, ſed remouerent impedimentū ad tempus. Sed in caſu noſtro eſſet totaliter tollere ſi papa intellexiſſet hic in fine de exemptione non ab ordinarii poteſtate. ſed in præſtando huiuſmodi procurationē.¶Sed contra vī.nam papa dicēdo non obſtante exemptione,non uidetur itellexiſſe de exemptione ab ordinarii poteſtate, q̄a illa nō obſtabat:ut dixi ſupra.¶Sed intellexit de exēptione ꝑ quā dicti religioſi nō teneātur ſoluere huiuſmodi,& hoc eſt,quod dicit In fine
5 ibi dum dicit etiā ſi de uerbo ad uerbum. † Nam per talē clauſulam non conſueuit derogari priuilegio exemptionis,ſed aliis priuilegiis,& immunitatibus:ut patet de ſē. excomm.c.ult.& de hæret.cum officium li.6.& de ſepul. c.2.in cle.in ſi. ¶De iſtis conſtitutionibus generaliter poſitis no.Io.And.& Arch.& Io.Mo.de reſcrip. cum aliquibus,lib.6.& Io.And.ad plenum de exceſ.præla.ca. unico li.6.in nouella,& uide ibi in d.c.ubi plene de his no.¶Si uolumus tenere primam partem, quæ eſt magis æqua & iuri conſona,poſſemus dicēre,ꝙ iſta non obſtantia derogent priuilegio.quod forte aliqui religioſi habent, ꝙ nō poſſunt ad iudicium euocari per literas apoſtolicas non facientes de ſuo priuilegio mentionem:ut ſupra de reſcr. cum ordinē, & iſtud uidetur magis uerisimile. Nam epiſcopus & clerus ſolam iuſtitiam petierunt, & papa ad iuſtitiæ executionem dedit executorem ad compellendū. Igitur præſuppoſito ſine præiudicio ueritatis,ꝙ per iſtas literas derogetur priuilegiis illarum religionum, tūc demum habent iſtæ literæ effectum quo ad tollendum uigorē illorum priuilegiorum,cū iſtæ literæ peruenerint ad notitiam illorum quibus erant conceſſa dicta priuilegia,ut no.Inno.& Hoſt.de conceſ.præben.c.1.circa prin. li.6.& per Hoſt de reſt.ſpo.audita, & per Arch.de reſcr. c.ult.li.6.¶Ad aliud quæſitum,an poteſtas iſtorum duret perpetuo,uidetur dicendum,ꝙ iſte executor non plus poteſtatis habeat,q̄ ſi eſſet conſeruator, & ſua iuriſdictio, quo ad nō cœpta expiret per obitū cōcedētis de off.del.
6 ult.li.6.¶†Ad id quod dr̄ an poſſit recuſari &c. vr̄ dic eodū,quòd de iure poſſet recuſari tanquā ſuſpectus,uel tāq̄ non idoneus iudex in re ſua.nā ſi clericus hēt bona cōia, ad ſingulos non ſpectantia,non tamen poteſt clerus uel epiſcopus impetrare illum, cui poteſt impetrare, ut lite non cōte.c.ul.li.6.& de oſ.deleg.c.ul.§.j.li.6. Si uerò nō habet bona cōmunia,ſed ſingulariter quiſque ſoluit pro rata ſua,tunc iſte non eſt idoneus executor, quia tractatur de cōmodo ſuo ſi onus diuiſum in paucos, diuidatur in plures.ſimile de conceſ.præben.c.ſi.li.6. ¶ Sed in caſu noſtro uidetur dicendum contrarium quia papa hoc ex certa ſcientia tali commiſit. Ad quod facit quod not. de reſcrip.ſtatutum.§.j.in gl.pone Papa & 12. q.4.§. qui autem.Nam Papa cogitauit quòd ſi hanc executionem cōmiſiſſet exempto, ſemper exēptus fuiſſet tepidus in compellendo exemptos.Item ſeipſum cōpellere non potuiſſet ut ff.de arbi.l.pe.& per Inno. de præben. pro illorum in gl.j.Item extra diœceſim uoluit committere. Nam ſiue exempto ſiue non exempto cōmiſiſſet propter ſimilitudinē cauſæ potuiſſet repelli de teſti.perſonas & de iudi.cāmque.Cum igitur aduerſa,& diuerſa hincinde eligere poſſunt Papa eligit ꝙ minus captionis haberet cōmittēdo iſti qui ſolicitus erit in cōpellēdo.Nam in hac executione faciēda nō habet recipere probationes facti; q̄a hic ius certum eſt,& nō reſtabat niſi executio.Et eſt ſimile de ap.nouit.& optime facit quod no. Inn.Hoſt. de uerbo.ſig.ex parte. ubi dicitur quod epiſcopus tunc demum eſt iudex in facto proprio uel cā propria, cum notorium eſt ius epi.ſecus ſi non eſſet notorium ius epiſcopi: q̄a tūc nō cognoſcit ſed executor.An uerò teneatur ſeruare iuris ordinē non uidetur.q̄a alias in executione iuris ordo non ſeruatur ut no.per Inn.de ap.c. ex ratione & per Archi.de reſcrip.ſtatutum §.in nullo.ſuper uer.partes li. 6.& de oſ.deleg.c.uno in cle.

¶Reſponſio dn.Iacobi de Piſtorio.

S V M M A E.

1 *Expenſe in ſententia non expreſſe,an ꝙ quo iure petantur.*

QVAESTIO CXXXIX.

Quæſtio noſtra ſi quis uellet eam plenè tractare longam requirit indaginem & uerborū prolixitatem. Nam dicta q̄ō tractatur per multos doctores canonicos.ſ.per do.Inn.& ēt ꝑ Hoſ. in c.ſtatuimus circa ſi.uer.quid de eccleſiis parochalibus cum ſequentibus. & In iure canonico per uos allegatis ēt Vin.Ber.& Io.& alios qui indiſtinctè dicūt expenſas debere peti nominatim iure actionis in libello arg.ff.de iud.l.nō pōt cōmu.diui.l.ut fundus.& de re iudi.cū Bertoldus.de eo q̄ mit. in poſ.cau.rei ſer.cum uoniſſet ſecundū Inn.Alii doctores iuris ciuilis.ſ.Ia.de Are. Alber. Papi. Dy.& alii quam plures dicunt quòd ſi non petantur in libello,ueniunt reficiendæ officio iudicis,et
1 in ſua ſententia inſerendæ.&†ſi non condemnetur aduerſarius in expenſis in ſnīa, quidā dicunt ꝙ nō pñt poſtea peti.Quidā ꝙ ſic.Et eo eſt inter ipſos doc.maximè altercatio,ad quam decidendam, eſt ſciendum,ꝙ quædā ſunt expenſæ quę ſiūt in rē ſeu circa rē in iudiciū deductā ſeu petitā ut puta.Egi ad equum,bouem ancillam,uel aliam rem,& interim lite pendente facit reus,expenſas in curādo dictum equum,ſeruum, uel ancillam in tali caſu fructus, ſumptus, & expenſæ ueniunt reficiendę quę factæ fuerunt uel ꝑcepti poſt litem conteſtatam,etiam ſi non ſunt in libello petiti & petitæ Sed ante litem conteſtatā fructus ex ipſa re percepti,& expenſæ factæ in ipſa re nō reficiunt,nec in eis iudex poteſt condemnare niſi fuerint in libello nominatę & petitę.& ita loquit.ff.de edil.edic. l.ediles.§. itē ſciēdū.& l. itē ſi ſeruū.§. quas impenſas cū ſuis ſimilib.¶Si uero ſunt expēſæ factæ in lite.ſ.in aduocatis,procuratorib.& aliis actis cauſæ.& tūc in iſto caſu

officio

officio iudicis in eis facienda eſt condemnatio tpe ſēten tiæ, quæ fertur ſuper principali uel ſaltem in ipſa eadem die poſt ipſam ſententiam, ſiue ſint factæ ante litem conte. ſiue poſt. quia in talibus non refert utrū fiat ante litē conteſtatam uel poſt de quibus loquitur Hoſt. de dolo & cōtuma. c. actor quia eorum deciſio ſpectat ad iudicis officium mercenarium & ita bene no. Roff. de iudi. officio in libel. Aliæ uero expenſæ ſupradictæ. ſ. quæ fiunt in re, & fructus, qui percipiuntur, ex ipſa re nō debent inſeri in ſententia niſi fuerint in libello petiti. & ita intelligit gl. in d. l. ædi les. §. item ſciendum. Et in iſto caſu dictę expenſæ, & dicti fructus petuntur. Et ſi non fiat in eis cōdemnatio iuſta ex cauſa appellandi. ut C. de uſu. l. in bonæ fidei cum ſuis ſimilibus. Si uerò ſine expenſæ, quæ fiunt in lite ut ſupra dictum eſt ſi iudex uideat neutram partem debere ſubire onera expenſarum ut puta quia reus habebat iuſtam cauſam litigandi, quo caſu non debet ſuum ius dimittere indiſcuſſum eo caſu iudex nō tenetur eū cōdēnare in expēſis, & debet inſerere in ſnīa cām quare in expēſis nō cōdēnat. Et ita loquit & itelligitur gl. in l. nō ignoret. C. de fruc. & li. expen. & in auth. de iudi. §. quo oportet. cum ſim. Et hoc eſt uerum in hoc ultimo caſu. niſi expēſę litis promiſſæ eſſent p ſtipulationē, ꝙ tūc non obſtāte ſnia poſſent peti iure actionis. ¶ Nam ſi lata fuerit ſnia ſuper ſorte tātum, non ob. ſnia ſuper expenſis ar. ff. de eo ꝙ cērto lo. c. l. centum capue. cum ſimili. Et ita in utroque membro intellexit do. Dy. l. actor. & l. iudex. ff. de re iud. cum ſuis ſimilibus. ¶ Et ſic concluditur ꝙ ſi in libello fuerint expenſæ petitæ q̄q; debeantur iure actionis, uel ēt officio iudicis ſi ſuper prędictis libellus fuerit rite formatus obſtat exceptio rei iudicatæ; ſi nō fuerit appellatū à ſnia, aliàs ſi fuerit appellatum cognoſcetur per iudicem appellationis utrum debuerint refici expenſæ uel nō. Et de hac materia plene nota. Guil. in Specu. de expenſis. §. ſi autem. in prin. & in uer. non eſt omittendum & do. Dy. in d. l. actor. & Iac. de Are. in d. l. non ignoret & doc. ſ. Iaco. de Are. & Albe. Pau. Dy. & alii quam plures in d. §. itē ſciendum ita notant.

Conſultatio Federici de Senis.

SVMMA.

1 *Vxor an poſſit res marito in augmentum dotis datas alteri donari in præiudicium mariti.*

2 *Iuramentum in aliquo actu interpoſitum quod ſit uſque adeo efficax ut inualidum ſui natura ualidum efficiat, & in quibus caſibus ſignanter.*

3 *Pactum legis commiſſoriæ qualiter ſit in pignoribus conſiderandum.*

4 *Iuramentum à parente contra parentes, an ſit ualidum uel tenendum.*

QVAESTIO CXXVII.

Punctus q̄onis talis eſt. Conſtante matrimonio inter coniuges, uxor dedit marito in augmentum dotis quaſdam res ſtabiles inæſtimatas, quæ peruenerunt ad ipſam uxorem ex ſucceſſione, quam ſeclt patri ſuo. & in ipſa datione dicta uxor fecit pactum cū dicto ſuo marito de lucrādo res prędictas ſi continge ret dictā uxorem præmori & decedere in matrimonio ante dictum ſuum maritum, & iurauit ſponte dicta uxor ad ſancta Dei euangelia attendere & obſeruare, & non uenire contra. ¶ Tractu temporis dicta uxor res prædictas in augmēto dotis datas donauit matri ſuę titulo donationis irreuocabiliter inter uiuos, & mortua eſt in matrimonio talis uxor ſuperueniente dicto marito, & ſine filiis.

1 ¶ Modo queritur utrum dicta uxor potuit donare in preiudicium dicti ſui mariti res prędictas dictę ſue matri, & donando renocare dictum pactum de lucrando factum cum dicto ſuo marito, maximè obſtante iuramento prędicto per ipſam uxorem, uel non. ¶ Habita ſuper premiſſo dubio deliberatione conuenienti uidetur mihi Federico de Senis minimo decretorum doctori, dictum iuramētum fuiſſe obligatorium, & per conſequens obſeruandum, & contra ipſum non potuiſſe ueniri. ad hoc de iure iur. ſi uerò de ſepul. c. j. ibi ne contra uotum, iuramētum, aut promiſſum & c. ſi diligenti de preſcrip ibi uu-

2 de licitē &c. ¶ Quod autem iuramentum fuerit obligatorium patet per caſus in quibus iuramentum uelidat in ualidum. in quibus par uel maior erat ratio prohibitionis & tamen de prohibito fit permiſſum. ¶ Primum namque probatur per c. cum contingat de iureiu. ubi tenet cō ſenſus mulierum in alienatione rei dotalis uallatus iuramento, in quo caſu nedum mulieri, ſed Reipublicę fit p̄iudicium: ut ff. de iur. do. l. 2. & ſolu. matri. l. j. Item contra prohibitionem. ll. C. de pac. l. pactum. dotali. & de colla. l. pactum dotali. ualet pactum iuramento firmatū ut de pac. c. 2. li. 6.

3 ¶ Item pactum legis commiſſoriæ in pignoribus adeo fuit improbatum a lege ut etiam præterita reſpiceret. ut C. de pac. pig. l. ult. & tamē tale pactum uallatur iuramento ut de pigno. c. ſignificante. & infinitę ll. uiolātur, dum dicimus alienationem rei immobilis factam a minore. 25. annorum ſiue uendendo ſiue alienando ualere; ſi ſit iuratum. ut in anth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uen. ¶ Non ob. de regu. iur. c. non eſt obligatorium lib. 6. Nam illa & ſimilia loquuntur in prohibitione propter ſui turpitudinem, & quæ perpetuā habēt prohibitionis cauſam ut no. in c. cum contingat. & per Dyn. in c. non eſt. ſed donatio inter uirum & uxorem non eſt huiuſmodi. Nam in multis caſibus ualet & morte firmatur. ut notum eſt omnibus & legitur & notatur de dona. c. ul ¶ Sed opponitur. nam cauſa prohibitionis talis donationis fuit nè matrimonia fiant uenalia, & nè ſeparentur licita matrimonia. ergo iuramentum non debet uallare id pp ꝙ detur materia diuortio. nam talia iuramēta ſunt illicita ut de iureran. tua nos. & de regu. ueniens. Reſpondeo hodie ceſſare uoluntarium diuortium, & prohibitum euāgelio & iure canonico ut de diuor. gaudemus. ¶ Item opponitur ꝙ per talem donationē uī ceſſare ſtudiū educādi filios ut primum & ſm probatur. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. 1. & 5. Educatio aùtem filiorum eſt de iure naturali ut 1. diſt. ius naturale & iuramentum in contrarium non ualet. ut de iureiu. c. cum quidam.

4 ¶ Reſpondeo iuramentum præſtitum à parente nè filium nutriat, uel educet, uel præſtitum à filio. cōtra parentes nō obligat. & ſic loquitur. c. cū quidam. Et etiam oē alimenta pe tantur à patre. uel filio non obligat ut no. Guil. in Specu. qui fil. ſint leg. uer. ſed quę quidam. Sed certum eſt ꝙ per tales donationes iuramento firmatas non impeditur ſtudiū educatio filiorum, licet interdum poſſet hoc contingere occaſionaliter. ſed tales occaſiones adeo remotæ nō impediunt obſeruantiam iuramenti ut not. de iureiuran. ſi uero in glo. 2. & de pac. c. 2. in ſi. lib. 6. Item in themate præſupponitur donatricem non habuiſſe filios. Prædicta procedunt ubi talis donatio in augmentum eſſet prohibita de iure ciuili, quia tunc confirmatur iuramento ut dictum eſt. Vbi autem a principio tenuit ſuperflua relinquitur quæſtio de iuramēto. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum appoſui conſuetum.

¶ Receptio in canonicum dictata per Federicum cum iuri approbantibus eam.

QVAESTIO CXLI.

derſis nuncuparentur nominibus ſed eiſdem,& ſi idem e
ſent codicilli, ꝙ teſtamentum cur diuerſis appellarentur
uocabulis.C.de codicillis.l.ſi.& extra de deci.ad audien
tiam,& cum fratrum loco ordinum pręedictorum careãt
realiter & in uulgari communiter nomiue monaſterii ca
rere debent eius effectu.ut l.a nullo.C.de feriis.ibi ſi no-
mine caret & effectu carebit.16.q.1.ſi cupis eſſe quod di
ceris & ff. de uerbo.ſig.l.quibus præcipua cura rerum in
cumbit &c. puta communis uſus loquendi eſt ut mona-
ſterium dicatur habitatio monachorum ut c.monachi.&
c.in ſingulis extra de ſtatu mona.nec appellantur mona-
ſteria religioſa loca ordinis fratrum prædicatorum. Et
ad communem uſum loquendi ſunt intelligenda & refe
renda uerba reſcripti.ut l.Labeo.ff. de ſuppel. le.& extra
de ſpon.ex literis.1 ubi de hoc. Vnde non poteſt de iure
dici ꝙ reſcriptum domini Pręuentii quantumcunq; con
tineat quod aſſerit ad dictum ordinem referatur. Sed in
uerbis ſignificatio ſeu proprietas diſcreparet a cõmuni
uſu loquendi.potius debet uſui quã uocis ſignificationi
ſtari.ut ff. de lega.3.l. Librorum.§. qui tamen Caſſius.&
extra de reſcri.nonnulli.in gl.quæ incipit nunquid &c.
¶Præterea poſito quod uerbum monaſteriorum ex gene
rali

rali proprietate uerbi omnes fratrũ dictorũ ordines cóti
neret, ꝙ eſt falſum. tñ quia dicti ordines non ſpeciale, ac
propriũ aſſumpſerũt à diffinitione generali, monaſteriũ
nullatenus poſſet includi: ut eſt caſus in l. iuriſgẽtiũ. §. 1.
ff. de pac. & l. mortis cauſa capitur in princi. ff. de dona.
cau. mor. quia proprio nomine hic ſpecialiter appellan-
tur. Ideo ab hac generali diffinitione ſeparãtur. ¶Præte-
rea nomina ſupradicta in iure ponũtur. nõ ut eadẽ ſed ut
diuerſa ut ex ui clauſulæ patet ut de reb. eccle. nõ alie. c.
monaſteriorũ ibi aliarũ adminiſtrationũ regulariũ diſpẽ
diis occurrẽtes &c. & extra. lib. 6. de ſentẽ. excõm. alma.
§. ſi. ibi nõ obſtãtibus quibuſuis priuilegiis & monaſteriis
religionibus ordinibus eccleſiarũ diuerſorũ, igitur & ſe
paratorũ debet eſſe cenſuræ conditio ſeparata. l. qui fun-
dũ. §. ſi fundus. ff. pro empto. ibi propriã & ſeparatã cõdi
tionẽ habẽt &c. lib. 6. de præbẽ. cũ in illis. §. cũ autẽ inter
collationẽ præſentationẽ & uiſitationem differẽtiã &c.
ut. C. de dona. inter uirũ & uxo. l. maritus quidẽ. in fi. ſic i
propoſito. facta cõmiſſione de uiſitatione monaſteriorũ
ad ordines fratrum dictorũ nõ põt referri cũ eorũ ſit ab
inuicẽ re & nomine cõditio & ęqualitas ſeparata. ¶Item
alia ratione patet ꝙ reſcriptũ prædictũ nullatenus inclu
dit prædictos fratres, maxime quia ſunt publice & neceſ
ſario mẽdicãtes & ſic fuerũt per tẽpora. xl. annorũ. & am
plius & ꝑ tãtũ tẽpus cuius in cõtrariũ memoria nõ exi-
ſtit. unde cũ reſpectu ſolum non mẽdicãtes aſpicit neceſ
ſario ſequit̃ ꝙ ſint liberi a poteſtate uiſitatoris prædicti.
hoc enim uerbum mẽdicantes &c. eſt participium quod
in uerbum reſoluitur, & tempus poſſunt deſignat cum a
uerbo præſentis temporis formetur. ut in auth. uinum ꝙ
creſto in prin. ibi diſplicentibus &c. cum ſua glo. ff. de ar
bi. l. arbiter. Kalendas ibi dicendum &c. & ff. de leg. 3. l. ſi
chorus. omnes ergo mendicantes qui tempore reſcripti
ab ipſo ſint liberi &c. de facto publice mẽdicant. & quia
reſcriptum non diſtinguit actu uel habitu mendicare nec
nos diſtinguere debemus. ut. ff de pub. eodem precio. ubi
de hoc. 14. q. 3. putauit, ſed uedum poſſeſſio iuris. ſed &
poſſeſſio facti impedit executionem reſcripti in obtinen
do beneficio impetrato. Et quemadmodum mentione
non facta per impetrantem de poſſeſſione iuris apud aliũ
conſtituta uitiatur reſcriptum. ita & ſi obmittitur de poſ
ſeſſione facti. Et ita in propoſito ſiue mẽdicent de iure ſi
ue de facto non includuntur in reſcripto. & prædicta pro
bantur extra de conceſſio. præb. cum noſtras. & c. literas
& Hoſti. in ſumma. eo. titu. §. ut in tantum ubi dicitur qđ
quando beneficium uacat de iure, ſed non de facto prohi
betur conferri. ¶Non ob. ſi diceretur ꝙ fratres prædicti
poſſent in communi proprium poſſidere &c. quoniam &
prędicatores & hæremitæ & carmelitę poſſunt illud idẽ.
tamen cum non habeant propria, quæ ſibi ſufficiant ne-
ceſſario mendicare coguntur & per mendicationẽ publi
cam quærunt ſibi uictum. unde non ſolum actu prædicti
fratres mendicant quod ſufficit ut ſupra probatur ſed ẽt
habitu. i. iure ipſorum uita conducitur. Iccirco ſi quidem
priuilegium habet mendicitas. illud obtinent fratres præ
dicti. quia maxime non uoluntarij, ſed neceſſarij mẽdicã
tes exiſtunt. cui neceſſitati lex ſubuenit: ut l. ait prætor. &
l. ſi minor. §. pe. ff. de mino. & eſt caſus. ff. de ſepara. l. ulti.
ibi neceſſitatis &c. ¶Sed & ipſorũ neceſſitas eſt iuris, &
legitimè approbata ꝙ ſiue actu ſolo, ſiue aptitudine, ſiue
habitu, ſiue utroque uel altero mendicauerint, non poſ-
ſunt nec debent illo iure in dicto reſcripto includi. ¶Sed
poſito quod mendicantes non eſſent ſub nomine mo-
naſterij, comprehendatur ordo fratrum prædictus.
cum tamen proponatur quod fuerit perfecta uiſitatio
per prædeceſſores ipſius quantum ad eos præcipue,
de quibus quæritur, dico quòd ſuper eiſdem articu-
lis & temporibus eiſdem uiſitare non poteſt. nec ſu-
per eo aſſumere officium uiſitandi quia ſufficit ſemel fa-

ctũ. ut l. in diẽ. ff. de aqua plu. ar. 22. q. 5. occurrendus. & X
de elec. c. nullus. lib. 6. quia ẽt de facto eorũdẽ & ut pro-
ponitur abſolutorũ pręcipuè ſępius queri nõ debet: ut l.
licet etiã. ff. de nau. cau. ſta. nec diuina clementia patitur
abſoluta in examẽ & ultionem redire. ut 12. q. ſi. illic ubi
de hoc. & de pœni. di. 3. §. ex his cauſis. Fede. ¶Si uis tene-
re aliã partem ſcilicet ꝙ tale reſcriptũ extẽdatur ad præ
dictos ſeruos, reſpõde ad primã obiectionẽ quæ ſumitur
ex uerbo monaſteriũ. quod licet cõtradicatur loco reli-
gioſorũ, poſſunt appellari monaſteria, quia monaſteriũ
dicitur ſtatio monachorũ, & omnis licet religioſus, eſt
monachus ꝑꝑ tria ſubſtãtialia in quibus omnes cõueni-
unt. ut le. & no. de ſta. mona. quod dei. & de poſtu. c. 2. hic
eſt quod iſto reſpectu locus canonicorũ regulariũ appel
latur monaſterium. ut de ęta. & qua. intelleximus. Et ꝙ lo
cus ordinis mẽdicãtium poſſit appellari monaſterium ꝓ
batur de ſta. mona. c. uno. §. ſane. ubi dicitur quod in mo-
naſteriis monialium quædã ſunt monaſteria ordinis mẽ
dicãtium & quædã ſunt monaſteria ordinis nõ mẽdicãti
um. Itẽ facit de regu. iur. c. 1. lib. 6. nã certum eſt, ꝙ ipſi il
lius cõſtitutionis erãt ꝑdicatores & minores. ut patet. de
exceſ. plato. c. nimis. Item certum eſt ꝙ illa cõſtitutio eſt
generalis ad mendicantes & nõ mendicantes, & tñ ibi ſit
mentio de monaſteriu. bene iura quæ loquuntur de por-
tãtibus habitum in monaſterio uendicãt ſibi locum in or
dinibus mendicantium. Itẽ ſi nomine monaſterij ſemper
intelligeretur ordo nõ mendicãtium poſſet cõprehendi
ſub nomine monaſterium, quare ergo Papa dixiſſet mo-
naſterium, in quocunque ordinum nõ mẽdicãtium ſuffi-
ciebat dicere monaſterium. Si. n. ſub appellatione mona-
ſterij intelligitur ordo nõ mendicãtium, fruſtra in lite-
ris apoſtolicis ponitur dictio nõ mendicãtium & eſt ibi
ſuperflua ſicut ſi diceretur iſte uidet oculo & huiuſmodi
ſuperfluitates, & improprietates ſermonum ſunt fugien
dę. & eſſet ibi figura, quę dicit̃ pleonaſmos. ut no de uer.
ſign. forus ut Papa igit̃ nõ poſſit reprehẽdi de ſuperfluo
ſermone. dicamus ꝙ Papa intellexit ꝙ q̃dã ſunt monaſte
ria ordinis nõ mẽdicãtium. & quædã ordinis mẽdãtiũ. ad
hoc ff. de leg. 3. l. ſi quãdo. Secũda autem obiectio quę hẽt
ꝙ ordo ſeruorum de facto mendicat poteſt ſic iuuari. di
citur in iure ꝙ ſi habens eccleſiam curatam acquirat ſecũ
dam ſimilem, & eius pacificam poſſeſſionem, de facto, ſi
non de iure, uacat prima. ut no. Inno. de app. conſtitutus,
quæritur. & Archi. de præb. li. 6. Item dicitur in iure, qđ
habẽs parochialem eccleſiam debeat facere hoc, & illud.
Vnde quæritur quid ſi eccleſia actu non habeat parochia
nos an intelligitur parochialis. dicit Hoſt. ꝙ non: ut not.
de cle. non reſi. c. quia nonnulli. & Io. And. de elect. licet
canon. & facit quod no. de pręb. eum qui. lib. 6. Ex qui-
bus probatur quod ea quæ ſunt facti impediunt, ſicut ea
quę ſunt iuris. Ad hoc optimè facit ꝙ no. Arch. i c. quorũ
dã ſuper uerbo mẽdicantes. Ibi no. mendicantem cõſide
rare debere, quę in facto cõſiſtũt, & communiter uidetur
quòd cõſiderari debeat qui iuris eſt & non facti de elec.
cum cauſam cum ſim. Nam ordo mendicãs dicitur cui ex
regula uel cõſtitutione interdicitur habere poſſeſſiones
ut de religio. domi. c. 1. lib. 6. & ibi Archid. & Hoſt. no. &
Ioã. And. poſt eum apoſtillat quod licet aliquis ordo de
facto mendicet: ex quo tamen dicitur ex regula uel con-
ſtitutione mendicare non dicitur ordo mendicans. Et
ob hãc cauſam dicit Io. And. quòd ordo ſeruorũ non fuit
reuocatus ꝑ illud concilium Gregor. 10. & communiter
tenemus quod conſtitutio concilij Viẽnẽ. ut poſſeſſores
de regula. non uendicat ſibi locum in ordine ſeruorum.
Item licet plurima pars cõuẽtuũ ordinis ſeruorum de fa-
cto mendicet, non tamen ordo dicitur mendicare. quia
iſtud participium mendicantium iniungitur dictioni or
dinum. Sed certum eſt quod ordo ſeruorum non eſt fun-
datus in paupertate mendicantis, licet conuentus ex acci
denti

denti médicet.pona quod prędicatores & Minores de
facto habeant tot & tanta ꝙ non cogantur mendicar.an
dicemus ordines illos non eſſe mendicantes.abſit ꝙ tale
factum inducat ius ad hoc.de teſta.c.2.¶Non obſt. quod
dicitur de poſſeſſione facti. ut de conceſſ.præben.literas
& c.cum noſtris.quia illud intelligitur de poſſeſſione co
lorata iuris colore. ¶Item nó ob.quod dicitur quod prę
dicatores & Minores poſſunt habere poſſeſſiones in cô-
muni:illud enim eſt factum. & contra ſubſtantiá médicá
tis.¶Item non ob.gl.Arch.poſita in c.quorundam. ſuper
uerbo mendicantes.quia non probat, eſt contra illam
conſtitutionem.de relig.domi.c.uno.lib.6.Item non ob.
ꝙ dictum eſt de eccleſia parochiali ſecũdum Hoſt.& Io.
An.& quia eorum auctoritas non eſt euangelium & con
trarium not.Inno.in c.de multa.de præb.in prin. & Ar-
chi.in c.licet canon.de elect.lib.6.Et dato quod ſit uera
opi.Ioan.An.& Hoſt.in hoc non eſt.quia ceſſantibus pa-
rochianis ceſſat periculum animarum propter quod fuit
ſtatutum,ne quis poſſet habere duas eccleſias parochia-
les,& ꝙ habens eccleſiam parochialem teneatur promo
ueri ad ſacerdotium,infra annum.poſſet tamé dici quod
licet ordo Seruorum ex regula,uel conſtitutione non di-
catur mendicans,ſi tamen ſe geſſerit ut mendicantes &
tractati,& reputati ſint ut mendicantes.Ita ꝙ deuentum
ſit ad præſcriptionem,poteſt dici ꝙ nacti ſunt diuerſam
naturam ordinis ſcilicet mendicantium;nam per pręſcri
ptionem canonicam, curatum efficitur non curatũ eccle
ſia non collegiata efficitur collegiata,res non de menſa
efficitur de menſa ad hoc de reb.eccle.non alie. ut ſuper
& no.de exceſ.præla.c.uno.§.quidam etiam eccleſiis in
cle Ad idem & melius de præb.cum de beneficio.Dubito
& ſubſiſto ualde.

Conſilium Fede.de Senis.

S V M M AE.

1 *Papa an conſtituere poſſit ſub pœna quod vna ciuitas obediat & ſubijciat alteri.*
2 *Capitula & concilia generalia uel prouincialia quare neceſſario fieri dicantur.*
3 *Vicinitas operatur ut quis ex ea commodum,& incommodum quandoque ſentiat.*
4 *Separatorum quod ſeparata debeat eſſe ratio.*
5 *Secreta aliena ciuitatis, aliam ciuitatem, uel exteros perſcrutari non conueniat.*
6 *Inuitus quis extra territorium trahi non debet.*
7 *Conſuetudo quid in ſubiectionibus imponendis operetur.*
8 *Conſuetudo operatur in multis iuris articulis ut etiam circa negatiuam inducatur conſuetudo.*
9 *Per vnionem locorum, iura ſua vbicunq; ſeruari debẽt.*

QVAESTIO CXXXII.

VEnerabilis pater & dominus.B.de lacu cano-
nicus Rutenen. legum doctor & Rector patri-
monij generalis. necnõ ciuitatis Interanen.ſpe-
cialis Rector per ſanctam eccleſiam Romanam
ſpecialiter deputatus.Mandauit comuni & concilio di-
ctæ ciuitatis ut mitterent Poteſtaté ſuum Sindicum & ali
quos Ambaſciatores ad Caſtrum mõtisflaſconi ad parla
mentum ſub quarundam appoſitione pœnarum. Nunc
1 autem primo quæritur † an dictum Commune teneatur
comparere in dicto loco ad parlamentum poſito pro cõ
ſtanti,ꝙ temporibus retroactis non ſit dictum Commu-
ne conſuetum ad parlamentum ibidem comparere. ¶Se
cundo quæritur,an dictum Commune teneatur ibidem.
uel alibi extra iuriſdictionem & teritorium ipſius Ciui-
tatis reſpondere coram dicto Rectore in cauſis ciuilibus
uel criminalibus,de actis & factis in iuriſdictione & ter-
ritorio ipſius ciuitatis.¶Tertio quæritur an ſingulares p-
ſonæ dictæ Ciuitatis teneantur extra iuriſdictionem &
territorium dictæ Ciuitatis coram eodem comparere in
ciuilibus & criminalibus cauſis,de actis & factis in dicto
terriorio.¶ Viſis ſpeciali commiſſione facta eidem Re-
ctori de dicta ciuitate per Sanctiſſimum dominum Bene
dictum Papam 12.& priuilegiis eidem Ciuitati per apo-
ſtolicam ſedem cõceſſis.¶ Super quibus primo habita de
liberatione conueuienti arguendo.primo uidetur ꝙ di-
ctum Commune cõparere teneatur per c.nouit de off.
leg.Nam cum plures Prouinciæ,Nationes,& ciuitates,&
loca ſint commiſſæ ſeu commiſſa tutelæ & gubernationi
iſtius domini Bernardi per eum qui poteſt in loco quoli
bet ſui regiminis vel locationis tractare & eſpedire nego
cia ad totam legationem ſuam uel regimen ſuum perti-
nentia comuniter uel diuiſim:ut in d.c.nouit.de off.ordi.
2 cum epiſcopus.lib.6.¶ † Nam & Metropolitanus.qui cu-
ram habet totius Prouinciæ cõuocat ſemel in anno præ
latos totius prouincæ ad ſedem Metropolitanam ad tra
ctandum de ſtatu eccleſiæ,& reformatione Prouincialiũ
communiter & diuiſim.17.diſtinct.per totum. & de acc.
ſicut olim.Si etiam religioſi conueniunt ad locum com-
munem ad tractandum de factis Prouinciæ communi-
ter & diuiſim.ut de ſta.mona. in ſingulis & in nouisſimis
cõſtitutionib.do.Papæ Benedicti monachis & canonicis
regularib.¶Pax tranquillitas & bonus ſtatus ciuitatis In
teranẽ.non poſſet ſeruari niſi ſe conſormet cum uicinis
3 locis & ciuitatibus ut eaperientia probat.† Nam ſæpe ex
uicinitate hẽt quis commodum & inommodum. de pri
ui.ſuper Spec.& de pœni.diſt.1.§.ſed in continuo,& cor
tina cortinam trahit de ſacra unctio.ca.uno poſt princi-
pium. ¶Experientia quædam docet quod malus ſtatus
unius ciuitatis conturbat aliam ciuitatem. Morbi enim
contagioſi palmites ſuos delent,extendunt,& uicinos in
ficiunt.de coniug. lebr.c.1.de eccle.edi.c.1.Expedit ergo
ad conſeruandum bonum ſtatum locorum & terrarum
commiſſarum & commiſſorum curæ & gubernationi di
cti domi. Bernardi ad locum communem facere conci-
lium uel parlamentum, quia cum ſtatus & trãquillitas il
larum terrarum dependeat adinuicem,& commodè ſepa
ratim tractari non poſſit de utilitate ipſarum conſequẽs
eſt ſeu conueniẽs ut in uno loco magis aperto & conue-
niẽti communi,prouincialibus conſueto fiat illa cõuoca
tio.facit.ff.de offi.procon.l.obſeruare.uer.& hoc enim &
eodem tit.ſi in aliquam ibi ſecundum morem & conſue-
tudinem &c. ¶ Sed cõtra uidetur.nam regimen & cura il
lius ciuitatis Iteranẽ.eſt commiſſa domino Bernardo ſpe
cialiter per Papam.& nullam habet communionem cum
patrimonio. & ſic cum diuerſo iure cenſeatur ſeparatim
4 & per ſe debeant eorum negocia eapediri,† ut ſeparato-
5 rum ſeparata ſit rõ.ad hoc de præb.his qui lib.6. † Non
enim cõuenit alienæ ciuitatis ſecreta,aliam ciuitatẽ, uel
6 cætoros ſcrutari;ut C.de commo.l.4.† nec dẽt quis trahi
eatra ſuum territorium inuitus.ut no.de off.de.ut litigan
tes in glo.2.de foro compe.c.uno.§.ex eiſdem in uerbo
indulgemus in cle.præterea ſi ciuitas iteranen. haberet
ſuum proprium Rectorem quis dubitat ꝙ ille Rctor non
debere trahere ſeu tractare facta illius ciuitatis extra ter
ritorium ſuum,& dico ſic de Rectore patrimonij, quod
ergo in dubiis perſonis recipitur hoc in eadem pſona re
cipiẽdum eſt.ut ff.ſi cer.pe.l.ſingularis.¶Expedit ergo ꝙ
Rector patrimonij patrimonialia tractet in patrimonio
& alia ſibi cõmiſſa ſpecialiter in locis ſibi ſpecialiter cõ-
miſſis. ſicut dicimus de eo qui habet duas eccleſias in di-
uerſis epiſcupatibus.ut no.de præb.c.quia in tantum. Ex
contrario poſſet ſequi abſurdum. pone ꝙ huic Rectori
patrimonij ſit commiſſa cura ſpecialiter cuiuſdam loci
de Marchia,nunquid Nuncius illius loci tranſibit per ter.

ras non ſubiectas quia per Ducatum & Patrimoniū. Ab
6 ſurdum eſt dicere† non.n.ſine magno incōmodo à rebus
7 noſtris auocamur.C. de teſti.l.ſi ante.ff.eo.ti.l.3. ¶† Sed quicqd ſit ex quo in themate pręſupponitur, quod dictū [illegible] non eſt conſuetum ire ad parlamentū in dicto loco, nō eſt dubium ipſum non teneri in poſterum ad eundum. nam in talibus conſuetudo pōt operari ut in multis iuris articulis. patet de foro comp.cum contingat. & de cler. coniug.cum olim.& de offi.ordi. Romana.de foro compe. Romana de ſen.excom.Romana.cum ſuis gloſ.ff.de officio procu.l. obſeruare. & l.ſi in aliquam.& de teſt. l. 3.10 ſi.& de iur.imm.l.ſemper. §. legem.ff.ꝙ ui aut clam. l.1.§.5.& quod cuiuſque uniuer.nō.item eorum.cum ſuis gl.& concordat ēt qđ circa negatiuam inducatur conſuetudo.ut patet de preſcrip.attēdētes.& c. de quarta. & de pręben.cum in eccleſiis.de conſue.c.3.lib.6.& de electi. cum inter uniuerſas.& de teſti.ſeries.¶Ad ſm dubium dicēdum eſt quod.ſi ꝑ literas apoſtolicas.uel coram delegato Papę cōueniretur Vniuerſitas Ciuitatis Interanen.ſeruandum eſt.c. ſtatutum.c.2.de reſcrip.lib.6.Sed ſi conueniatur coram Rectore dicendū eſt.qđ ipſe rector ꝑ ſe uel ꝑ alium dēt ſedere pro tribunali in territorio Interanen. Fingo.n. ꝙ una perſona ſit Rector in Patrimonio.& alia pſona ſit Rector Interanen.quis dubitat quod Rector Interanen.non poterit ſedere Narniæ uel alibi,extra enim territorium ſuum &c.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.2.§.ul. & de conſti.c.2.li.6.Ad hoc optimē facit 11.q.1.ſi quiſquā ibi. Si quis aūt laicus clericum duxerit eſſe pulſandū ad epiſcoporum iudicium in eadem ciuitate uel territorio conſtitutorum proponat eas quas ſe exiſtimat hēre actiones. & facit qđ ibi no.Arch.nam epiſcopus Interanē.ſuos ſubditos inuitos nō poſſit trahere Narniam ēt conſentiente Epō Narniē. ibi & Interan. ibi ſedeat ibi not. & Archi.& Io.An.de offi.or.ut litigantes.in gl.2.non ergo dēt fieri deterior conditio Interanē.ſi cura ſua & etiam Patrimonij unicę & eidem pſonę ſit commiſſa.& pro iſta parte faciunt iura allegata ſup primo dubio.In ſecunda parte ꝑ unionē. n.locorum non turbatur iuriſdō alicuius, ſed ſura ſua unicuique ſeruatur.de reli.do.c.2 .ſed in tertio dubio dicēdum eſt qđ proximē dictum eſt ꝙ uniti ſūt tēhēdi extra territoriū Interanē.ꝑ iura proximē allegata. Et ita uidetur mihi Fede. de Senis ſaluo ſemper &c.

¶Reſponſio domini Fede.ad plura dubia.

SVMMAE.

1 *Populi ciuitatis interdictio:an ſingulares omnes comprebendat.*

2 *Laicus & ſi interdictus quod nihilominus eligere poſſit & præſentare.*

3 *Interdictum quod ſi minus quàm excōicatio minor.*

4 *Excommunicatio minor quod non repellat ab electione.*

5 *Contumacia uel negligentia uno actu commiſſa:an in ſequentibus præiudicet.*

QVAESTIO CXLVII.

Quidam de Ciuitate Tuderti. quę Ciuitas cum ſuo populo eſt interdicta. fuit receptus in familiarē per uicinum epm, q ſtatim ordinauit eundem ſi-ne licētia epi Tudertini, & poſt paucos dies fuit electus & pręſentatus per patronos ad quoddā beneficiū uacans. Quęritur an dicta ordinatio ſit legitimē facta.Et an dicta electio ualeat.Et uī ꝙ non ſit legitimē facta dicta
1 ordinatio duplici de cā.Prima quia † cū populus alicuius ciuitatis eſt interdictus ſingulares perſonę de ipſo populo ſunt interdictę.nec in aliquo loco dēnt recipere eccleſiaſtica ſacramenta ut de ſen.excom.c.ſi ſola.in ſi.li.6.Secunda quia non habuit licētiam proprij epiſcopi.non obſtante ꝙ eū in familiarem aſſumpſerat ut de tēpo. or.c.2. & ibi gl.li.6.Et ideo cū dictus electus ſit interdictus,& ēt ſuſpenſus a cōſecutione ordinis,meritō eius electio ualere nō debet,ad hoc de conſue.cū dilectus & de ele.cū inter.& de cle.ex. mi. & quia ꝑpter prædicta puniri debeti merito honorari nō debet.ad hoc de præb.eū qui. li.6. & quod no.e.tit.cui i ſi.de æta. & quali.c.ult.Interdicti ue-
2 ro laici poſſūt eligere uel præſentare† quia minus eſt tax le interdictum q̄ excommunicatio minor,q̄ non repellit
3 ab electione ut de ele.excom.mi.c.ulti.in ſi.†Item quia ordinarius nr̄ ambitioſē ut promoueret ad hoc de elec.c. cū ad noſtrā.& c.officij.& ſic ſola ambitio debet eū repellere.ut de elec.per inquiſitionē & ibi no.¶Item caſus talis eſt.12.ſunt patroni in eccleſia habentes uices ſeu uoces æquales,& inęquales,uel omnes æquales,uacante dicta eccleſia omnes eligerunt uel pręſentauerunt, quę electio fuit per epm confirmata.Io ſequenti uero uacatione aliqui ex pdictis patronis, uel filij alicuius illorū defuncti nō interfuerūt electioni, puta qa fuerunt abſentes uel ignorauerunt uacationē eccleſię,non tamen fuerunt per cōtradictionem uel negationem expulſi.ſed ſimpliciter apparet eos non interfuiſſe.¶Quęritur an in tertia uacatione debeant admitti ad electionem ſimul cum illis,qui fecerunt ſecundam electionē,an uero illi ſoli debeant facere tertiam electionem,qui inueniuntur feciſſe ſecundā Et uī qđ illi ſoli,qui fecerunt ſecūdā electionē debent facere tertiā.ad hoc de el.querelā.& de cau.po.& proprie. c.cū olim.de iur.pat. conſultationibus.Sed contrariū credo uerius.nam licet aliquis,qui habet ſimul cum alijs eligere ſemel non elegerit , non ſequitur quod propter hoc amiſerit ius nec poſſeſſionem iuris eligendi , quia talis poſſeſſio ſiue ſeruitus non acquiritur niſi interpellatione,uel contradictione adhibita,quia alias non potuit apparere ꝙ celebrantes ſecundā electionē habuerint animum excludendi cōpatronos, uel ꝙ ſoli deberent eligere.ut no.de uer.ſig.c.abbate io gl.hoc modo.& de cā poſ.
4 & proprie.c.3.in 4.glo.¶ tē † contumacia,uel negligentia in uno actu,non piudica in ſequentibus.ut no.de do. & cōtu.c.2.lib.6.& de elec.eccleſia ueſtra.& hoc expreſſē no.per Compo.in d.c.querelā.ubi reſpondet ad cōtraria.q loquuntur qn ille,q dicebat ad ſe ſolū pertinere ius eligendi,paſſus eſt alium eligere. Sed in caſu noſtro illi, qui non celebrarunt ſecunda electionem non contendebant ad ſe ſolos pertinere ius eligēdi,ſi habebant ius colligendi cū aliis.Itē illi qui fecerunt ſecundā electioē.ſi uellens ſe dicere ſolos in poſſeſſione iuris eligendi,eorū poſſeſſio eēt malęfidei.cū ſcirēt ſe cōpatronos hēre,q poſeſſio nō iuuat.ut no.in d.c.conſultationibus.¶Item caſus talis eſt.ſex ſunt patroni in una eccleſia.duo eligunt ipſa uacante dignū,quatuor eligunt indignū.¶Quęrit nunqd electio facta a duobus poſſit per epiſcopum admitti.& uidetur quod ſic,per id quod le.& no.ta. de poſtu.gratum. & de ele.bonę.iu contrarium uidetur. Nam patroni laici eligentes indignum non ſunt priuati poteſtate eligendi.ut no.de offi.ordi.cum nos. de præb.c.1.lib.6.per Archi.ergo illi duo non faciunt maiorem partem. ¶Ad hoc dicēdum,eſt quod dicta electio ſeu præſentatio duorum poteſt imo debet per epiſcopum admitti.Nam in præſentationibus patronorum laicorum non eſt neceſſe,ꝙ maior pars concordet.ſed ſufficit quod aliquis habeat maiorem partem comparatione aliarum partium . ut de iure patrona.c.3.& conſueuit recitari de elect.eccleſia .el.2. Vnde ſi duo elegeruntvnū,& quilibet de illis quatuor eligit aliū,certū eſt qđ electio duorū ualebit multo fortius dēt ualere electio illorū duorum:ſi iſti quatuor nullam electionē fecerūt uel fecerūt de indigno. iſta ſolutio poſſet ſuſtineri io fine tpis dati ad præſentandum. Et maximē ſi ignoranter præſentauerunt per notata per Com-

K po.

po.in c.cum olim nobis.de elec.¶Mellus facit quod not. Io.And.in nouella de offi.ordi.cum nos ſuper glo.2.Quidam dicunt ad finem.Lapus.

¶Reſponſio cujuſdam ſcholaris ad unum dubium de quo ſe cum contulerat Fede.

SVMMAE.

1 *Oppoſitione propoſita contra beneficiatos, quod non ſint ritè inſtituti, cui parti incumbat probatio.*

2 *Præſumptio an ſit cauſa transferendi onus probationis in aduerſarium.*

QVAESTIO CXLVIII.

Caſus talis eſt.¶Aliqui ſunt canonici alicuius ec
1 cleſiæ ſiue ordinis & beneficiati. Modo † opponitur contra quēdam ſindicatum, quòd nō interfuit maior pars canonicorum,& opponitur de illis beneficiatis,& ponitur in poſitionibus ꝙ illi ſunt cannnici illius eccleſiæ uel ordinis.¶Modo quæritur cui incumbat probatio uel opponenti contra ſindicatum.uel producenti ſindicatum, ſcilicet ꝙ fuerint præſentes, ſiue in loco unde debuerunt uocari.uel ꝙ fuerunt in loco de quo non debuerũt uocari.Et uidetur ꝙ incumbat probatio ei qui opponit cōtra ſindicatum.ſ.quod fuerint in loco unde debuerunt uocari.Et ſic aut iſte qui opponit contra ſindicatum agit,aut excipit.Si agit,tunc actor probet quod aſſeuerat.alias ad neceſſitatē probandi contrarium non aſtringit.6.q.ult.actor & actore probante.&c.extra de cau.poſ.cū eccleſia de iureiu.c.ul. de ecc.benefi.ut nō ſtrũ cũ.ſi.¶Si excipit,tunc reus excipiendo fit actor. ff.de proba.l.in exceptionibus.& ita ſibi incumbit probatio.ut
2 ſupra dictum eſt. ¶†Preterea præſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem.ut extra de proba.ex inſinuatione. & in prædicto.c.ul. de iureiur.& prædicto ca. ut noſtrum.ut eccl.benefi. & C. de proba.l.ſi poſſidentis. ſed præſumptio. eſt pro eo q uſ ſinditatus. Nā inſtrm publicũ ſeu tenor inſtri publici ipſius ſindicatus dicit,ꝙ canonici nominati in ipſo faciunt capitulũ,uel maiore partem,ideo nedum pſumptionem facit. ſed plenā probatiōnē,qa equalē uim habēt in cauſis teſtes, & inſtrumēta.extra de fide inſtru.cum Ioan.imo fides inſtrumētorũ præfuit teſtibus.ff.de proba.l.homines. l. cum de indebito.§. pe.& C.ſi mi.ſe ma.dix.ſi alterius in fi. & C.arbi.tu.l.ult. & faciunt caſus no.de cēſi.c.1.li.6.maximè cum quæritur de facto non recenti , ſicut eſt iſte ſindicus qui fuit factus iam ſunt plures anni.quia memoria hominum labilis eſt: unde cum ex prædicta ſindicatu ſit fundata;imo probata intentio actoris.quo ad ipſum ſindicum allegans contrarium habet probare illud. quia fundata intentione actoris reus habet probare. C. de proba.ſiue;i g.di.quia ſunt culpe.& e.di.contra morem. Item facit alia præſumptio pro ſindicatu.quia illi canonici qui dicuntur non uocati ad ſindicatum ſunt abſentes in tali loco unde non debēt ad hoc uocari præter unum uel duos qui nunc ſunt præſentes:imo dico ꝙ iſte obijciens cōtra ſindicatum nō debet admitti ad probandum illas poſitiones quia probantem non releuaret,& quis non debet admitti ad probandum ꝙ probatum non releuat,extra de ele.com dilectus ultra mediũ.extra de offi.deleg.cũ cōtingat.§.uerũ.& de ſimo.p tuas ad fi. uer. qm cũ ſimilibus.Et ꝙ prædictæ poſitiones pbatæ nō releuāt probat, qa eſto ꝙ probent eſſe canōici eiuſdē eccleſiæ,uel ordinis,nō tñ eſt probatũ eos reſidētes.& deſeruiētes ibidē,ꝙ reqrit,in hmōi cōtractibus faciendis in qbus ſufficit minoris conſenſus partis deſeruientium.ut x.q.2. hoc ius porrectum.uer.ꝙ h nec uocantur ad hoc abſentes.ut no.de ele.cum inter uniuerſas in glo.tanquam retento in fi. & no.per do.Ioan.de offic. ordi.quamuis in glo.ſ.de prouincia.li.6.de teſti.præſentiũ in gl.ibidē reſidentium.co.lib.& idem ibi Archi.& de præben.cum in eccleſiis.in glo.pe.in fi.eo.lib.& hoc uerũ ꝙ non uocantur abſentes preterquam in tribus caſibus.ſ. in receptione canonicorum,in collatione præbendarum & beneficiorum.ut in prædicto c.cum in eccleſijs.li.6.& in electione prelatorum. ut extra de elect.cum inter uniuerſas.& c.corā.& c.bone.2. & 63.di. quanto cũ ſimilib. In quibus uacant hi,qui cōmode uocari poſſunt.ut in preallegatis iuribus.& c.quia propter.extra de ele. & ita intelligat ꝯtraria. Sed in alijs contractibus ab his tribus dũ non ſunt uocandi abſentes;Sed credo quod ſi beneficiati eſſent præſentes in terra non eſſent uocandi per illum.§. hoc ius. ¶Præterea quod dicit maiori parte ibi ſeruientium.quod uerbum eſt penè ponderandum , & maximè cum habeamus conſtitutionem.quòd beneficiati nō poſſunt ſtare in c.ultra triduũ.& hoc credo quòd ſenſerit.B. in pdicto.c.cũ inter & do.Io.An.in tribus.c.ſupra allegatis.In quibus omnibus dicitur ꝙ ad talia non uocatur abſens,non dixerũt beneficiati.quaſi uelint quòd illi ēt præſentes nō uocarent ad talia. & ita ſeruamus nos de cōſuetudine.& credo,ꝙ alii teneant.¶Præterea q dicit aliquid non ualere ex eo,quod aliqui non fuerint uocati per conſequēs dr̄ eos contemptos.Sed de contemptu alterius,tertius agere nō poteſt.ut de præben.cũ in eccleſiis. li. 6.ibi eis inſtantibus quaſi dicat non aliis.Item tunc non eſt nullum,ſed annullandum ut ibi.hinc eſt quòd ipſi poſſint ratificare ſi uolunt ut extra de elec.quod ſicut quod nō poſſent ſi eſſent nullum,ut extra de ele.auditis. Nec ēt debet admitti ſi uelit eas emendare. quia eſt elapſus terminus ad probandum illas exceptiones.

¶Dominus Griffolus.

SVMMAE.

1 *Contractus poſſunt diuerſis modis , & ſignis, & loquelis iniri.*

QVAESTIO CXLXI.

Lex dicit quòd refert utrũ Græca , uel Latina lingua
1 contractus celebretur,†dũ tamen ſe contrahentes intelligant,ſiue per ſe, ſiue per uerum interpretē ut.ff.de uerb.ob. l.1. in fi.ſed qualiter debeat conſtare de uero interprete , quando contrahentes ſe adinuicem non intelligētes per interpretē contrahunt , non memini me legiſſe in ſpē aliquam legē hoc dicentē.puto tamen quòd ſi ſenſu aliquo pōt percipi de mente contrahētium per interpretē,quia annuit capite uel humeris ad dictũ interpretē,pōt ſufficere , ar.ff.de teſt.l.q teſtamento.§.ſi.ibi hoc.n.Diuus Marchus Diuo Iuliano in te ſte, q Latinè loqui non nouerat.reſcripſit.Nā ſi uel ſenſu percipiat,&c. & de uerbor.obliga. l. 1. §. quaſi ſine uerbis annuiſtis legat.3.l.nutu.Aliud per me uidere non poſſum. ¶Per hāc reſponſionem non ſoluitur dubium,quo arguitur.quomodo notarius uel teſtes poſſint ſcribere, uel ratificare quòd contrahentes dixerint,uel fecerint cũ eos nō intellexerint , quãuis interpres dicat ꝙ contrahentes hoc dixerunt uel fecerunt .

¶Conſilio Federici ſuper nouo dubio.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus an de bonis pro anima relictis quartam,detrahat.*

2 *Fratres continentes tertij ordinis Sancti.Fran. quod non ſubſint epiſcopo loci , licet in aliquibus ſint priuilegiati a uexationibus ſecularibus.*

3 *Fratrum continentium tertij ordinis ſtatus,quod dicatur modus uiuendi & ſi regula uel religio.*

Perſona religioſa non ſemper dici poteſt eccleſiaſtica.

5 *Religioſi nomen quod ſit ualde generale.*

QVAE

QVAESTIO CL.

CVm aliqui boni uiri cupiant animas ſuas ſalua
re, & de bonis ſuis temporalibus Deo, & ſuæ
benedictæ Matri ſacrificium offerre relinquen-
tes & teſtantes in ſuis ultimis uoluntatibus ſuos hæ-
redes ſiue hæredem Capitulum & Conuentum fratrum
pœnitentiæ. de quadam Ciuitate tertij ordinis ſancti Frã
ciſci. qui uocantur cõtinẽtes. non aliquam condõnem in
dicta hæreditate ponẽtes, niſi ꝙ ipſum capitulũ dictorũ
fratrũ de ipſa hæreditate, & de bonis poſſint agere ſicut
1 nolunt ut hæredes. † Quæritur utrum ep̃s ciuitatis poſſit
petere ab eis de dicta hæreditate eis relicta quartam uel
nõ. uel ẽt de legato eis relicto in aliquo teſtõ. ¶ Chriſti no
mine inuocato ſuper præmiſſo dubio habita deliberatio
ne conuenienti, uidetur dicẽdum ꝙ nec de hæreditate nec
de legato ep̃s poſſit petere quarta. Primo quia hãc quar-
tam ep̃s petit à Monaſterijs, & eccleſis. ut de teſta. c. offi-
cij. & c. requiſiſti in fin. Sed iſtis nec ſub nomine monaſte
rij, uel eccleſiæ aliquid relinquitur. nec immeritò, q̃a nec
Monaſterijs, nec eccleſiis, nec locis eccleſiaſticis ĩtitulati
ſunt. Item ep̃s petit quartam à locis & perſonis ſubiectis
iuriſdicti oni ſuæ unde eſt ꝙ ſm Inno. in c. officij. & Pe. de
ſap. in c. requiſiſti. non põt petere quartam ab exemptis.
2 † Sed iſti de tertio ordine nõ ſubſunt epiſcopo loci licet
in aliquibus ſint priuilegiati à uexationibus ſecularibus.
Vnde potius eorum ſtatus dicitur quidam modus uiuẽdi
q̃ regula uel religio ut no. Io. An. & Pau. de ſenteu. ex. c.
pe. in cle. Et poſito ꝙ eorum ſtatus appellatur regula uel
4 religio, nõ ſequitur † ꝙ ſint perſonæ eccleſiaſticæ. nã lai
ci bene uiuentes iuſti & honeſti appellantur religioſi. de
conſti. eccleſia. & de re. ecc. non alie. c. ulti. & quia iſti ma
gis ſunt deputati operibus pietatis & cõtẽplationis quã
cæteri laici. ideo appellantur religioſi, nã & totus popu
5 lus Chriſtianus dicitur Chriſtiana religio † nam nomẽ re
ligioſus eſt ualde generale. ut no. Arch. poſt Iſidorum, &
Tullium de regula. c. 1. li. 6. Et quia iſti rectè, & ſui quan
dam normam uiuunt, meritò eorum ſtatus põt dici regu-
la. iij. diſt. regula. Sola ergo obediẽtia, quã præſtant ſuo
Miniſtro non facit dici eos religioſos, uel profeſſos. Ad
qđ facit qđ not. in Spe. de ſta. mo. uer. 37. ¶ Et conſidera-
to qđ leg. & not. 12. q. 1. duo. plura ſunt illa, quæ ſuadent
iſtos debere eſſe potius ſub genere laicorum quam cleri-
corũ. & idẽ pro iſta parte dẽt iudicari. ad hoc de proba. li
cet & legitur & no. 12. di. c. 1. Igitur cum nõ ſunt religio
ſi proprio ſumpto uocabulo. nec clerici, nec pſonę eccle
ſiaſticæ, ꝙ interpretatur cõſuetudo, quę hẽt eos cõueniri
poſſe coram iudici bus ſecularibus. ſequitur ꝙ relicta iſti
ſunt relicta aut tanq̃ pauperibus, aut tanq̃ amicis, aut in-
tuitu pſonarũ ipſarũ bene uiuẽtiũ, aut i opera pietatis, et
eleemoſynæ erogantium. & in nullo iſtorum caſuum cõ
petit epiſcopo quarta. ut de teſta. requiſiſti ad fin. & de
teſt. requiſiſti ad fin. & de uerbo. ſigni. ex parte. iij. & no.
de ſta. mo. c. iij. Ego Federicus de Senis minimus decreto
rum doctor nunc Peruſii actu legẽs, pro ut ſuperius conti
netur ſic cõſulo. ¶ Si pauperibus alicuius hoſpitalis ad iu
riſdõnẽ eccleſiæ ptinẽtis relinquitur aliquid, an debeat
quarta. uide per do. Ia. de conuer. coniu. dudum. additio.

¶ Prima reſponſio eſt legiſtarum.

SVMMAE.

1 *Caput & membra unum corpus conſtituunt, quod diuer ſo iure cenſeri non debet.*
2 *Præuaricatio cõſuetudinis & legis pari paſſu ambulãt.*
3 *Munera in iure diuerſimodè conſiderantur.*
4 *Acceſſoria iudicantur ſecundum rerum principalium condtionem.*
5 *Vſu an poſſit fieri quòd una eccleſia quo ad onera ſubij- ciatur alteri.*

QVAESTIO CLI.

THema tale eſt. monaſterium S. Galgani ſitum eſt
in diœce. uulterana cum aliquibus ex membris
& Grangijs ſuis alia ſua bona habet per diuer-
ſas uicinas diœceſes. à tpe uerò, de quo contra-
ria non extat memoria ſoluit collectas papales decimas
diœce. ſuo Vlteranẽ. ubi ſitũ & allibratũ eſt ꝓ ſe & oĩbus
mẽbris & redditibus ſuis nec unq̃ alibi ſoluere, cõſueuit
uerò ꝓceſſu tpis dictũ monaſterium acq̃ſiuit alia bona
ſ. poſſeſſiones, & domos in diœ. Aretina & Senẽ. Groſſæ
tenẽ. & Maſſaten. quarũ eccleſiarum ep̃i. ſ. Aretinẽ. Groſ
ſetenẽ. & Maſſatenẽ. in cuius diœ. bona hmõi ſunt ſita
cogũt dictũ Monaſteriũ ſoluere tales collectas, & hmõi
impoſitiones papales. Sed Abbas & monachi dicti Mo-
naſterii cõtradicũt dicẽtes ſe ad hoc non teneri Cõſuetu
dinẽ prædictã allegãtes lõgis retro tpibus obſeruatã, ui-
delicet ut monaſteriũ p̃dictũ ꝓ ſe mẽbriſque & redditi-
bus ſuis ubicũq; exiſtãt ſoluat impoſitiones uel collectas
ſuas in diœceſi ubi ſitũ eſt Monaſteriũ principale, unde
quęritur q̃d iuris. ¶ Et uĩ in dubio dicẽdũ ꝙ cũ nõ licet à
capite mẽbra recedere. extra de pręſcri. cũ nõ liceat. q̃a
idẽ ius ꝙ eſt in toto quoad totũ, eſt in parte quo ad par
tẽ, uel reſpectu alterius partis, cũ etiã in parte retineatur
ius totius ut extra de deci. cũ tua. ff. de ſerui. urba. prędio.
l. una eſt uia. hoc dẽt multofortius eſſe p totũ. ut p cõſue
tudinẽ in tẽpus obſeruatã, ꝙ ad oẽm ſui partẽ itelligatur
eſſe cõſuetudo & ad omnem ſui partem extendatur, ad
iſtã partem & membrũ de nouo quęſitũ ſicut ad omnes
alias extenditur. Item uideo ꝙ ſi aliqua capitula uniũtur
cõicant ſibi priuilegia. & etiã cõſuetudines quas habent
adinuicem ſicut in eis utilius & expediens eſt. ut ponunt
do. expreſsè. extra ne ſe. ua. c. ſi. & 16. q. 1. & tpis qualitas.
ergò multofortius hoc eſſe debet ubi aliq̃d alteri ſubijci
tur tanq̃ membrũ, & pars ſua ut ſuperius dixi facit adhoc
extra de deci. ex parte. & expreſſe de ſta. mo. recolentes.
1 ¶ † Præterea cum caput & membrũ ſeu membra conſti-
tuãt unũ corpus & pfectũ & totum, una & eadẽ res dica
tur eſſe aſſertiuè. quę diuerſo iure cenſeri nõ debet ut ex
tra de priuile. quia circa. & prędicto. c. cum in tua. & ex-
preſsè. 12. q. 1. cognouimus ubi diuerſa cõſuetudo & du-
plicitas in talibus reprobatur. ¶ Nec ob. c. cum in tua de
dec. ꝙ a contrario non rectè ſentienti poſſet induci quia
in præſcriptione loquitur, quę eſt odioſa & reſtringen-
da. Maximè cum in caſu illo loquitur in decimis uideli-
cet detentis a laicis ut etiã ibi no. Nec credo ab aliquo du
bitari debere quin p conſuetudinem poſſit induci ut po-
tius in uno loco quã in alio decimæ & collectæ huiuſmo
di ſoluãtur cũ hoc etiam inducat præſcriptio extra de re
ſti. ſpo. ad decimas li. 6. Ergo fortius hoc poterit conſue-
tudo: quæ eſt uelut lex ſeruanda. ut patet p eius tranſgreſ
2 ſionis pœnam. ubi † pœna incurritur quemadmodũ per
præuaricationem legis. ut patet 11. di. in his. & expreſsè
probatur præallegat. titulo. de deci. cum ſint homines. &
eod. tit. apoſtolice. & c. in aliq̃bus. & illa eſt quæ dr̃ opti
ma legum interpres. extra de conſuetudine cũ dilectus.
¶ Ex quibus concludo Monaſterium præfatum in origi-
nali ſua diœceſi debere ſoluere p̃dicta oĩa etiam pro iſto
membro de nouo quæſito, & aliis membris & non in a-
liis diœceſibus. ſ. Aretinẽ. Sen. Groſſetenen. & Maſſaten.
¶ Super p̃miſſo q̃onis themate eſt proculdubio de iure di
cẽdũ dictũ Monaſteriũ ꝓ poſſeſſionibus, quas poſſidẽt in
alijs diœceſibus q̃ in ea qua ſitum eſt, nõ poſſe ad aliquas
collectas de iure compelli. & hoc ſic ꝓbatur. Conſtat. n.
3 † ꝙ munera alia perſonalia alia realia. Et realia ſũt dupli
cia. Nam alia ſũt q̃ ipſis poſſeſſionib. inducũtur ſiue ſint
in diœceſi, ſiue non habitent ut tributũ ut C. ſine cẽſi. uel
reli. l. oẽm. & C. de epi. & cle. l. de his 11. q. 1. magnũ q̃dẽ
& c. ſi tributũ cũ ſimilibus. ¶ Alia dñr realia ſiue patrimo
nialia. i. quę imponunt perſonę ꝓ rebus. i. ſm rerũ ſubſtã-

tiam.& tamen non poſſunt imponi niſi ciuibus,uel inco
lis & nõ aliis licet ibi poſſideant agros uel fundos:ut C.
de incolis.l.eſt uerum & l.cum neque & l.ſi in patria.cũ
ſimilibus. Cum ergo Monaſterium S.Galgani ſitum ſit in
diœceſi uultera na,debet in dicta diœceſi hmõi collecta
quæ imponuntur Monaſterio pro rebus.i.ſm uires rerũ
ſoluere in dicta diœceſi,& pro bonis quæ in aliis diœc.
poſſidet.& nõ in loco uel diœceſi,in qua poſſidet.ut di.
ctis.ll.& eſt caſus.ff.de mu.& hon.l.reſcriptum.§.ult.Nõ
obſtat.l.munerum.§.primorum.ff.de mu.& hon. & l.for
ma.§.ſi uero quis &c.de cenſi.cum ſimi.quia illa habẽt l.
cũ in muneribus merè realibus ideſt quæ ipſis bonis in-
ducuntur.ut ibi patet,ſed in propoſito huiuſmodi colla-
tiones ſiue collectæ imponuntur Monaſterio pro rebus,
ideſt pro rei ualentia ſiue ualore,uel extimatione de cẽ
ſi.ſopitæ & c.cum inſtantia.& c.procuratione ergo &c.
¶ Item cõſtat ꝙ Monaſteriũ eſt principale & bona ſunt
acceſſoria , ſed acceſſoria principalium naturã ſequun-
tur.ut ff.de reg.iur.l.cum principalis.ff. de pec.l.i . & ii.
ſed conſtat quod monaſteriũ ipſum non ſubeſt aliis diœ
ceſibus,niſi Vulteranen. ergo nec bona eius. Item qa lex
dicit ipſum principium,id eſt ipſum caput,non membra
conſideranda ſunt.hinc eſt ꝙ ſi in uno loco ſunt mẽbra
hominis ſepulta , & in alio caput,locus in quo ſepultũ
eſt caput,& nõ alius in quo ſepulta ſunt membra religio
ſus eſſe cenſetur ut ff.de relig.& ſump.fu.l.cum in diuer
ſis.ergo patet ſolius Monaſterij ut principale caput cõſi
derationem habendam non membrorum eiuſdem. ¶Sed
in dubio uidetur dicendum quod Monaſterium de quo
quæritur pro poſſeſſionib.in aliis diœceſibus acquiſitis
non teneatur ad contributionem munerum uel etiã col
lectarum.niſi in loco ſolo ubi principale Monaſterium
ex antiqua conſuetudine munera ſoluit & collectas . In
hoc enim conſideramus principale Monaſterium cui mẽ
bra ſubſiſtunt eo modo,& forma,quo conſideramus pa-
trimonium cuiuſcũque hominis. quod quidem patrimo
nium licet in diuerſis ſit locis & Ciuitatib. conſtitutum,
intuemur tamen locum & Ciuitatem ipſius domini dicta
rum rerum dominium habentis.ut ibi ciuis uel incola re
periatur.ibi ad communia munera conſtringatur, & col
lectas illas & illa uidelicet quæ perſonis imponuntur ra
tione rerum.ſicut ergo ciuis Sen. pro poſſeſſionibus ſuis
ad ſe iure dominii pertinẽtibus i territorio ciuitatis Flo
ren.nõ ſubiret collectas uel munera,quæ perſonis impo
nuntur ratione rerum Floren.eodem iure & Monaſteriũ
de quo quæritur in alijs diœceſibus pro mẽbris ſuis quę
ſitis non cõpellatur ad munera uel collectas in loco ubi
poſſeſſiones ſũt ſitæ.ſed in loco ubi principale Monaſte
rium reperitur.ut ff.de mune.& ho.l. reſcriptum.§. ulti.
¶ Præterea acceſſoria iudicantur ſm rerum principaliũ
conditionem & illam naturam ad ſe transferre uidetur.
Natura autem & conditio principalis loci & Monaſterij
eſt,cui dictæ poſſeſſiones ſubſunt ꝙ uocetur ad munera
cum membris ſuis in ea diœceſi ubi principale Monaſte
rium reperitur. ergo acceſſorium nõ debet aliam ſortiri
conditionem q̃ ꝙ principale monaſteriũ uel locus repe
riatur habere.ut ff.de pen.leg.l.nam ꝙ ſi quidem in prin.
4 & ff.de pec.l.ij & l.quę religioſis.ff. de rei uen. ¶ † Præ
terea nemo grauari debet duplicis præſtationis onere.In
propoſito autem ſi diceremus pro poſſeſſionibus quæſi-
tis monaſteriũ grauari ad munera in loco ubi poſſeſſio-
nes ſitæ ſunt.habebimus inferre neceſſario quod pro eiſ-
dem poſſeſſionibus præfatum monaſterium dupliciter
aſtringãtur.Vno modo ſubibit onera & collectas in ſua
diœceſi.reliquo modo ſubibit in diœceſi ubi poſſeſſio-
nes ſitæ ſunt.Si hoc eſt uerum quod pro p̃dictis poſſeſſio
nibus ibidem ad munera aſtringatur,ſic altera erit in tri
butis qđ eſt prohibitũ ut no.C.de mu.& in quo lo.mu.l.
uni.li.x.ar.ad pręmiſſa de do.prę l.l.q. dote. & ff. de le.a.

l.ſitia.§.qui inuitæ.¶Præterea p̃ſcriptio tollit communẽ
actionẽ,& ius qđcunque.Cum ergo ꝓponatur Monaſte-
rium de quo quæritur in hoc ſemꝑ iure & p̃ſcriptione de
fenſum ꝙ in loco ſuæ diœceſis ꝓ qbuſcũque poſſeſſioni
bus & mẽbris ſuis uocẽt ad munera,certè talis p̃ſcriptio
& cõſuetudo in concuſſa ſeruabitur ille ſa.ar.de p̃ſcri.c.
ad aures.& C.de p̃ſcri.30.ann.l.oẽs nocẽdi.& ar.ff. de a-
qua quoti.& æſtiua.l.hoc iure. §. ductus aquæ & ff.de a-
qua plu.ar.l.ij.§.ul.& l.in ſumma in prin.& ff.de leg.l.de
qb.§.inueterata.cũ ſimi. & hoc breuiter dixiſſe ſufficiat.

Sequitur alia reſponſio.

Conſilia & allegatiões p̃dictorum iuris prudẽtũ ſatis uiden
tur iure fulciri.Et ad id qđ dr̃ de antiqua cõſuetudine,be
5 nefacit de iurepa.c. j. ubi dicit ꝙ uſus poteſt inducere ꝙ
unius eccleſiæ onera alia teneatur ſubire, & ſic cõtra eũ
tm̃ agetur. ergo & uſus poterit inducere ꝙ eadem onera
ſoluantur in uno loco nõ in alio.ad hoc de cõſti. cũ dile
ctus.& de uer.ſign.abbate. ¶Secundo de iure cõi idẽ dici
tur. nã de beneficio & oium ſuorũ reddituum debetur de
cima ſm determinationẽ & extraua.Io.quæ incipit ſuſce
pti nõ ſingulariũ poſſeſſionũ & iuriũ . ergo beneficiũ eſt
obligatum.facit qđ no.Inn.de immu.ecc.c.1.unde in ſua
diœceſi ſoluet.Quid.n.ſi Aretinen.eþo conceditur deci-
ma beneficiorum ſuæ diœceſis & eccleſia Senẽ.diœceſis
habet ibi poſſeſſiones:nunquid illarum poſſeſſionum ha
bebit decimas,nulli credo dubium quod non?cum eccle
ſia non ſit ſuę diœceſis. In caſu noſtro ſi mandat qđ om-
nes de diœceſi ſoluãt decimas eccleſiaſticæ perſonæ epi
ſcopus alteri,idẽ erit licet allegationes ſupra ꝓximè idu
ctæ ſint ueræ.& quia de cõſuetudine,& de iure cõi ſolue
re debet in diœceſi ubi ſit principale Monaſteriũ nõ ubi
ſunt membra . Tamẽ qõ noſtra minus hẽt dubitationis q̃
ſuuant allegationes prędictæ quæ uidentur caſum pone
re ꝙ in alia diœceſi nõ ſolum ſint poſſeſſiones,ſed ẽt ec
cleſia ſubiecta Monaſterio principali,cuius eccleſię ſub-
iectę erant poſſeſſiones prędictę . ꝙ in caſu prędicto nõ
eſt . Sed Monaſterium ſitum in una diœceſi habet poſſeſ-
ſiones in alia diœceſi ad ipſum Monaſteriũ iure proprie
tatis,& uſufructus immediatẽ ſpectãtes,& nulli alteri de
putas . nec ad ꝓprietatẽ nec adminiſtrationẽ , qa mona-
ſteriũ fructus percipit, & in ſuos uſus cõuẽrtit ſiue ipſas
poſſeſſiones locãdo iuſto pretio,ſiue faciendo eas ꝑ con
uerſos & familiares ſuos ſuis manibus uel ſuis expẽſis co
li & fructus perceptos ad ſuum Monaſterium deferri.li-
cet ibi,in domibus dictarum poſſeſſionum ſit oratorium
in quo fructus dicti Monaſterii trãſeuntes uel ibi ad col
ligendos fructus manentes aliqñ celebrent ſibi & cõuer
ſis dicti monaſterij ad p̃dictum opus rurale ibi manenti
bus: ꝙ oratorium nec eſt per epiſcopum more eccleſię
conſecratũ. ¶Additio.i. ¶Nec eſt in ipſius fũdatione per
ipſum epm̃ primæuus lapis impoſitus,imo nec de epi au-
ctoritate cõſtructũ.nec ſunt dictę poſſeſſiones ſibi in do
tem deputatę.nec ibi rector, uel prę latus, nec etiã capel
lanus ponitur.Sed q ſũt pro tẽpore fratres ad opus rura
le deputati ibi celebrant. ¶In qua qõne indubitanter eſt
dicendum Monaſterium ad collectas papales, & legato-
rum ac Nunciorum ſedis apoſtolicę dicto monaſterio
rõne ſuorũ fructuũ & obuentionum impoſitas,non tene
ri niſi in illa diœceſi ubi ſitum eſt Monaſteriũ . Ad quod
primo illud inducit ꝙ ſi,ꝓpter illud tale oratoriũ epiſco
pus illius diœceſis uelit ad collectas papales illud coge
re an eadẽ rõne oẽs nobiles plerũq; habent talia orato
ria i domibus ſuis ubi cũ altari uiatico celebratur,ad col
lectas papales & alia onera eccleſiaſtica cogent de ſuis
redditibus,q̃q̃ eſſet abſurdum.intellectus iudicantis aſpi
ciat.Ad hoc facit quod ſi oratoriũ eſt in hoſpitali ſibi ac
cedit,& naturã hoſpitalis non eccleſię ſortitur,intãtum
quòd laicus purus ratione principalis.ſcilicet hoſpitalis
ipſius oratorij dominus ſiue adminiſtrator eſſe poteſt.ca
pitulo

pitulo.xvij.q.3.quidam.cum tamen laici eccleſiis nõ pręſint extra de inſti.auctoritate.Et facit quod de leproſis dicitur quod poſſunt eccleſiam habere.quorum tamen collegium nec eſt eccleſiaſticum,nec religioſum ut legitur & not.extra de eccle.ædi.c.ij.ſm verã opinio.Hoſt.narrarã.Reſtat ergo ꝙ ratione illius oratorii non tenētur ad collectas.Sequitur ergo uidere an ratione poſſeſſionum ibi poſitarum teneantur ibi ſoluere.& quod non teneantur conſtat,quia epiſcopus nõ habet aliquam iuriſdictionem in illis poſſeſſionibus, niſi quia ad Monaſteriũ pertinent.Non enim ideo quia ſunt ſita in ſua diœceſi habet ibi iuriſdõnem ut patet in aliis poſſeſſionib locorũ niſi quia ad monaſterium pertinent.ſed cum ipſe in monaſterium non habeat iuriſdictionem ergo nec in poſſeſſionibus illius. Et ideo ſi monaſterium uellet illas poſſeſſiones alienare nõ illius epiſcopi ubi ſita ſunt prædia, ſed ubi ſitum eſt monaſteriũ auctoritatem & licentiam requiret.17.q.4.in uenditionibus.& no.Inno.& Hoſt.extra de priui.paſtoralis per quod apparet ꝙ diœceſanus in illius poſſeſſionibus iuriſdõnem non habet. Ad hoc optimè facit extrauagans Boniſacij ſuper decimis papalibus facta, ubi dicitur ꝙ ſi Monaſteriũ habet domos prædia uel Grãgias quas aliis concedit ad tenendum iuſto pretio inde ꝑcepto non conductor percipiens fructus, ſed Monaſteriũ cuius eſt proprietas,& percepit pretium cõductionis cogetur ad decimas. Per quod apparet ꝙ non fructus ipſi percepti ſed extimatio,& perceptio ipſorum fructuũ eſt in obligatione talium collectarum.Sed cum preciũ iſtorum fructuum Monaſterium percipiat in ſuo Monaſterio vbi uendidit fructus uel alias in ſuos conuertit, non põt dici quod illud pretium ſit perceptum in diœceſi poſſeſſionum ſed Monaſterij. ergo & ibi cogentur. Probantur prædicta in extraua. Boniſacii quæ incipit. Declarationes in ij.col.&princi.tertiæ.quæ directa fuit ſub bulla Epiſcopo Senen.¶Præterea caſus iſte uidetur decidi extra de cenſi.c.ul.ubi epiſcopus pro ſe non poteſt procurationes petere pro Grãgiis,in quibus ſunt oratoria ſicut in caſu noſtro.Nam qua ratione epiſcopus non petit procurationes pro ſe eadem ratione nec pro Grãgiis,cum eorum tantum locorum exactio ſit commiſſa epiſcopo iure delegationis in quibus ipſe per ſe ordinariam iuriſdõnem habeat.nam ut dicit Hoſt.ibi talia oratoria ſiunt abſque auctoritate epiſcopi & de tali oratorio poſſet cras fieri camera ſi monachis placeret. cum non auctoritate epiſcopi ibi primarium lapidem imponentis fuerit coſtructum nec habeat eccleſiæ formam uel ſi habet poſſeſſiones, illę in quibus eſt nõ ſunt ſibi deputatę ſed monaſterio.nec ſibi accednnt.ſed ipſum potius accedit eis.

cax ex ipſo conſenſu.ff en.l.1.§.item emptio. Si ergo ſola ademdtio rei permutationem perficit. clarum eſt quo ad ueritatem rei, ꝙ antea nil quod ſit ibi uacás reperitur, cum totum ſit in pendenti. nec etiam re adempta cum iá ſit poſſeſſa.& ſic non reperitur aliquod inſtans uel momentum. Addi.2. ¶Quo iſtę præbendæ uacauerint. Et bene. ergo ſequitur ſi non uacauerint ſui auctoritate retinebit eccleſiam, uel præbendam. quia iuris fictioné nó uidetur uacatio ſed potius continuatio prioris iuris ar. optimum de tempo.or.literas.& ff.de præca.ſed ſi manente. Et hoc maxime ponderat conſultor qui ſubtiliſſimus eſt. quia talis permutatio potius ex facto Superioris quam ex facto partium conſequitur efficaciam. ¶Add. iij. ¶Vnde non perſonalis ſed realis potius eſt cẽſenda transfa.ueniens. ubi auctoritas Superioris facit realé ꝙ alias eſſet perſonale. Circuitus etiam uitandi ſunt. de reſcrip. auditor in cle.& per allegationes factas in contrarium eſſet uerbis & non rebus legem imponere contra id &c. Et iſtę fuerunt conſiderationes nouorum iurium. de rerum permu.c.uno lib.6.& eo.ti.c.uno in clem. Nec ꝑ allagat per partem aduerſam eſt reſponſum. ad.c. ſi beneficia. quia plus eſt facto renunciare beneficio, quam ſimplici uerbo ut legi.& not.de appel.ut noſtrum. Addi.4. ¶Et ob certam cauſam poſtmodum non ſecutam Addit.5.

¶Iura ſunt ad idem uulgaria.& ita ex futuro euẽtu apparet ex renunciatione facti. ſicut in uerba li. Et econuerſo infraſcripta dubia ſimul cum præcedentibus fuerunt tranſmiſſa do.Io.An. per Fede. ante publicationem nouellæ ſuper 6. ¶Reuerende pater ex dubio præm iſſo,& ſ quentib. poteſtis nobilitare & famoſũ reddere. c.unicũ. de re.permu.li.6. Et placeat uobis tractare & ſoluere infraſcripta dubia.

¶Multa ex his dubiis tanguntur & ſoluũtur. de rerum permu.c.uno.in nouella.lib.6. ¶Primum in dubio pręcedenti. ſi prælati uel Canonici cõſenſerunt permutationi faciẽdæ, nunquid eorum conſenſus debeat requiri in noua collatione. ſi uera eſt opinio mea. quod non poſſit redire ad beneficium ſine noua inſtitutione. ¶Addi.6. ¶Et quid ſi iſte potuit præuidere cauſam propter quam non pót ſequi permutatio imputabitur ſibi. Lap. ¶ † Et quid ſi habens beneficium à Plebano, renunciat ex cauſa permutationis faciendæ.& permutatio non poteſt ſequi ut dictum eſt. an debet inſtitui per epm̃. an per Plebanum epo compellente. poſito ꝙ ſit uera illa opinio ꝙ ſine noua inſtitutione non poſſit redire ad illud.

¶ † Et nunquid recepti in canonicos ſub expectatione p̃bendarum poſſint permutare iſtud ius ad rem adinuicẽ, & an auctoritate ordinarij uel executoris. & ſi ſic fieri pót duret poteſtas executorum. ¶Lapus, non poſſunt permutare.& ſi poſſent deberent hoc facere auctoritate ordinarij. nec duret ulterius executorum poteſtas. Lapus. ¶Et nunquid habens unum beneficium. poſſit permutare cum pluribus. Et nũquid Comendatarij poſſint adinuicẽ permutare & an habentes beneficia ad placitum poſſint permutare. Lap. ¶Potuerunt cum onere beneficiorum. ut ſic habeant illo modo permutare uolẽtes facit cle.do ſupp.neg.præla. quia regulares.& quod ibi no. per Ioá. And. Lap. ¶Item quando collatio beneficiorum ſpectat ad inferiores Prælatos & nolunt illa beneficia permutare. Quæritur an renuntiatio fieri debeat in manibus epiſcopi cõſentiente collatore. an uero in manu collatoris auctorizante diœceſano. Lap. ¶In manibus diœcẽſani. q tum facit de conſenſu collatoris. Lap. ¶Sequuntur apoſtillæ ſecundum numerum. ¶Vt primo ſuper uerbum traditione. In tuo nec ex traditione rej, niſi fiat auctoritate ſuperioris. eo.tit. quanto. Sed non ſequitur permutatio non eſt completa. ergo beneficium non uacat, quod tamẽ uacare probant iura ſupra proxime inducta. alias ſi non uacaret ſequeretur quod beneficium non uacans hinc inde poſſet conferri. quod eſt falſum. de conceſſ. præben.c. 2. Fede. ¶ Sequitur uel momentum. ſi hoc eſt uerũ quid ergo operatur illa renunciatio. ¶Præterea ſi renunciatio facta in manu non ſui judicis ualet quo ad renunciantẽ. de renun. quod in dubiis, quantomagis facta in manu ſui. prælati. licet ex cauſa permutationis. Fed. ¶Sequitur. cõſequitur. fateor. ſed ego quæro an beneficium uacet ante quam iſtam efficaciam conſequatur.& ſi uerum eſt ꝙ uacet quomodo poſſet ſua auctoritate ad illud redire.& in eo adminiſtrare. Federicus. ¶Sequitur ut noſtrum. fateor quod plus uel tantum ualet renunciatio, quæ ſit ipſo facto, ſicut uerbo ut patet de his quæ ſi.a maio. parte ca. ex ore.& de ui.& hone.cleri.c.ul. ¶Sed in c.ſi beneficia non renunciauit uerbo, ꝙ patet ibi, nec facto, cũ non fuerit uerè tranſlatus.& ſi ex finali euentu apparet & declaratur quod non uacauit primum beneficiũ. Non enim habuit animum dimittẽdi beneficium primum niſi quia credebat poſſe aſſequi ſecũdum effectualiter. ſecus ſi ſciẽter recepiſſet. ut eo.titu. eum qui. lib.6. Fede. ¶Sequitur non ſecuram. fateor ꝙ cauſa non eſt ſecuta propter quá permutatio ſiebat.& ideo beneficiũ debet ſibi reddi uel reſtitui. Sed certum eſt ꝙ ille, qui rem tradidit ob cauſá licet cauſa nó ſequatur dominium perdit. & ideo condictio ſibi competit ſed condictio regulariter non competit domino. ut ff. quemadmodum uſufr.amit.l.ultim. Deſit ergo iſte eſſe dominus ꝑ renunciationem factam ob cauſam. ergo cum beneficium uacet neceſſe eſt quod ex noua collatione acquirat ſibi dominium. Fed. ¶ Sequitur in ſtitutione. Debet requiri ſicut nunquam habuiſſet ſieri Lap. ¶An debet inſtitui per epiſcopum.

Addi. Nou Lap.

¶An per Plebanum epiſcopo compellente &c.

¶Add. Sic Lap.

¶Conſultores inquiſitionis ad ſapientes ſuos Sen.

SVMMAE.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint uſurarios cõpellere ad reſtitutionem faciendam.*

2 *Verbum conſtiterit licet aliquando ad ſententiam, regulariter tamen ad ſolas probationes referri.*

3 *Sententia lata in uno foro, quod fidem faciat & in alio foro inter eaſdem perſonas notorij iuris eſt.*

4 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint iudicialiter de materia uſurarum cognoſcere.*

5 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint inquirere, utrum ab eo moniti pœnitentiam peregerint.*

6 *Inconfeſſum quod nullæ ſint partes Iudicis in cognoſcẽdo.*

QVAESTIO CLVII.

ALexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. dilectis filiis inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam in pœnitentiam pro hæreſi ab ipſius peſtis inquiſitioribus: ut uſuras reſtituant ad ꝙ obligauerunt in iudicio ſe

1 & ſua in quo quęritur. Verum inquiſitores ipſi, uel qui ſuccedãt in locum ipſorum ad reſpondendum coram ſe conquerentib. de huiuſmodi uſuris ad reſtitutionem earum ſi de ipſis conſtiterit poſſint compellere taliter pœnitentes prout ab eis in aliis ubi iniunctis pœnitẽtiis fieri conſueuit. ¶Ad quod reſpondemus quęſtionem ſuper uſuris motam cõtra tales iudicialiter non debere audiri ab inquiſitoribus hęreſis. nec decidi uolentes ꝙ per cauſas huiuſmodi offendiculum negocio fidei pręparetur. Eos tamen ad reſtitutionem uſurarum de quibus conſtiterit compellere poterunt, quibus in ſatisfactionem pro

dicto

dicto crimīe huiuſmodi reſtitutionem in pœnitentia iniunxerunt. Bonifacius in 6. de quæſtionib. prædictis uſurarum motis etiā cōtra illos qbus reſtitutionē uſurarum in pœnitentiam pro hæreſis crimine iniunxerunt. at ſi ſo & ſua ad hoc faciendum in iudicio obligauerunt intromittere ſe non poſſunt ne per cauſas huiuſmodi offendiculum negocio fidei præparetur.

¶Supra dictis conſtitutionibus quærit inquiſitor, ſi tales quæſtiones ad ſe delatas ab his, qui uſuras ſibi reſtitui poſtulant teneatur audire, uel de iure poſſit cogere reos ad reſtituendum. maximè ſi negant uel non concordant petentibus necnè.

¶Itē quomodo intelligi debet illud ultimæ partis cōſtitutionis Alexandri. uidelicet de qbus cōſtiterit &c. ſcilicet quomodo illi iquiſitori debeat conſtare & in cuius iudicio. præſertim cum Bonifacius prædictus hanc particulam obmiſerit. Si qua autem alia iura ſciretis loquentia expreſſe de prædictis. Inquiſitor uon inuenit libenter ſciret ea.

¶Conſilium do. Neri Paliaren. legum doctoris.

¶Videtur mihi Nerio paliarēſi ꝙ domino Inquiſitori nō liceat uec poſſit ſe intromittere ſuper cauſa uſurarū in pœnitentiam iniunctarum non exigendarum uel reſtituendarum. Et in hoc puncto derogatur conſtitutioni Alexandri ꝑ Bonifacium Et in hoc uerum eſſe concipio ex uirtute illius orationis adiectę in conſtitutione Bonifacii cum conſtitutio dicit intromittere ſe nō debēt &c. cuius canonis prohibitionē reputo uſquequaq; & generaliter intelligendā. Et maximè pp rationē prohibitionis nè offendiculum in negocio fidei præbeatur. ¶Ad illud ergo quod quæritur ex uerbis conſtitutionis Alexandri in nouiſſima parte ſuæ conſtitutionis. dum dicit ſi conſtiterit &c. ¶Dico dicta uerba eſſe intelligēda. ubi conſtiterit de uſuris. ſine ullo ſtrepitu & figura iudicii per confeſſionem puta ipſius puniti, uel per liberos eius de quib. q̄ſtio non referatur coram dicto inquiſitore. Vel ubi cōſtiterit ex ſentētia lata ab ordinario loci quæ nullo poſſit remedio attemptari.

¶Conſilium do. Griffoli de monte Polliciano. Datum in ſcriptura manus ſuæ.

¶Videtur mihi ex uerbis & mente conſtitutionis Alexandri quòd ſi quæſtio uſurarū moueretur corā inquiſitore contra eum cui ꝑ Inquiſitorem quòd reſtitueret uſura in præſentia foret iniunctū, quòd negāte cōuēto Inquiſitor non pōt ulterius cognoſcere: quoniam huiuſmodi cognitio eſſet iudicialis. & in figura iudicii quod eſt ꝓhibitū. ¶Si uero peteretur coram quòd huiuſmodi damnatus compelleretur ad reſtitutionem uſurarum. In quibus conſtat per ſniam iā latā contra huiuſmodi criminoſum ſuper reſtitutione uſurarum. de quibus cōſtaret per confeſſionē damnati. Vt pote qui ſponte confitetur ſe teneri ad reſtitutionem uſurarum. Nam tunc poterit Inquiſitor talē compellere alias non. & hoc ex uerbis conſtitutionis Alexandri. Et conſtitutione tamē Bonifacij puto Alexandrum in hoc correctum. & hoc propter illa uerba intromittere &c. quæ omnem intromiſſionem excludunt & generalia ſunt.

¶Conſilium do. Conradi.

¶Domino Inquiſitori. Conradus ſalutem æternam. In propoſito caſu ueritatis eſt quæſtiones de quibus quæritur ad ueſtrum officium minime pertinere. Cū ſuper eo ſit nobis adēpta facultas per conſtitutionē Bonifacij quę caſſat quod allegat: licet non ut iudicialiter fieret concedebat. ſ uerbū aūt conſtiterit de quo quæritur licet interdum ad ſniā referatur regulariter tamē dēt ad ſolas probationes referri. ut probatur extra de accuſa. c. ſi conſtiterit. ff. de iure fiſ. l. qui eius delatorem. ibi oportet prius cōſtare de crimine & pronunciare &c. extra de cleric. peregri. c. inter &c. tuæ. §. ſi re. ibi ſi cōſtiterit. ff. de præua. l. ꝑuaricationis ibi niſi prius de ꝑuaricatione cōſtiterit & ꝓnunciatum fuerit &c. & communia utriuſq; iudi. l. maioribus. ibi quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit reformabit & de pigno. l. in ſumma.

¶Conſilium do. Federici Petrucij inſcriptis manus ſuæ.

Super præmiſſis diligenti conſideratione præhabita, Sciendum eſt ꝙ dominus Archidiaconus Bonen. in lectura ſua ſuper 6. libro. gloſſans illum. §. de quæſtionib. ſm dominum Berēgarium unum de compilatoribus ſexti libri ſic ſcribitur. hic fuit aliquid immutatum de mandato Papæ Bonifacii. nam per antea poterant compellere tales ad reſtituendas uſuras de quibus conſtabat. tamen iudicialiter cognoſcere non ualebāt. pœnitentia. n. ſine ſatiſfactione, ſeu reſtitutione uſurarum non eſſet fructifera de pœni. & remiſ. ꝙ quidam. & ideo eis pęnitentiam talē imponunt inquiſitores. nā hoc pertinet ad iudicium animæ non iuriſdictionis. & ideo talē executionē habēt facere Ordinarij non ipſi. ut ſequitur Archidia. ¶Et prędictis uerbis uidetur elici, quando do. Bonifacius ex certa ſciētia fecit amoueri uerba poſita per dominū Alex. & ſic uidetur ſm præmiſſa quod inquiſitores de talibus quęſtionibus non ualeant cognoſcere, nec diffinire, nec illos de quibus conſtat ad reſponſionem compellere. ꝙ compulſio & executio ad ordinarium pertineat. ¶Sed contra uidetur. nam ſi inquiſitor non poſſet compellere pœnitentiarum ad faciendum pœnitentiam ſibi iniunctam, fruſtratoria & deluſoria erit talis impoſitio pœnitentię ſibi iniunctam. ſicut alias dicimus ꝙ iuriſdictio ſine coherctione eſſe deluſoria. de offic. delega. ex literis cum ſi. ¶Præterea dominus Papa Bonifacius in c. ulti. de hære. in ſi. reſeruauit ordinationes & ad conſultas reſponſiones Romanorum pontificum edictas contra hæreticam prauitatem nō contrarias conſtitutionibus. lib. 6. ſed dominus Bonifacius & dominus Alex. non ſunt ſibi contrarij. nā licet dominus Alex. prohibuerit iudicialē indaginem inquiſitoribus. Non tamen prohibuit. compulſionē & executionem contra illos, qui iudicialiter cōuicti ſūt coram ordinariis ſuis uel alias conſtat ut dicitur in fine. Et ſic ſententia lata, quæ in rem iudi. tranſiuit. & nullo iuris remedio poteſt infringi fidem faciat coram inquiſitore. & illo modo dicatur cōſtare inquiſitori & notorium eſt in iure ꝙ ſentētia lata in uno foro fidem faciat in alio foro inter eaſdem perſonas. ut de excep. c. 1. lib. 6. Si uellemus tenere primam partem poſſumus reſpondere ad obiecta hoc modo uidelicet, quod licet inquiſitor nō poſſit cognoſcere de uſuris. nec diffinire nec directè compellere illos de quibus alias conſtat. Ad conſti. tamen indirectè poteſt compellere, uidelicet quod puniat illum de pęnitentia non impleta & ea pœna ualet ſub qua tempore impoſitionis pœnitentiarum præcepit pœnitentias fieri & adimpleri. Non ergo tenendo iſtam opinionem poterit inquiſitor dicere pęnitentiario reſtitue præcisè uſuras & eum reſiſtentē compellere. Sed dicet quia per nos pœnitentiam tibi impoſitam non feciſti ut nobis conſtat, ſolue tantum. Et hoc uult Archi. dum dicit. Et ideo talē executionem habent facere Ordinarii & non ipſi. Et ſecundum hoc non ſine miniſterio Compilator. lib. 6. illud uerbum Alexandri quod dabat inquiſitoribus poteſtatem compellendi ad reſtituendum. amouit. ¶Et ſi dicas quomodo dicitur conſtare inquiſitori ꝙ uſuras non reſtituerit. Ad hoc ut poſſit imponere pœnā pro pœnitentia nō facta. ¶Solutio per inſtrumentum ſententiæ latæ per ordinarium, quæ nullo poteſt remedio attemptari. Item per confeſſionem inexcuſabilem factam coram inquiſitore per ipſum pœnitentiarium dicentem ſe non reſtituiſſe uſuras

uſuras.quas reſtituere debuerit ſecundum mandatum in
quiſitores.Ad hoc de coha.cleri.& mulie.c.ulti.de uerb.
ſigni.ſuper quibuſdam.¶ Lap. ad prædicta ultimo dicta
faciunt no.per Inno. & Io.And.de iureiur.ad noſtram.2.
ubi dicit quod licet poſſit inquiri ex officio contra uſura
rium ad finem ut pęnitentiam agat. non tamen ad finem
directè ut uſuras reſtituat ſed cogitur per indirectũ. quia
non poterat pęnitere niſi reſtituat.

¶Conſilium domini Abbatis de Podio boniti.

¶Viſis quæ ſupra ſcribuntur, & quæruntur uidetur mihi
Rayncrio abbati,poſſe reſponderi de iure quo ad primũ.
1 An † poſſint iudicialiter Inquiſitores cognoſcere,ꝙ non
poſſunt.Nam in hoc Alexander & Bonifacius cõcordãt.
& ſic amplius non inſiſto circa iſtud. ¶ Sed an eos poſſit
cogere ad reſtituendum uſuras. de quibus eis conſtiterit.
¶Videtur dicẽdum quod ſic. Nam hoc habet expreſſe cõ
ſtitutio Alexandri.& conſtitutio Bonifacij expreſsè non
prohibet.Sed ſubtiliter intellecta potius cõcordabit. Nã
ubi dicit intromittere:ſe nõ poſſunt ſcilicet ut cognſcãt
iudicialiter de quæſtionibus motis &c.Sed bene poterũt
cogere ſi eis conſtiterit quærentes ex ſuo officio.ut infra
dicam. & promptum eſt uitare iurium correctionem &
concordare ſcripturas ſecundum gl.Arch.& domini Io.
mon.Nec iſtud poſſunt inquiſitores.ſ.eos cogere &c. Nã
Archi.recitat in gl.ſua ꝙ illa particula.ſ.cogere de man-
dato domini Bonifacij ſuit remota. & allegat dominum
Beri.qui fuit unus ex Compilatoribus prædictæ Conſti-
tutionis Bonifacij.& ipſe ibidem Archi.ſic ſentire uidet
dicens ꝙ nõ ipſi inquiſitores facient executionem illius
pęnitentię iniunctæ,ſed ordinarii.Nam impoſitio pęnitẽ
tiæ eſt de foro animæ.ſed cogere eſt de foro iuriſdictio-
nis.quæ in hoc caſu non ad Inquiſitores, ſed ad ordina-
rios pertinet. ¶Et idem ſentire uidetur dominus Io.Mo.
qui dicit & hoc eſt dignum cæptum per Inquiſitorẽ &c.
non eſt per ipſum proſequendum. ſed per alium ut ſingu
lariter ſua ſeruetur iuriſdictio &c.do.Io.And. in nouella
recitat dictum Archidia.& Io. Mo. potius approbans.q̃
reprobans. Sed ſalua reuerentia tantorum patrum, quo
rum ſententiæ pro reuerentia non audeo contradicere.
Videretur tamen poſſe ꝓbabiliter dici ꝙ inquiſitores co
gere eos poſſunt ut ſupra dictum eſt. Et litera illa poteſt
intelligi ut non cognoſcant nec ſe intromittant de quæ
ſtionibus uſurarum motis &c. per alios: quia tũc eſſet or
do iuris neceſſarius & ſtrepitus & anfractus inter ipſas
partes.& tunc ratio & cauſa quæ redditur in decre. locũ
haberet.ſcilicet ut non præparetur offẽdiculum &c. Sed
bene poterit inquiſitor ſuo motu cum eidem conſtiterit
non iudicialiter.nec altero mouente quæſtionem ſed ꝑ
informationes probabiles & probationes ex officio ſuo
receptas eundem cogere.nam & executor cui nulla iuriſ
dictio competit cognoſcendi,tamen inde ſe informat &
ꝓbationes recipit ut ſuperſedeat uel exequatur. Ad hoc
de reſcrip.cum contingat,& hoc ſequitur ꝙ ille qui cœ
pit,perficiet,& utraq; conſtitutio ſaluabitur.Et hoc ſi da
retur audacia credere iuri amicum. ſed poſito ꝙ ſit uerũ
ꝙ inquiſitores nec cognoſcere nec cogere poſſint.Tamẽ
3 dico ſine aliqua hæſitatione † ꝙ inquiſitores poſſunt quæ
rere & uidere an illæ pęnitentiam ſibi iniunctam perge
rit.ut cognoſcat.an uerè uel fictè reuerſus fuit & ambu-
let in tenebris uel in luce.Nam ſi eam perfecit ex hoc eſt
ut uerè catholicus pertractandus.Si autem non perfece-
rit ut iniunctũ fuit.niſi rationabiliter excuſetur. ut hære
ticus condemnetur. & h.d. text.decre.literas.de præſũp.
ubi fugiens de carcere,qui ſibi cum rediit fuit pro ſenten
tia iniunctus niſi legitimam excuſationem habeat uel ut
hæreticus condemnabitur. Nam præſumitur ficta cõuer-
ſio,& confeſſio ſimulata, & materia ueteris erroris recõ
dita.de pęni.diſt.5.c.1.& in decre. accuſatus.de hære. li.
6.circa principium.§.ille quoque.& hoc no.Arch.prout
no.in decre.& commiſſum eo.ti.li.6.in gl.iſte carcer.Igi
tur breuiter credo de iure ꝙ ſicut inquiſitor imponit pro
pęnitentia,ut uſuras reſtituat,ſic poſſet ex ſuo officio.cũ
eidem cõſtiterit non iudicialiter,ne inter partes cogno-
ſcendo quod prohibet utraque conſtitutio. Sed ſumma-
riè ut dixi ſe informando ad reſtituendum uſuras.de quĩ
bus conſtiterit illum coget.& ſi hoc non iure procedit ſi
cut ꝑdicti doctores uidentur ſentire.tamen abſolute cre
do uerum eſſe de iure:immo quærere poterit an pergerit
pęnitentiam ſibi iniunctam. Et circa hoc probationes
recipere.& omnia poſſe & ei licere ſine quibus expedire
non poteſt.Et in hac materia de præſenti mihi aliud non
occurrit.Verbo tamen ſupplere paratus quæ deſunt cir-
ca pręmiſſa.

¶Federicus.

¶Fateor quòd nõ debet cognoſcere in partes.ſed quid
ſi pęnitentiarius conſtitutus coram inquiſitore ad peti-
tionem debentium recipere uſuras. dicat,domine inqui
ſitor impoſuiſtis talem pœnitẽtiam.Fateor ꝙ nõ reſtitui
& debeo reſtituere.ſed nõ poteſtis cogere. Credo quòd
4 partis petitionem poteſt cogere.†quia in confeſſum nul-
læ ſunt partes in cognoſcendo.Fed.Lap.¶Quod non poſ
ſit facit quod no.Ioan.An.in nouella poſt Ioannem Mo.
in d.c.accuſatus.§.de quæſtionibus ſuper uer.in pręſen-
tia.ubi dicit quòd talem executionem.ſ. cogere uſurariũ
ad reſtitutionem uſurarum non inquiſitores, ſed ordina
rij facere debent pro do.Federico facit de ap.c. ſollicitu
dinem.uer.ſi uero notorium. & quòd ibi no. Hoſt.& Io.
An.poſt eum ſuper glo.ſed nunquid.Lapus.

SVMMAE.

1 *Mens & intentio principaliter eſt in reſcriptis attenden
da:ſiue principaliter ſiue æquiualente.*

QVAESTIO CLVIII.

REuerende pater Conſtitutio Bonifacii, quæ prohi
bet commiſſionem fieri extra ciuitatem litigan-
tium.niſi quando actor ciuitatem intrare non au
det, uel potentiam aduerſarii merito perhorre-
ſcit. nõ requirit quòd in literis ponatur illa clauſula uel
forma uerborum.ſ. quod infra ipſas eum nequeunt con
uenire,ſecurè,dicit quòd tunc demum poteſt fieri impe
tratio extra ipſas,quando propter aduerſarii potentiam
1 non poteſt eum conuenire ſecurè. Et ideo † quæcunque
uerba ponantur in reſcripto æquiualentia uel idem im-
portantia ſufficit dummodo iſta ſit mens uerborum,
ꝙ aduerſarium ſuum non poteſt ſecurè ad iudicium tra-
hære.Quid.n.ſi dicat ſi ſine periculo mortis.nõ audet tra
here uel conuenire, & inſtantiam ſeu iuſtitiam habere.
certè idẽ:ut li.nõ cont.accedẽs.2. Quid ſi dico ꝙ promo
uendus ad dignitatẽ eſt omnino illuminatus uel eſt cæ-
cus? & non ponatur uerbum manifeſtum uel euidẽs. idẽ
eſt.ut no.Archi.in c.ſi forte.& Io.And.de uerbo.ſig.ca.2.
in ſi.magnæ glo.lib.6.Tales.n.ſubtilitates maximè in ſo
ro noſtro non ſunt curandæ ex quo de mente conſtat de
iudi.dilecti cum ſimilibus. ¶In propoſito impetrans di-
xit quòd potẽtiã aduerſarii merito ꝑhorreſcẽs non pote
rat inuenire iuſtitiæ complementum dato quod nõ expri
mat uerbum ſecurè. intelligitur propter pręcedẽtia.Nec
ẽ neceſſe quod exprimat.Sed ſufficit quod ex narratis ſi
uera eſſent hoc ſequatur.quod non põt liberè uel ſecurè
aduerſariũ trahere,cõuenire uel de eo habere iuſtitiam.
Et attendite quòd in decre. cũ locũ & c.teq́ſiuit.de ſpo.
ubi tractantur de rumore nõ ponitur uerbum ſecurè.ſed
alia ponuntur quæ hic indicant.¶ Quid plus Archi.qui
nouit ſtilum iſtarum literarum dicit quod ſufficiunt iſta
uerba.Cum autem ſicut aſſerit potentiam aduerſarij mẽ-

tio perhorreſcat mandamus &c. Et ſic non eſt neceſſe q̃d
2 ponantur illa uerba. Ita quod poſſit eum ſecurè &c. †Et
ſic non eſt neceſſe quod qui unum dicit omnia dicat. quæ
ſequuntur ex illo de conſtit. nam concupiſcentiam. & de
offi. deleg. cum ſuper eum ſi. & hoc habeo pro indubita-
to quantum ad me. ſaluo ſemper iudicio ueſtro. ¶Ad Im
3 dico & ſic conſtat mihi tanquam ex notorio† ꝙ Rector
Ducatus eſt ordinarius ſiue tanquam Archiepiſcopus, ſi-
ue tanquam legatus miſſus. & quod habet officialem pu-
plicè, & communiter ſedentem & cognoſcentem inter
laycos de ſpiritualibus. & inter clericos. de quibuſcúque.
Si cēſemus eum habere iuriſdictionem Archiepiſcopalē
poteſt ex negligentia Prælatorum cognoſcere de cauſis
ſubditorum. ut no. de offic. ordi. paſtoralis. primo reſpon
ſo. & c. irrefragabilis. in ſi. magnæ glo. & de ſupplen. neg.
præla. c. 1. libr. 6. Licet ibi Archidi. contra. ¶Sed pro pri-
ma parte uidetur text. de cenſi. romana. §. notoria. lib. 6.
4 †Si uerò cenſetur legatus miſſus poteſt audire per ſimpli
cem querelam de tota prouincia, quia etiam Legatus na
tus hoc poteſt de offi. deleg. cap. 1. Igitur ex quo uideo &
ſcio quod ſic ſe gerit ſic facit ſic habetur & reputatur &
forum habet magoſi in ſpiritualibus, certe talē debeo re-
putare ut de ſen. excom. ſi iudex. melius. ff. ad macedo. l.
1. & in l. barbarius. ff. de offi. præto. ¶Gl. Inno. in ca. cum
in iure non uidetur multum facere. quia loquitur quádo
ſententiá tranſiuit in rem iudicatam. quod non eſt i caſu
noſtro cum pendeat per appellationem. ¶Sed dices quo
modo tibi conſultori extraneo ſunt iſta notoria. quæ nũ
quam uidiſti. ¶Et ego reſpondeo quomodo iſta ſunt no-
toria mihi. ꝙ eſt ciuitas Hieruſalem quam nunquam uidi
uel ciuitas Caſtellana in qua nunquam fui. & ſuper hac
uidete Hoſtien. de purga. cano. ca. penul. in uerbo popu-
los. eſt quaſi ad finem. c. ¶Item Hoſti. in ca. p ſignificaſti.
de foro compe. ſuper uerbo clerici. tãtum intelligit quo
ad ſacramenta eccleſiæ. per c. quod allegat. ¶Item iſte Vi
carius Ducis non eſt totaliter extraneus. ſed ſuperior. Itē
ut dixi ex prima figura ſeu facie apparet Ordinarius in
tota Prouincia quo ad cauſas. Item dixit dominus An-
dreas de Eugubio, qui fuit. xviij. menſibus officialis, quòd
præmiſſa uera ſunt.

¶Qua ergo fronte uos maxime domine Epiſcope poſſe-
5 tis hac de cauſa contra pronunciare† cum iuriſdictio or
dinaria ſit fauorabilis. & pro ea & geſtis ab illo præſúma
tur. ut no. de offi. deleg. cum i iure. ¶Omnibus his & alijs
conſideratis uidetur mihi quòd non debeatur nec poſſi-
tis hac de cauſa ſententiá impugnare. ſaluo ſemper quod
nobis uidetur.

¶Reſponſio legiſtæ ad conſultationem Federici.

SVMMAE.

1 *Sententia debet eſſe petitioni conformis.*
2 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione uali-
dum eſt in iure.*
3 *Iudex an poſſit ſententiam ferre pro parte petitionis.*

QVAESTIO CLIX.

SEmpronius habet medietatem pro diuiſo in
fundo poſſeſſo à Titio. Ipſe Sempronius uendi
cat mediatem totius fundi pro indiuiſo à Ti-
tio. In proceſſu uero ipſe probat ꝙ medietas
dicti fundi pro diuiſo ad eum pertinet. nunc quæritur an
Titius ſit abſoluendus in totum. an ſit condemnandus ad
reſtitutionem medietatis pro diuiſo de qua conſtat, licet
medietas pro diuiſo petita fuerit. An uero ad reſtituen-
dum medietatem pro medietate. de qua conſtat iudici.
¶Et uidetur ꝙ Titius in totum ſit abſoluendus quinque
1 rationibus. Prima ſic; lego cauetur ꝙ† Iudex debet con-
formare ſententiam petitioni. & ſecúdũ quod per actorē
expreſſum eſt in libello; ſic iudicare debet. & nõ ultra. ut.
ff. cõmuni diui. l. ut fundus. fam. erc. l. itē labeo. §. j. de ex.
rei iudica. l. ſi ex teſtamento. Sed hic ſm libellum nil eſt
probatũ ſm terminos quæſtionis. ergo Iudex non poteſt
Titium condemnare ad reſtitutionem medietatis pro in
diuiſo. quia de ea nihil probatum eſt. abſoluet Iudex reũ
lege hoc dictãte. actore non probante, reus & ſi nihil pręſ
titerit abſoluetur. C. de edendo. l. qui accuſare. de proba.
actor. de rei uendi. l. ſi. cum multis ſimilibus.
2 ¶†Secunda ratio ſic per argumentũ à ſufficienti partium
enumeratione; quod ualidum eſt in iure noſtro. ut. ff. de
his qui ſunt ſui uel alieni iuris l. patre furioſo. in princ. &
de act. & oblig. l. obligationum ferè §. placet. inſt. de act.
§. actionum autem quædam. Modo ſic arguo. Iudex non
poteſt pronũciare de alia re; uel aliquo facto, niſi de his,
quæ petita & probata ſunt principaliter. ut. ff. de iudi. de
qua re in princip. iuncta l. ut fundus communi diui. niſi al
tero de duobus caſibus. uel ut de aliquo incidenti. uel ut
de aliquo emergenti. ut. C. de or. iudi. l. j. & ij. de ord. cog.
l. ij. & de iudic. quoties. & no. in d l. de qua re. Sed proba
tio facta de parte diuiſa non uenit ullo de prædictis trib.
modis. uidelicet nec ut principale, nec ut incidẽs, nec ut
5 emergens. ut probabo, ergò† Iudex nullo modo cõdem-
nabit Titium ad reſtitutionem diuiſæ partis; ſed abſoluet
eum. nam ut de principali non ſententiabit. quia nec fuit
in libello comprehenſa. nec ſuper ea lis cõteſtata. ut no.
in gl. dictæ l. de qua re. nec incidenti. quia incidẽs cauſa
eſt, quæ uerè nata fuit ante lit. conteſt. ¶Et etiam per mo-
dum exceptionis opponi debet ante litem conteſt. ut no.
in gl. prædictæ l. de qua re, ut eſt pacti & iuriſiurandi ex-
ceptio. Et iſta talis quæſtio incidens debet opponi p reũ.
Et eam oppoſitam ut actor probare debet. ut. ff. de pro-
ba. l. in exceptione. Sed in caſu quęſtionis noſtræ nõ fuit
propoſita ante litis conteſtationem nec poſt petitio par-
tis diuiſę, nec per reum, ſed per actorē factũ ꝓbatum, &
nõ poſitũ. ut patet ꝑ terminos quęſtionis. ergo Iudex nõ
iudicabit de ea parte probata. licet cõſtet ſibi tanquàm de
non pertinenti. ſed reum abſoluet. tanq̃ ſi nihil probatũ
eſſet ab actore eodem modo. Nec de emergenti, quia per
eum poni & probari debet. ut. ff. de lib. agno. l. ſi quis a li
beris. §. ſi uel parens. & de preuaric. l. iij. in ſi. primi reſpõ
ſi. Sequitur ergo quod Iudex abſoluet reum non obſtante
probatione partis diuiſę facta. quia eſt omnino imperti-
nens. ¶Tertia ratione; & ſic lege cauetur quod fundo di-
uiſo in partes, amplius illę partes non ſunt fundi partes
imò fundi integri, & ſeparati unus ab alio, cum ſola de-
ſtinatione, uel diuiſione patrisfa. uel dominorum fundũ,
totus ab alio ſeparatus, terminis, & regionibus, dicitur
unuſquiſque eorum totus fundus, non partes fundi diui-
ſi. ut. ff. de leg. j. l. quod in rerum. §. pen. & l. planè. §. fin. &
communia prędio. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. & not.
ff. de rei uendi. l. Pomponius in gl.
¶Modo ſic arguo. ille qui petit partem fundi pro indiui
ſo, non petit aliquid determinatè, cum in unoquoque ce
ſpite fundi habeat partem ille qui habebat partem fundi
pro indiuiſo. ut ff. ſi cer. pet. l. uam & ſi fur io ſio. de leg. 2.
cum pater. j. rñ. pro ſo. l. ſi Titius. in gl. ubi facit differen-
tiam inter pecunias & alias ſpecies. Ille autem qui petit
partem fundi pro diuiſo petit fundum unum totum inte-
grum, & determinatum, & ſic omnimodò diuiſe. ¶Et pri
mo petiuit iam oſtẽſum eſt. Vnde in propoſito. Ille q pe-
tiit fundi partē pro indiuiſo probauit ad ſe pertinere par
tē fundi diuiſam. omninò aliud probauit quam poſuit.
¶Modo lege cauetur. ꝙ ſi aliquis aliquid petit erando ꝙ
petere non credebat. Iudex abſoluit eum ab illa inſtan-
tia iudicij. & audiet poſtea actorem, errorē ſuum corrigē
tē & petētē quod debet. quo probato condēnabit reum:
ut Inſtituta de actionibus. §. ſi quis aliquid pro alio. Sic i
propo-

propoſita queſtione.cum iſte actor aliud omnino poſue-
rit.& aliud probauerit errore aliquo , dico iudicem debe
re ab iſta inſtantia reum abſoluere,& actorem in eo , qđ
uerè prætendit audire in alia inſtantia iudicij. Nec ob.ꝙ
poſſet dici,quod actor probando partem diuiſam;ſaltem
probat partem partis indiuiſæ . & ſic deberet iudex con-
demnare reum ſaltem ad reſtitutionem partis . Non eſt
uerum , quod in parte partis indiuiſæ reus habeat partē,
& ſic deinceps uſque ad unum palmum terræ fundi ſecū-
dum quod iam oſtenſum eſt . Vnde & in caſu quæſtionis
noſtræ poſuit in libello partem indiuiſam.poſuit conſe-
quenter reum habere partem in omni palmo terræ fun-
di . Quando poſtea probauit partem diuiſam probauit ſe
habere unum fundum totum integrum, in quo per quan-
dam conſequentiam tacitam probat reum nullam habe-
re partem & omnino aliud poſuit, & aliud probauit , &
nihil de poſito in libello probauit quare iudex abſoluet
reum &c . ¶Præterea & qua rata ratione.& ſic ſi quæra-
tur quæ eſt ratio quare iudex non poteſt ſententiare,niſi
ſecundum ea , quæ poſita ſunt in d.l.ut fundus.cum ſimi,
dicēdum eſt ꝙ reus debet certificari per petitionem acto
ris , ut ſciat utrum cedere uel cōtendere debet : ut ff. de
æden.l.j.2.reſponſo.& C.de æden. l. edita. unde ſi iudex
poſſet ſententiare præterea quæ poſita ſunt iam reus in
illis ignoraret utrum eſſet cedendum,& ideo eſt a iure ꝓ
hibitum ꝙ non poſſit pronunciare.niſi ſecundum petita,
Sed in propoſita qōne reus non fuit certificatus per libel
lum de parte diuiſa,& ſic ignorabat,an credere uel contē
dere deberet ſuper parte diuiſa . Sed tantum contenden-
dum putauit in parte indiuiſa , quarè iudex &c. cum ubi
eſt eadem ratio,idem ius ibi ſtatuendum ſit:ut l.illud. ff.
ad l. Aquil. ¶Non facit contra prædictas rationes. ff. de
rei uēdi.l.pompo.immo pro,ſm rōnes eiuſdem.l. & eius
intellectum . nam lex illa tantū facit dr̄iam in petitione,
qualiter debeat peti pars pro indiuiſo, cū duo poſſidene
fundum pro indiuiſo, quorum unus eſt dn̄s,& alter non.
& qn̄ duo poſſident pro diuiſo ſimili mō.ut in primo ca-
ſu agat,& petat tacitā ptē ꝓ indiuiſo ab eo,q non eſt dn̄s
ab eo,q eſt dn̄s nihil. & eſt rō quia ſi peteret quadrātē ab
eo qui eſt dn̄s fruſtrare i petitione ſua. quia quadrātis me
dietas eſſet reus a quo petitur.& medietas medietatis qua
drantis.& ſic deinceps . & rei uēdicatio datur nō contra
dn̄m.ut ff.de rei uē.l.in rē actio. un̄ oportet ꝙ petat ab eo
q non eſt dn̄s. & damnato eo ad reſtōnem partis fundi ꝓ
indiuiſo habebit actor partem fundi pro indiuiſo . & ſic
nō fruſtrabitur petitione ſua.¶In ſcđo caſu qn̄ poſſideret
pro diuiſo ab unoquoq; petit quadtantē &c . Rō quia in
omni parte pro diuiſo habeo partē meam & alter dn̄s ſi
militer.Vnde habeo ego medietatē medietatis quē poſſi
det dominus. & eſt rō quia ego petitor poſſem decipi eo
forte ꝙ dominus diuidēdo tenuit ſibi uel eligit meliorē
ptem.unde ſi ego peterem tātū ptem eius qui nō eſſet do
minus ſorte deciperet ꝙ lex euitat ar.l.meminerit. C.un
de ui.& ſic probat.l.pōpo.Iſtæ ꝑdictæ rōnes faciūt dr̄iam
inter petitionem faciēdam de pte diuiſa,& de pte indiui
ſa. & ſic de eis facienda eſt diuerſa indagatio per iudicē.
ut iā oſtenſum eſt.ergo cum ſit alia petitio & alia ſn̄ia de
parte diuiſa,& de parte diuiſa & diuerſa ut ꝑal.l.Pōpo.ꝓ
bat ergo qui ponit in libello partē idiuiſam. & poſtea ꝓ
bat partē diuiſam oino aliud poſuit,& aliud ꝓbauit. qua
re iudex &c.¶Itē nō ob.l.ſi qs cū.ff.de excu.rei iu.quia ibi
fuit totū petitū & a toto abſoluitur reus.& q eſt a toto ab
ſolutus & a parte abſolutus eſt.Et ſic ibi nil aliud eſt ꝓba
tū q̄ propoſitū.& iō nihil ad qōnē noſtrā.unde ſaluo me.
liori cōſilio tenerē in ꝑdicta qōne reū omnino eſſe abſol
uēdū ab iſta inſtantia iudicij,reſeruata ſibi ptāte petendi
in alia inſtantia iudicij partē fundi pro diuiſo.i.totū fun
dum diuiſum ab alio qui ante diuiſionem fuerit unitum .

¶Federicus ſcripſit Senis parum poſt doctoratum .

SVMMAE.

1 *Reus non tenetur nec cogitur ſuas defenſiones propone-
re niſi prius conſtet de iure actor .*

2 *Inſtrumentum ante li. conte. productum an in actu prin-
cipali aliquid operetur .*

3 *Probationes ſi quæ fiant ad certum & determinatum fi-
nem & effectum.quod ſuum non operentur effectum ad
alium finem conſequendum .*

QVAESTIO CLVI.

IN Chriſti nomine amen . Caſus talis eſt do . Minus de
Tholomeis corā do.Vicario Sē.epi petit a do.Frāciſ-
co Priore de ſalcea.no.cc.ex cauſa mutui.de quo de-
bito dixit patere in quodā inſtr̄o publi.Prior ſeu eius
ꝓcurator tractus ad cām petijt ſibi dari,& ad inſpiciēdū
exhiberi dictū inſtrumētū,ut poſſet melius deliberare an
uellet cedere uel cōtēdere.do.uicarius ſecutus gl.Inn . &
Hoſ.poſitā extra de ꝓba.c.j.fecit dari copiā inſtr̄i procu-
ratori Prioris.ut poſſet ſe informare ſuper reſpōſione fa
ciēda. Qua copia habita ꝓcurator Prioris ineptè ꝓpoſuit
quaſdā exceptiones ꝑemptorias,quæ ueniebat ꝓbāda li-
te conte.Vnde do . Vicarius non admiſit illas.ſed eas ro
ſeruauit poſt lit.conte.Deinde do.Vicarius fecit litem c-
teſtari.& præſtari calumniæ iur̄m.& ſtatuit die tertia nō
uēbris terminum quinq; dierum utriq; parti ad proban-
dum de iure ſuo.do.Minus ad ꝓbandum de iure ſuo itera
to produxit inſtr̄m debiti . Et meritò , qa productio facta
fuit lite non conte . & fuit facta non ad probandum ſed
ad informandum reū an uelit cedere uel cōtendere.Pro-
ducto iſtr̄o domi . Vicarius aſſignat terminū procuratori
Prioris ad opponendū ꝯtra inſtr̄m.In termino ꝓcurator
Prioris oppoſuit cōtra inſtr̄m illā exceptionem,q̄ primo
ineptè ꝓpoſuerat ante litis conte.ſ.exceptionē uſurariā,
& etiā quaſdā alias do.Vicarius nō aſſignauit aliquē ter
minū ꝓcuratori prioris ad ꝓbandū illas exceptiones,&
interim trāſiuit quaſi menſis & plus & cā huius interual-
li tp̄is fuit,quia prior petebat ſibi relaxari iur̄m,ne uulgi
opinione poſſet de reatu periurij notari.Trāſacto menſe
ut dixi,procurator prioris cōparuit & petiit ſibi dari ter
minū ad ꝓpoſitas exceptiones ꝓbādū.Cōtra quā petitio-
nem dicit ꝓcurator do.Mini ꝙ dict. Prior audiri non de
bet .quia terminus eſt lapſus q datus fuit ad ꝓbādū,ualet
terminus.v. dierū q aſſignatus fuit die tertia nouembris
utriq; parti ad ꝓbandū de iure ſuo . ¶Quærit̄ quid iuris.
¶Super quo reſpōdetur ꝙ aut fatua eſt qō, aut eam non
intelligit ſcriptor ꝑſentiū,propationes.n.quædam ſunt,
quæ fiunt primo,& principaliter ſuꝑ principali negocio
ſcđo loco fiūt reprobationes. Tertio loco fiunt reproba-
tiones reprobationū.ut colligitur extra de teſt.licet 3.&
c.ti. ꝑſentia.li.6. ¶Vel ꝑ alia uerba opponūtur exceptio-
nes cōtra inſtr̄a,& teſtes & replicationes cōtra exceptio
nes.Itē certū eſt ꝙ reus nō cogit̄ ſuas exceptiōes,& defē
ſiones ꝓponere niſi cōſtet primo de iure actoris,qūo. n.
poſſet reus ꝯ.inſtr̄a & teſtes nō ꝓductos aliqđ opponere
ad quid.n.ſe grauaret onere ꝓbandi , niſi actor primo ꝓ-
baret de iure ſuo fruſtra quidem.ad ꝙ optime facit ꝙ no.
de teſt.c.de teſtib.in ul.gl.In ꝓpoſito d.Vicarius aſſigna-
uit terminū utriq, parti ad ꝓbandū de iure ſuo.v.dierum
j. iſtū terminū ꝓbatoriū. Prior nō habebit quicquā pro-
bare nec cogitabat,nec diuinare debebat ꝙ actor ꝓduce-
ret teſtes uel inſtr̄a.Si do.Minus nihil produxiſſet uel ꝓ-
baſſet infra terminū debebat obſolui Prior,etiam ſi nihil,
probaſſet . Sed ex quo do.Minus produxit inſtr̄m,per qđ
ſua fundabatur intentio,ex tūc Prior debuit hr̄e dilatio-
nē ad opponendū exceptiones ꝯtra inſtr̄m,&terminū ad
probādū dictas exceptiones, non obſtante ꝙ lapſus eſſet
primus terminus datus ad ꝓbādū. qa ad aliud cōceditur

iſte

iſte terminus & ad aliud ille. ¶Non obſtat ſi quis ſomnian do diceret, quòd dominus Minus produxerat inſtrm ante litis cont. & per ↄſequens Prior debet probare, & opponere quicquid uolebat ↄ. primũ terminũ quinque dierum. Nam
3 † primus uſus inſtri fuit ante litem cont. & non facit fidē in negocio principali, & non fuit factus ad probandũ, ſed ad informandum. & ex tali uſu dominus Minus nõ potuiſ ſet obtinere niſi iterato produxiſſet inſtrm debiti ſicut ſe
3 cit. †probationes. n. factæ ad unum finẽ cõſequẽdũ non ſufficiũt, nec fidẽ faciunt ad aliũ finẽ cõſequẽdũ, caſus ẽ qua ſi ad literã. extra de teſti. ueniens. 2. & no. de or. cog. cũ di lectus. in gl. hic patet uer. ſed quid ſi i modũ exceptionis.
¶Concluditur quod propter primũ uſũ inſtri Prior nõ coge batur aliquam exceptionem contra inſtrumentũ proba re. Sed propter ſm uſum iſtrumẽti factũ debito tpe, Prior hab uit nouam dilationem, & merito ad opponendum cõ tra inſtrumentum. Nunc petit dilationes ad probandum ſuas exceptiones, quo iure potuit ſibi negari nõ uideo. Cõ ſultor ergo quẽ ignorat ſcriptor præſẽtium, ſi ſentiret cõ trarium qđ quaſi reputo impoſſibile, mittat pro me; aut motum ſuum mihi per cedulam ſignificet. Federicus.

S V M M AE.

1 *Frater minor cum licentia tranſiens ad ordinem non mẽ dicantium: an poſſit ad beneficium curatum promoueri.*
2 *Cõſta*nte *cã conſtitutionis, conſtat & ipſa conſtitutio.*
3 *Canones dicunt monachum non debere clauſtrum exire, nec curam animarum gerere, ſed pſalmodiæ, & operi bus manualibus inſiſtere.*
4 *Conſtitutio exorbitans à iure non eſt extendenda.*
5 *Dictio quomodocunque quod ſit continuatiua præceden tium.*

QVAESTIO CLXI.

Quidam religioſus mendicans & ibi profeſſus tran ſiuit habita licentia, & licito modo ad aliquod monaſterium ordinis beati Benedicti quod eſt
5 non mendicantium. Modo quæritur† ſi extra ad miniſtrationem proprij Monaſterij, & ordinis per epm poſſit aſſumi ad curam cuiuſdã parochialis eccleſiæ. ¶Et primo uidetur quod nõ poſſit, per c. ut profeſſores. de re gu. in cle. ubi dicitur, ꝙ nec aliquam curam, nec quodcun que animarum regimẽ tales poſſunt obtinere, nec exerce re ibi. ergo cũ ius nõ diſtinguat, nec nos diſtinguere debe mus. ¶Reſpondeo ibi loquitur ad Adminiſtrationibus pro prii ordinis, quod patet ex pluribus. Primo quia ceſſat ra tio finalis cõſtitutionis illius. Nã ibi in principio fuit duç cauſæ una impulſiua. ſ. ut religioſi remaneant libentius in ordine ſuo, alia finalis. ſ. ꝙ iu ordinib. ad quod tranſeunt
2 quietius ſtudeant permanere† iſta ceſſante ceſſat & conſti tutio. facit qcod no. in c. tranſlationem de renun. cum ſua materia in gloſſ. Archi.
¶Præterea facit uerbum mihi. ibi poſitum, quòd ſi nou ibi. a libi ſecus. & facit ad hoc prima punctuatio, quæ domino Io. placere uidetur ſuper ipſo uerbo mihi poſita. & facit ad hoc optimẽ conſtitutio domini Benedicti. 12. de mo nachis. in c. 35.
¶Sed oppouitur adhuc ſi in ſuo Monaſterio non poſſunt, in quo ſtando debent eſſe fauorabiliores, ergo nec alibi. Nã
3 †monachi non debent clauſtrum exire. nec curam anima rum gerere, ſed tẽpore pſalmodiæ. & operibus man uali bus inſiſtere. 16. q. j. monachus. c. ſi cupis. & c. alia & c. pla cuit. 2. de conſe. diſ. 5. nunquam cum ſi.
¶Reſpondeo illis capitulis derogatur per c. doctos ea. cã &
4 qõne, & p id qđ ibi no. ¶†Præterea illa conſtõ ut profeſ ſores eſt pœnitẽtialis & exorbitãs à iure eorũ antiquo er go non extendenda de pœ. diſ. j. pœnæ. de elec. ſtatutũ. l. 6. Ego Fede. de Senis minimus decretorum doctor tunc Peruſii actu legens ſuper hoc ad conſulendum aſſumptus dico dictum religioſum poſſe præfici per epiſcopũ, & aſ ſumi ut dictum eſt ſupra. Et ultra præmiſſa ſufficiẽter al legata dico ꝙ totũ illud. c. ut profeſſores loquitur unifor
5 miter, & pars ſecunda continuatur primæ † qđ deſignat dicto qũocunque quę continuatiua eſt ut dicit Io. mo. & Arch. de ele. quorundam ad ſi. li. 6. & ſic totum. c. prin. & finis intelligitur de prioratibus, Adminiſtrationibus, & cura aiarum in eoũr ordine, ut ſic totum. c. ſit uniforme. Facit de baptiſmo maiores. §. cæterum. Et quamuis ſuper hoc pluries requiſitus recuſauerim cõſulere. tamen ab ami co coactus conſulere credo, & conſulo ut ſuperius dixi.
¶La. Et recuſandũ eſt, quia præſtat occaſionẽ mali à fraudi bus. & quia cõiter creditur contrarium: & querẽdum eſt ut plures, & ſciendum eſt ut pauci. Marcus uero philoſo phus in multis contra... ſapere, & deſipere eſt La.
¶Conſultatio ad dominum Griffolum, & reſponſio facta per Federicum dum erat ſcholaris.

S V M M AE.

1 *Teſtes quãdo in eadem cauſa dicantur conteſtes.*
2 *Contrarietas in teſtibus quid operetur.*
3 *Teſtibus ſingularibus in dicto ſuo ſtandum non eſſe.*

QVAESTIO CLXII.

Domine Griffol. rogo uos ut detis aliquas allegatio nes & argumenta ſuper infraſcriptis dubiis uobis trita & quotidiana. nec in his de liberatione indi getis nid licet. Quidam inquiſitus eſt, ꝙ tali loco & tpe percuſſit quendam cum uno ſpõtone ferreo & plu ribus uicibus ſine ſanguinis effuſione i manu. Modo unus ex teſtibus productis contra eum, dixit uera eſſe contenta in inquiſitione, qui interrogatus an per talium, an per pũ ctam percuſſerit. reſpondit per punctam. Alius uero teſtis dixit per taglium, & non punctã. Interrogati teſtes ĩ qua manu, dicunt ſe non recordari. ut mihi ꝙ ſibi inuicem cõ tradicant quia unus dicit per punctam, & alius per tagliũ & non per punctam. Item non eſt uerifimile ex qualitate & genere armorum ꝙ per punctam percuſſerit ſine ſan guinis effuſione. & ſic ſibi inuicem pugnantes nõ faciunt fidem. ¶Item uidetur mihi quòd quia non certificant in qua manu fuerit facta percuſſio, non ſit ſufficiens dictum teſtis per l. prætor ait. ff. de iureiur. Inquiſitio tamen non ſpecificauit in qua manu fuerit facta percuſſio. Et licet iu ra noſtra a longe poſſint adduci. eſt tamen magis ueſtra materia. Peto per uos iuuari, & cras uellẽ facere aliquas allegationes, quas non audeo facere ſine adiutorio ue ſtro. unde rogo ut habeam cras mane.

¶Reſponſio do. Griffoli.

¶In qõne propoſita non uidetur probatum crimen õbiectũ, nam licet obijciatur de percuſſione ſpõ tonis ſine ſangui
1 ne. cum teſtes † in probatione percuſſionis nõ ſint conte ſtes. unus enim dixit quòd punctim, ſiue per punctã pcuſ ſio interuenit. Alius quod ceſim: ſiue per taglium percuſ ſio interuenit. & ſic de diuerſis, & ſuper diuerſis percuſſio nibus atteſtantur. Nam alia eſt percuſſio, quæ punctim ſi ue per punctam infertur. Alia quę per taglium. Nã aliud eſt dãnum in turba datum, aliud extra turbam. uſſ. ui bo. rap. l. prætor ait. §. hæc autem actio. Et licet teſtes quo ad percuſſionẽ probandã ſint conteſtes, tamen quo ad modũ formam ſeu qualitatem. non ſunt conteſtes. ſed contrarij. Nã unus dicit de una qualitate, ſeu mõ percuſſionis, alius de alia. Et diuerſitas qualitatũ criminũ inducit pænarũ di uerſitatẽ. ut ff. de pœ. l. aut facta. §. qualitate. Itẽ p hoc facit

qđ aliud eſt damnũ dolo datũ, aliud damnũ culpa datũ.
ut ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius fue.l.j.§.non autem alias.Itẽ
2 † cõtrarietas teſtẽ repellit & ſuſpectũ reddit.ut in auẽ.de
teſti.§.ſi uero quidã col.7.Sed in ꝓpoſito dicti teſtes ſunt
omnino contrarij, ſi de eadem ꝑcuſſione loquantur.Nã
unus dicit quod puncta percuſſit,alter per taglium,& nõ
per punctam. unde ſibi adinuicem ſunt repugnãtes,& ſic
repellendi & neutri credendum.ut C.de fide inſtru.l.ſcri
pturę.& d.§.ſi uero.Quidam uero ſi nõ loquãtur de diuer
ſis percuſſionibus,& iterabilibus,tunc non ſunt cõteſtes
3 † & ſic ueneri ut puta ſingulari in dicto ſuo ſtãdum eſt. ut
C.de teſti.l.iuſiurandi.

¶Conſilium an delegatus poſſit inuocare brachiũ ſeculare.

SVMMAE.

1 *Delegatus an poſſit in ſuis executionibus inuocare brachium ſeculare nulla in mandato facta mentione.*
2 *Iuriſdictio delegata quod ſit ſtricti iuris, odioſa, & extraordinaria,reſtringenda inſuper & coarctanda nec nõ ad perſonas non comprahenſas minus extendenda, & in quibus caſibus.*
3 *Clauſula, inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, quod non debeat eſſe abſq; effectu aliquid operãdi.*
4 *Aliquo permiſſo,uel prohibito quod & omnia intelligantur permiſſa,uel prohibita,per quæ peruenire ad illud.*
5 *Poteſtas eccleſiaſtica quo caſu ſe poteſtate ſeculari iuuare poſſit & econtra.*
6 *Regula appellatione pendente nil innouandum, an ſemper procedat.*

QVAESTIO CLXIIII.

IN Chriſti nomine amen. Super inuocatione& petitione
brachij ſecularis Ducis Calabriæ,qui tunc erat Senis
petiti & poſtulati,a domino Vicario,& eius curia per
venerabilem uirum dominum Pyleum Canonicum S.
Petrienẽ.diœceſ. In quæſtione vertente inter Monaſte-
rium fratellarum ex parte vna.& filios do. Stricti ex par-
te altera.ut de dicta inuocatione patet per patentes lite-
ras ipſius dom.Prioris ab infraſcripto conſultore viſas le
ctas,& ſæpius recenſitas. ¶Tria dubia principaliter oriri
1 videntur.Primum an delegatus † qui hoc non habet ex-
preſsẽ in mandatis,poſſit inuocare brachium ſeculare.Et
dato quod poſſit an appellatio quæ dicitur interpoſita à
pronunciatione Iudicis,qua pronunciauit ſe Iudicem im
pediat peti brachij inuocationem. Et ſi non impediat,an
ordinatio proceſſus habiti.ſ.per dñm Priorem.ut pro par
te dictorũ filiorum allegatur impediatur necnẽ. ¶Ad pri
2 mum vr̃ quòd delegatus hoc non poſſit † quia iuriſdõ de-
legata eſt ſtricti iuris,odioſa,& extraordinaria,& ſic per
conſequens reſtringenda & coarctãda. & ad perſonas nõ
comprehenſas in reſcripto non extẽditur. vt extra de re-
ſcr.& edoceri.& ibi gl.e.ti.nonnulli.& c.vl.de off.deleg.
3 P.& G.¶†Itẽ ſi hæc clauſula inuocato ſi opus fuerit.intel
ligitur tacitẽ debet includi in literis delegati,apponere-
tur fruſtra. ergo ſi ponitur, aliqđ opari debet.ad hoc de
priui.ſi Papa l.6.& hoc tenet Archi.de hæret.ut officium
li.6.dicens.B.hoc dixiſſe in quadam additione,quam po
ſuit de offi.ordi.in pleriſq;.Et ſic ſm̃ iſtos delegatus aut ꝑ
ſe,aut per ordinarium exequatur ſuam ſententiam de re-
ſcript.c.cum contingat.de offi.dele.ſignificaſti.
¶In contrarium ſunt In.de offi.de leg.ſignificaſti.& Hoſt.e.
ti.c.1.& ibi ſatis per do.Io.An.in nouella.& hoc e.ti.c.j.
li.6.& Guil.in Spe.ti.j.§.ſequitur.uer.ſed nũquid ſecula-
4 re.& idẽ Arch.23.q.5.adminiſtratores†qa aliqua re pmiſ
ſa,uel ꝓhibita,oia quæ ſequũtur ex ea uel ꝑ quæ põt ꝑue
niri ad eã,uel eius effectũ intelligunẽ pmiſſa uel ꝓhibita.
Tex.ſunt de offi.dele.c.ꝑtérea.& c.prudẽtiã.§.6.uer.cæte
rũ.ff.de ꝑcu.l.ad rẽ.& l.ad legatum & de ſponſa.l.oratio
5 cum ſi.¶†Cum ergo eccleſiaſtica iuriſdõ,&cohertio,nõ
ſufficit ad comprimẽdũ contumaces,&inobediẽtes,meri
tò ꝑ ſecularẽ potẽtiã ſe iuuare dẽt eccleſiaſtica ptãs,ſicut
econuerſo ad hoc de offi.ordi.c.optimẽ de ſent.exc.deli-
cto li.6.cum ſuis concor.ſimilib. Non obſtat ꝙ iuriſdictio
delegati eſt reſtringenda.qa illud habet locũ ubi ꝑ dele-
gatã iuriſdictionẽ derogaretur iuriſdictioni ordinariæ q̃
eſt fauorabilis.Et hoc reſpecto dicimus quod literæ dele
gati non extendũtur ad futuras lites.Non prorogantur a
perſonas cõprahenſas in reſcripto.ut in c.ul.de reſcr.&
in c.p.& g.de offi.dele. Quia in illis caſibus abſorberetur
iuriſdictio ordinaria.ſed compellere teſtes vt teſtimoniũ
ferãt,contumaces punire,& mulctare iuriſdictionem im
pediẽtes,cohercere,eccleſiaſticã cẽſurã exercere.Aſſeſſo
res & Notarios ab immoderatis ſalariis cohibere,brachiũ
ſeculare inuocare,& ſimilia facere,nõ eſt derogare iuriſ
dictioni ordinariæ,ſed eſt deſeruire,& accedere rei,& ne
gocio principaliter delegato commiſſo,qa ſine illis com
mode expedire nõ põt.ſicut dicimus de officio Iudicis a-
ctioni deſeruienti. Nec obſt. qđ dr̃ de clauſula appoſita ꝙ
aliqđ operari dẽt &c.nam illud hẽt locũ qñ expreſſe uel
tacitẽ nõ cõprehendebatur.Nã ſi tacitã exprimañ,nõ red-
dit ꝯtractũ cõdõnalẽ & dat nouã formã rei,& ad hoc de
reſcri.c.j.cũ adeo.de elę.cãm.ff.de cõd.& demõ.l.condõ
nes q̃ extrinſecus.& ibi no.in gl.ul.& ideo ſm̃ ipſũ Arch.
delegatus põt excõmunicare tertiũ cõmunicantẽ excom
municato a ſe,qđ eſt mirabile. Et hoc ideo eſt qa omnia
uidentur commiſſa &c. ut ſupra dictũ eſt. & hoc ipſe no.
de ſenten.exc.ſtatuimus.& c.ſtatutũ.& quaſi eſt ibi caſus.
Nõ ob. ꝙ delegatus põt recurrere ad ordinariũ & c.nam
licet hoc poſſit, nõ ſequiẽ ergò nõ põt recurrere ad bra-
chiũ ſeculare.imo ſeqtur quòd ſi delegatus uincat ordi-
nariũ,& ordinarius uincit Iudicẽ ſecularẽ,ergo ſm̃ regu
lã ſi uinco uincentẽ te &c.delegatus põt cohercere Iudi-
cẽ ſecularẽ,q̃ regula eſt de conceſ.preb.c.autoritate.li.6.
cũ ſimilibus.Maximẽ cũ uitãdi ſint circuitus.ff.de condi.
inde.l.dominus teſtamẽto & in cle.auditor.de reſcr.& ſi
ordinarius põt inuocare, ergo & delegatus q̃ maior eo ĩ
cauſa ſibi cõmiſſa de offi.dele.ſane.& de offi.leg.ſtuduiſti.cũ ſimili.¶†Non ob. ꝙ appellatione interpoſita nil de
6 bet innouari &c.qa illud habet locũ appellatione inter-
poſita à diffinitiua cui ius defert.Et eſt ratio quia in cã ap
pellationis interpoſita à diffinitiua,poſſunt produci no-
ua iura,& ſententia iuſte & rectẽ lata per acta prioris cau
ſæ põt, & debet retractari.ſi noua iura producantur tex.
eſt in l.per hãc.C. de tempo.ap.& de fide inſtru.cũ Io. &
melius de priuile.cum olim 2.in fin.Sed appellatio inter
rum tenetur ire ad ſinodum Epi, & ſtatuta ibi ædita quā
tum dicta membra contingunt obſeruare. ut ſatis proba-
tur in tex & glo.de priui.c.1 .lib.6. Comparando ergo
iſtum exemptum ſatis per hoc uidetur decidi hæc quæ-
ſtio. Item no.Ioan.an extraordinarie in d.c.1.quod mo-
nachus ſtans in loco exempto proiiciens uel alias uulne
rans aliquem in loco non exempto effectus eſt utriuſque
iuriſdictionis & Abbatis & Epiſcopi loci. Et idem tenet
dominus meus in quæſtione quam diſputauit de ingre-
diente monaſterium monialium exemptarum in diœceſi
in qua eſt ſtatutum epiſcopi ꝙ ingrediens monaſterium
monialium ſit excommunicatus. dicens ꝙ talis ſit excom
municatus quamuis. n. ſm̄ eum delictum, ſiue ingreſſus
fuerit in loco exempto, non poteſt negari quin ſaltem in
cipiat in loco non exempto. Siue igitur illa non reſiden-
tia incipiat à beneficio & terminetur ad beneficium ſi-
ue econuerſo. patet ex prædictis ꝙ iſte ligatur ſtatuto.
Maxime quia iſta non reſidentia trahitur ad locum bene
ficij. Nam ubi quis teneatur ad aliquid exequendum, ſi
non contradicit executioni ibi uidetur facere ubi non fa
cit. ff. de reg.iu.qui non facit no de. uſu.c.1. lib.6. Ad qđ
etiam optimè facit quod no.in cle ut lit.pe.c.2 .in gl.ma
gna. nec curat an ille in diœceſi beneficio ſit priuatus a
ſtatuto necne, ſicut non uidetur curare decre.2.de conſt.
lib.6. alias comparando citationem cum ſtatuto ſequere
tur quod me exiſtente in ſtudio, quem ſuper reſidentia
non præuenit citatio epiſcopi, epiſcopus nō poſſet de no
uo citare uel priuare beneficio propter non reſidentiam
etiam ſi mille annis abeſſem, quod eſſet abſurdum. Non
ob. dicta decre.1.de conſt. li.6. quæ ex ſui natura uidetur
intelligenda qñ delinquens & etiam res circa quam de-
linquitur ſunt extra diœceſim ſtatuentis. & quando etiā
extra eandem diœceſim delictum perpetretur, ꝙ non eſt
in hoc caſu ut patet ex prædictis.

¶Reſponſio facta per Federicum.

3 ¶Ego non dubito † ꝙ epiſcopus ſubditum ſuum exiſtē
tem extra diœceſim ſuam excommunicare poteſt. licet
do. Paulus contra. & poteſt procedere contra eum, & eū
excommunicare & priuare. Sed licet ep̄s ſuo ore poſſit
eum excommunicare exiſtentem extra ſuam diœceſim,
non tamen ſtatutum epiſcopi ut in c.2.de conſti.lib.6. de
hoc uide Io. An.de regu.iu. cum ſint iura in merc. ¶Pona-
mus ergo ꝙ ex cauſa honeſta ſe abſentauit illa cauſa ceſ-
ſante ſtetit abſens ſine cauſa in diœceſi aliena. modo deli
ctum incæpit in diœceſi aliena & ibi conſummatum eſt.
Licet in iſto caſu epiſcopus poſſet eum citare, excommu-
nicare, & punire, & priuare, tamen lex mortua epiſcopi
quæ ligat ubi reperit delinquentem nō poſſet ligare ex
tra diœceſim exiſtentem. Vnde ratione eiuſdem facti epi
ſcopus poteſt ſuo ore in ſua diœceſi exiſtens ſuum ſubdi
tum exiſtentem extra diœceſim ſuam excommunicare,
& tamen lex mortua epiſcopi illum eundem ex eodem
facto uel delicto non poteſt excommunicare, Sic dicam
4 in propoſito † ꝙ epiſcopus poteſt procedere contra non
reſidentem ubicunque ſit. de cle.non re.ex tue.cum ſi. ſed
lex mortua epiſcopi pȩnam continens non ſtatutum a iu
re cōi nunquam ligat delinquentem extra dyoceſim.

¶Reſponſio do. ſcholaris.

¶Epiſcopi poſſunt ſuis conſtitutionibus pȩnalibus ius
commune iuuare pȩna etiam in iure non expreſſa ſecun-
dum Hoſt.de offi.archipreſ.c.ulti. Quȩ ſtatuta licet non
afficiant perſonam delinquētis in ſe & abſolute ſumptā
& ſic loquitur decre. ſecunda. de conſt.li.6. & quȩ ſupra
per uos allegantur, afficiunt tamen eam ratione rei quȩ
eſt in diœce. delinquentis quatenus illam ſtatutō contin
git maximè ratione delicti ꝙ terminando conſumatur,
refertur, & trahitur ad rē conſtitutam in diȩc. ſtatuentis.
ut ſupra probaui. & ſic etiam procedunt quȩ ſupradixi.

¶Prima conſultatio Federici.

SVMMAE.

1 *Iuramentum de non agendo & non petendo an impe-
diat litis conteſtationem.*

2 *Exceptio rei iudicatæ, tranſactæ, uel finitæ quod impe-
diat litis conteſtationem.*

QVAESTIO CLXXXIII.

Domine Griffole rogo uos inſtanter ego Fede.
ꝙ placeat uobis mihi reſcribere qd ſentitis de
in iudicio obſeruatis de infraſcripto dubio, &
placeat uobis dare reſponſionem in campanel-
lis. & mittam tunc famulum. Dicitur in c.1.de li. conſt.li.
5 6.† ꝙ exceptio rei iudicatȩ, tranſactȩ, uel finitȩ. impedi
te litis conteſ. quȩro quid intelligatis nomine finitȩ. an
2 ſit uera opi.Inn. ꝙ † iuramentum de non agendo & non
petendo impediat lit.conteſt. mihi plus placet dictum In
no.in eodem loco poſitum. ubi dicit ꝙ uerbū finitum nil
addit ad uerbum tranſactum uel iudicatum. ſed multipli
catis idem repetit.

¶Reſponſio do. Griffoli.

Verba poſita in c.1.de lit.conteſt.lib.6. ſumpta ſunt ex
l.1.§.ulti.ff.ad Tertul. ibi quod ait ſenatus quȩ iudicata,
tranſacta, finita ue ſunt &c. deinde Vlpianus uerba ſena
tus exponit dum dicit iudicata ſcilicet bona fide, ut ua-
leat tranſactio, finita uel conſenſu ſilentio longo ſopi
ta. Ego illa uerba finita, intelligo finita iureiurando dela
to a parte parti quando capit ſpeciem tranſactionis. &
eſt maximum remedium litium dirimendarum ut l.1.&
2.& ff.de iureiur. non autem intelligo finita ſilentio id-
eſt prȩſcriptione, qm̄ illam non puto impedire lit.con-
te. idem ualet quod impediat pactum de non petēdo iura
mēto uallatum, quia ſolum iurm̄ hoc facit multomagis
iuramentum & peccatum ar.C.de tranſ.l.ſi quis maior.
& ita in iſtis caſibus ſic in iurādo & paciſcēdo lōge facit
a petēdo. Et ita intelligi pn̄t illa uerba. uel lōgo ſilētio ſo
pita &c. & ita tenerem opi.Inn.in prin. licet glo. quȩ eſt.
ff.de uer.ſig. tranſacta uideatur tenere ultimam opi.Inn.
nam ibi exponit tranſacta finita ue.i. tranſactione finita
ut d.l.tranſacta.no.in gl. pone exemplum in fi.& poſſunt
intelligi illa uerba finita conſenſu quando renūciatur li
ti. ut C.de pac.l.poſtquam.

Secunda Conſultatio. Fed.

SVM-

SVMMAE.

1 *Vſuras liberaliter donans, an liberat uſurarium à reſti-
tutione.*
2 *Pactum uel iuramentum faciens de non repetendo uſu-
ras, an hoc non obſtante poſſit repetere.*
3 *Remiſſionem uſurarum facere, & pactum de non peten-
dis uſuris differunt.*

QVAESTIO CLXXXIIII.

SEcundum eſt tale communiter tenetur per doct. de
1 reg. iuris. non dimittitur peccatum. lib. 6. quod † ſi
is qui ſoluit uſuras liberaliter donet & remittat
uſuras ſecurus eſt uſurarius. ut nec iure poli nec iu
re fori teneatur rem reſtituere, quia bene poteſt purga-
ri uitium furti. re furtiua de uoluntate domini remanēte
apud furem. & ſatisfactum intelligitur creditori &c. Sed
cum ille qui pactum fecit de non petendo in effectu ui-
deatur donaſſe & remiſiſſe quia ſemper obſtat ſibi excep
2 tio. ¶† Quæro & dubito quare ille, qui pactum fecit uel
iurauit de non repetendis uſuris poſſit hoc nō obſtante
repetere, cum donatio & liberalis remiſſio ex parte una
& pactum de nō petendo ex alia, ſint paria in effectu. &
quòd talis poſſit repetère, qui fecit pactum de non pe-
tendo uidetur probrae de iureiur. ad noſtram. 2. de uſu-
ris tua.

¶Reſponſio do. Griffolt.

3 ¶† Super ſecundo puncto non ſunt paria remiſſionem
uſurarum facere, & pactum de non petendis uſuris. Nā
qui remittit ius crediti tranfert aliquid in debitorem, &
quodammodo à ſe abdicat actionem ſibi competentem,
& pro tanto ſatisfacere & ſoluere id eſt diſſoluere obli-
gationem dicitur: ut ar. ff. de ſolu. l. ſolutionis uerbum. &
ff. de uerb. ſign. ſolutionis. Qui uero paſcitur, de non pe-
tendo non agit in obligationis ſubſtantia, & non diſſol-
uit obligationem, ſed obligat ſe ad non petendum. uerū
quia huiuſmodi pactum eſt nudum, non datur ex tali nu-
do pacto actio, ſed exceptio ut l. iuriſgentium. §. ſed cum
nulla. ff. de pact. unde qui paſcitur non petere uſuras. ſi
remouetur exceptione replicabit de improbo pacto.
quaſi non potuerit obligari. unde ope replicationis con
ſequitur uſuras ſaltem per medium, ſecundum. c. ad no-
ſtram ſupra allegatum. ſed qui remittit, non poterit etiā
per mediū illas cōſeqni quaſi pinguius ſi remittere quā
paciſci licet utroque modo tollatur obligatio naturalis
ut l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſoluti.

¶Reſponſio alterius doctoris iuris ciuilis.

¶Ergo credo ꝙ pactum de non petendo uſuras poſt-
duam deberi incipiunt liberaliter factum à ſoluente ita
liberet ſicut remiſſio uel donatio quantum ad ſecurita-
tem excipiendi ſi petantur & repetendi ſi reſtituantur ꝑ
facti uel iuris errorem, ratio eſt quia incipiunt eſſe poſt
pactum indebite naturaliter, & ſola ciuilis obligatio re
manet ut l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſolu. & l. ſi non ſor
tem. §. indebitum. ff. de condi. indebi. & not. in l. cū quis.
C. de iur. & fact. igno. ſecus ſi tale pactum interponatur
antequam incipiant deberi. quia tunc non ualet ut l. cū
unas. §. pacta quæ turpem. ff. de pac. ne homines inniten-
tur ad delinquendū. ut l. promittendo. ff. de iur. dot. non
ob. c. ad noſtram. Quia ibi teſtór retulit ſe ad factum non
ad ius. ſic. n. uſuras reſtitui iuſſit his, qui eas probarēt ſol
uiſſe, ꝙ perpetuo durat etiam poſt remiſſionem. non an-
tem iuſſit eas reſtitui his, quibus eas debebat. quia tunc
nil redderetur hæredibus.

Federicus Petrucius de Senis.

SVMMAE

1 *Caſus audiri & decidi iura uoluat.*
2 *Honor patris eſt gloria filij.*
3 *Vicinitas inducit commodum, & incommodum ali-
quando.*
4 *Epiſcopi & legati quod non poſſint tam per ſe quam per
alios in quolibet loco prouinciæ pro tribunali ſedere.*
5 *Non decet neque expedit omne, quod licet.*
6 *Vno conceſſio & omnia connexa, & dependentia, per
quæ peruenitur ad illud & ſine quo, commode fieri
non poteſt.*

QVAESTIO CLXXXV.

SVper eo quod quæritur quid reuerendus pater & do
minus frater Thebaldus Rector ducatus facere ha
beat ſuper proceſſu habito & publicato ſuper arti-
culis formatis & electis, de cōmiſſione & reſcripto
papali, in quo committitur eidē domino Rectori ꝙ in-
quirat an cōſtitutio olim ædita ꝑ uenerabilē patrē domi
nū B. tunc Eubrugdiū epiſcopū &c. ꝗ reuocata fuit per
dom. Ioan. de homelio ſit utilior &c. ut in literis apoſto-
licis per me uiſis cōtinetur dicto reſcripto articulis &
atteſtationib. teſtiū. & aliis tā in facto ꝗ in iure diligēter
attētis. Videt mihi Fede. de Senis minimo decretorū do
ctori ꝙ dominus Rector habeat decernere auctoritate
apoſtolica præfatam conſtitutionem domini Ebredimē-
ſis, fore perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter obſer
uandam. & quod ipſe eam eadem auctoritate factam
de cętero ꝑpetuo obſeruari prout in ſiue dicti reſcripti
continetur. Ratio mouens eſt iſta quia teſtes deponēts
pro conſtitutione domini Ebre. ſunt numero plures, &
deponunt apertiora & uériſimiliora rei de qua quæritur
& id quod deponunt. ueriſimilis eſt, & ſic frequenter, &
ut plurimum fieri conſueuit. ergo & illa pars erit potior
altera. de proba. licet de teſti. in noſtra & de iure patro.
ſuggeſtum. Quod autem ſit magis commune, & ueriſimi-
le, quod deponūt iſti & magis conformare iuri patet. qa
5 † iura uoluerunt caſus audiri, & decidi, ubi poteſt copia
petitorum haberi de reſcrip. ſtatutum. § j. lib. 6. Sed cer-
tum eſt ꝙ hoc melius poteſt haberi in curia ducali quam
in curia illius Capitanei deputati in illa Prouinciola.
¶Item ex perſona domini Rectoris & ſuorum officialiū
non eſt dubiū quòd proceſſus iuſtitię meliós fiet per eos,
quam per illum Capitaneum & ſuum paruum officialē
ex quo ſubditi & habitantes in illa Prouincia reputāt ſe
grauatos. & de hoc ſcandalizantur. ſi capitaneus ibi pone
retur hæc ſola cauſa. ſ. ſcandali uitādi debet eſſe ſufficiēs
pro coſtitutione domin Ebred. ut nor. de no. ope. nun.
c. 2. de præſcri. c. 2. de præben. cum teneamur. dicit enim
Inno. Papa officii noſtri debitum remediis inuigilat ſub
ditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum ſcan-
dala remouemus ab ipſis nos in eorum quiete quieſci-
mus & fouemur in pace de offi. lega. c. 1. lib. 6. & de reſt.
ſpo. frequens. ¶ Et hoc ſequitur quod ex bono ſtatu il-
2 lius prouinciæ Romana eccleſia requieſcit in pace. † & ho
nor patris gloria ex filii. Item qui eſt tranquillitate & bo
no ſtatu illius Prouinciæ loca uicina ſentiūt commodū
ſicut econuerſo ſentiret incommodum, quia cortinā cor
3 tinam trahit de ſacra un. c. uno. in 2. col. 2. † & quia ex ui-
cinitate ſentit quis commodum, debet ſentire & incom-
modum de priui. ſuper ſpolia. & de exceſ. præla. clerici.
4 & ibi concordantie. † & quamuis epiſcopi & legati poſ-
ſint per ſe & alios in quolibet loco prouincię pro tribu
nali ſedere. ut de offi. ordi. cū epiſcopus. lib. 6. & de offic.
5 leg. nouit † non tamen expedit uel decet omne ꝙ licet. ut

de

de noto magno.Ceſſatur enim ſæpe a iure pp ſcandalum
faciendum ut dictum eſt ſupra.Et ſi . iceret maleficia cō-
miſſa ibidem non ſic de facili peruenient ad notitiā du-
calis curiæ. Reſpondeo poterunt peruenire quemad.de
alijs partibus ducatus magis remotis perueniunt, ad hoc
de præſumptionibus quoddā.&c.ſcribam. de poſtu. præ-
la.c.1.Item poterit Rector aliquos de illa prouincia face
re denūciatores maleficiorum & facere eos iurare, quod
ſuum officium bene & fideliter exercebunt. ut de teſt.eo.
præterea.& de accu. ſicut olim C. de accu.l.eo quidem
& de hære. excommunicamus.el 1.& hoc optimè proba
tur.per c.1.de of.or.li.6.ubi reprobantur quidam officia-
les quos archiepiſcopus per prouinciam conſtituebat. &
quid tales officiales faciant audiat lector gl.Hoſt.ibi poſi
tam & reſumptam per Io.An.In nouella,uidelicet & hoc
eſt capitulum contra principes & Præſides prouinciarū
qui in quolibet Caſtro ponunt tales Officiales qui ſunt
quæſtuoſi,& oneroſi ſubditis ſuis,& per quandam allu-
uionem trahunt ad ſe totum, & fruſtratim ſicut lupi co-
medunt agnum.allegat in auth.de defen.ciuita.§.unde ēt
datur nulla exigente licentia. Experiētia autem docet ꝙ
legati,Archiepiſcopi, Epī, & Marchiones ducatus , &
Rectores & patroni ſatis haberent reſiſtere extorſionib.
quas fecerūt officiales ſibi & familiares conſeruantes in
domo.quid ergo facient officiales quorum dominus lo o
ge eſt ab eis?& ſi forſan aliquis benefecerit & iuſtè ſe ha
buerit,quis eſt ille,& laudabimus eum,pauci quidem re-
periētur.Et poſito ꝙ reuocatio domini Io.ſit utilior quo
ad burſam cameræ prout aliqui teſtes dicere uidētur pp
compoſitiones.quæ fiebant &c.hoc non eſt conſideran-
dum.nec papa talem utilitatem cōſiderat.utilitatem qui
dam conſiderat conſiſtentem in honorem ut patet euidē
ter ex fine apoſtolici reſcripti.abſit autem a Romana ec-
cleſia illa utilitas.ut fiat compoſitio de criminibus publi
cis.& ꝙ puniantur burſæ ubi deberent puniri homines,
ut de ui.& hone.cleri.quia crimina non debent ſic trāſi-
re impunita.de ſen.excommu.ut fame.de collu.crimina.
& nn.eo.tit.c.ij.91.diſt.ſtudendum huiuſmodi compoſi-
tiones per quas infamabatur Romana eccleſia tranſlule
runt regimina Marchiæ Ducatus ad manus italicorum
per quorum regimina Deo propitio præfatarum pro-
uinciarum incolæ, protecti ſedent ad incurſibus oppri-
mentium.& ſedēdo quieſcunt in pulchritudine pacis.de
ele.cum fundamenta.lib.6.¶ Ego Federicus prædictus ꝙ
ſupra ſcriptum eſt aliis ſcribendum commiſi.& prout ſu
pra continetur ſic conſulo. in cuius rei teſtimoniū ſigil-
lum meum appoſui conſuetum.

¶Federicus.

CAſus talis eſt.Quidam exiſtens Vicarius Præſidentis
in quodam Conuentu fratrum prædicatorum per.
miſit tempore interdicti poſiti per officialem eccleſię ſe
pelire in eorum cimiterio,dici faciēdo miſſam ſuper cor
pus cuiuſdam beghinæ ueſtitæ habitu dictę religionis
fratrum prædicatorum,& ipſemet uicarius interfuit par
ti ipſius miſſę.clauſis tamen oſtiis, & ſecularibus exclu-
ſis.& uoce ſubmiſſa.cum tamen dicta beghina, & alię ſi-
miles habeant priuilegium a ſede apoſtolica quòd inter
dicti tempore,poſſint intereſſe diuinis,& recipere eccle
ſiaſtica ſacramenta. Modo quæritur nūquid inciderit in
interdictum.qui diuina ſic fecit celebrari, ſupra corpus
defunctę,uel non.& ſi incidit per quem debet uel poſſit
abſolui.¶Super primis dubitationum articulis habita de
liberatione ſufficienti,primo quęramus de Officialibus
miſſarū,an ob hoc ſolum officiantes,& celebrantes notā
alicuius ſententiæ uel tranſgreſſionis incurrant. Secun-
do uidebimus de ſepultura.Ad primum arguitur ꝙ non
licuerit miſſam.uel officium mortuorum dici ſuper fune
re defuncti.Nā regula eſt tpe generalis interdicti ꝙ nulla
debeāt diuina officia celebrari,ut de ſponſa. non eſt. de
ſen.excommunica.c.ult.in prin.lib.6.Non ob.priuilegiū
quo licitum eſt intereſſe diuinis.Nam extincta perſona,
extinctum eſt priuilegium,de regu.iur.lib.6.c.priuilegiū
perſonale.¶In contrarium arguitur per regulam,quæ ha
bet cui communicamus uiuo & mortuo communicare
debemus.de ſepul.c.ſacris.24.q.2.c.1.& ij. Item cui diui
na & ſpiritualia conceduntur,& mortuo pſalmi & pſal-
lerium uoces denegare non debent, ſubmiſſe tamen. 13.
q.2.¶Item cum talis poſſit in cimiterio ſepeliri. ut dice
tur in ſequenti articulo.ergo omnia debent ſibi concedi,
quæ ad ſepulturam conueniunt,uidelicet officiū mortuo
6 rum & miſſa ſecundum conſuetudinem loci. †quia uno
conceſſo omnia ſunt conceſſa connexa & dependentia.
& per quæ peruenitur ad illud ſine qbus illud fieri com
mode non poſſit.de of.dele.præterea.& c. prudētiam.§.
ſexta nobis.& de conſti.tranſlato. Item cum uigore pri-
uilegij habilis ſit ad maiora,ſcilicet ad ſacramenta quo-
rum aliqua cum diuinorum celebratione conferuntur.
quomodo non erit habilis ſolum ad diuina, cum magis
poſt exitum præſentis uitæ quis indigeat orationibus &
ſacrificiis ſacerdotum ut 13. q.2.non extimemus & c.ani
mæ. Et iſtam partem credo ueram. ut nulla nota uel ſen-
tentia ex tali miſſa uel officio ſit intruſa.¶Sequitur de ſe
pultura & uidetur quod nō potuerit ſepeliri.quia ſepul-
tura per ſe & nominatim eſt prohibita.ut de pœni.& re-
miſ.quod in te.& de priuile.c.epiſcoporum.lib.6.in quo
c. ſepultura uidetur poni: ut quid diuerſum a ſacramen-
tis,& diuinis officiis.ergo licet diuina officia & ſacramē
ta ſunt conceſſa per priuilegium, non tamen per hoc ui-
deretur conceſſa ſepultura. Sed contrarium magis pla-
cet.ut intentio Papæ priuilegiantis ſit, ut ad iſtas beghi-
nas non ſe extendat interdictum.Nam.nomine ſanctorū
ſacramentorum,non ſolum intelliguntur ſeptem ſacra-
menta eccleſiæ ut c.ueniens de tranſa.ſed omnis res ſa-
cra, & eccleſiaſtica;ut ibi.unde uendens ſepulturam,uel
locum cimiteriatum ſymoniam committit. quia rem be
nedictam & ſacram uendit.ut ibi & de ſepult.c. penulti.
Item cui conceditur ingreſſus eccleſiæ & ſepultura.ut de
ſenten.excommu.is cui lib.7.fallit in caſu ſpeciali.ut de
tot.c.2.¶Concludēdo ego credo,& ita conſulo ſaluo cō
ſilio ſaluis ſententiis,omnia ſupradicta licite fieri potuiſ
ſe ſine aliqua iuris trāſgreſſione quæ ille uicarius permi
ſerit.In quorum teſtimonium ego Federicus de Senis de
cretorum doctor ſuper hoc cōſultus prędicta propria ma
nu ſcripſi,& ſigillum appoſui conſuetum.

¶Ad idem.

SVMMÆ.

1 *Priuilegium datum quibuſdam tempore interdicti de ce-
lebrando diuina ceteris excluſis,an comprehendat eccle
ſiaſticam ſepulturam.*
2 *Communicari mortuo regulariter permittitur cui uiuo cō
municatur.*
3 *Eccleſiaſtica ſepultura an ueniat nomine diuinorum of-
ficiorum.*

QVAESTIO CLIX.

FActum eſt tale. Felicis recordationis Grego-
rius Papa conceſſit benghinabus aliiſque per-
ſonis ſpiritualibus Ciuitatis & ſuburbij Ciuita-
tis Londineo. priuilegium infraſcripti tenoris.
Gregorius epiſcopus &c. Beghinis & Beghinabus ciuita
tis & ſuburbij Londinen.&c.ut cum interdictum genera
le terræ fuerit poſitum in parochiis eccleſiarum ciuitatis
& ſuburbij Londinen. ubi degetis per ipſarum Rectores
ſeu Vicarios & presbyteros,non interdictos uel excom-
municatos ſeu ſuſpenſos clauſis ianuis excluſis omnibus
aliis,& præſertim excōmunicatis,& interdictis,nō pul-
ſatis campanis uoce ſubmiſſa diuina officia facere cele-
brari

brari & eccleſiaſtica recipére ſacramenta deuotioni ue-
ſtræ auctoritate præſentium indulgemus nulli ergo om
1 nino hominum &c.Nunc inter alia quæritur † utrum be-
ghinæ & beghini prædicti tempore interdicti decedétes
posſint eccelcſiiaſticam ſepulturá habere.Et uidetur dicé
dum ſecundum Huiguitionem de Vercellis.& Iac.de Ca-
ſuli,quod priuilegiati præfati eccleſiaſticá ſepulturá ha-
bere posſint.ſicut alij qui poſſunt priuilegij iure ſepeliri
in cimiterin tempore interdicti.hoc ideo quia cum om-
nis uoluntariorum ſacramentorum percipio ſimul cum
ſepultura tépore interdicti denegetur:ut eatra de pę.&
re.quod i te.pari róne reſtitutis diuinis ſacramétis ſepul
tura quoque reſtituta eſſe uidetur:ut C.de nup.l. ſi libera
tam.ff.de admi.tuto.l.quæritur.eatra de conſt.translato.
& facit optimé.C. de ſenten.paſ.& teſti.l.fin. in ſi . Item
quia par cauſa eſt ligandi & ſoluendi.ut ff.de re iudi.qui
2 pnteſt.de pę.diſt.2.uerbum dei.& 95.diſt.illud. ¶ † Præ-
terea regula generalis eſt, cui communicamus uiuo &
mortuo communicare debemus.¶Sed iſtis beghinis uiué
tibus diuina officia licet participare tempore interdicti.
iat ex priuilegiis apparet,ergo ipſis quoque morieutibus
diuinum officium,quod in ſepultura celebratnr pſtantib:
eſt,diuinum enim officium in ſepultura canitur ſeu legiť
iat 23.q.5.placuit.& cui communicamus uiuo & mor-
tuo communicandum eſt & econuerſo.ut 24.q.2.ſaue.&
extra de ſenten.eacommu.a uobis.¶Probatur etiam hoc
ſumpto ar.a contrario ſenſu extra de fo.c.1.& de rapto.
c.2.quæ ſunt ſpecialia ar.etiam ad prædicta . ut eatra de
deci.ca parte.de priui.c.quia circa.Nec ob.eatra de pœ.
& re.quod in te.in fin.ubi dicitur quod ſpecialiter cleri-
cis indulgetur,ut tépore i uterdicti posſint ſepeliri.ergo
alij ſepeliri non poſſent, quia illud hodie nó eſt priuile-
gium cum ſit redactum ad ius commune in corpore iu-
ris clauſum.uel poteſt dici quod ipſum ius etiam quádo
que dici poteſt.quia omnes uiæ domini miſericordia &
ueritas,ſicut dicimus in poſtulatiune:ut extra de poſtu.c.
poſtulationem.

¶Ad idem reſponſio alierius .

¶Caſus talis eſt.conceſſum fuir cuidam ut tempore in
rerdicti audire poſſet diuina & percipore eccleſiaſtica ſa
cramenta.modo mortuus eſt. ¶ Quæritur utrum posſit
ſepeliri cum officio,ſubmiſſa tame uoce & campanis nó
pulſatis.¶Ad quod dico quòd talis admitti non debet ad
ſepulturam.nam interdictum nedum prohibet ali qué ad
mitti ad diuina uel eccleſiaſtica ſacramenta,ſed etiam ad
ſepulturam . & etiam ſine aliquo officio.etiam ſubmiſſa
uoce.extra de pę.& remiſ.quod in te.ubi dicit qnod illud
eſt priuilegium clericorum ſeruantium interdictú. ergo
ius commune erit in contrarium.ſcilicet quod nullus ad
mittatur.ſed cum aliquid generaliter prohibetur quód
ſpecialiter non conceditur intelligitur denegatú . ut de
uer.ſig.eaiui de paradiſo.in 7.colum.in fin.§.porro . ner.
ubi in clemen.Sed hic nó conceſſa ſepultura.ut probabo.
ergo intelligitur prohibita.Quod ſibi non ſit conceſſa ſe
3 pultura probatur,quia † ſub nomine diuinorum officio-
rum,nó uenit eccleſiaſtica ſepultura,ut probatur de ſen.
excom.alma.libr.6. populus tn quatuor ſeſtiuitatibus ad
mittitur ad diuina & eccleſiaſtica ſacramenta inter quæ
non eſt eccleſiaſtica ſepultura ſcilicet baptiſmus, confir-
matio,corpus Chriſti,pęnitétia, matrimonium,ordo,ex
trema úctio.&c. ¶Præterea huic fuit conceſſum ꝙ poſ
ſet audire diuina & percipere eccleſiaſtica ſacramenta.
ſed homo mortuus nó poteſt audire nec precipere eccle-
ſiaſtica ſacramenta.ergo &c.

¶Allegatioues Fed.& quoddam abbate.

QVAESTIO CLXXXVII.

CAſus talis eſt dominus Pe . plebanus de pon-
gna executor: ut dicit deputatus Gualterio con
tem . per literas Legati , quas nunquam habere
potuimus . fecit quoddam præceptum Abbati
de Roſſeno comitatus Senen.die ultima menſis Iunij p
xime præteriti.ut in dictis literis præceptorijs continet-
tur.a quibus literis & contentis in eis appellauit Abbas
præfatus die ſecúda Iunij.& apoſtolos petijt ſolemniter,
ſed nihil fuit reſponſum per executorem ipſi appellanti.
die uero.27.Iulij citauit executor Abbatem.ut ueniret ad
accipiendum apoſtolos,die 29.eiuſdem menſis in termi-
no procurator Abbatis compatuit ad recipiendum apo
ſtolos,ſed eos habere non potuit.ut conſtat publico in-
ſtrumento.¶Nunc queritur , executor uiſis iuribus par-
tium quid habeat reſpondere.& nunqnid posſit ſe alte-
rius de negotio intromittere.¶Ad quod reſpondeo Ego
Federicus Petrucius de Senis , ꝙ iſte executor nullo mo-
do poteſt ſe intromittere niſi appellationi renunciatum
ſit.Caſus eſt eatra de appe.ut ſupra ſecundo reſponſo &
c.ab eo.ſecundo reſponſo lib.6.& eo.tit.in clemen.ca.2.
1 In quibus cauetur ꝙ † ſi iudex non dedit apoſtolos peten
ti,infra.xxx.dies a die Præceptorum & ſententiarum la-
tarum contra Abbatem a quibus ſententiis poſtea appel
lauit.Sed poſito ſine præiudicio ueritatis ꝙ ſimus infra
xxx.dies,dico ꝙ iudex debet deſerre,quia aut appellatio
eſt manifeſte fruſtratoria,tunc non debet recipi.nec eidé
deſerri.Aut eſt manifeſtè uera,& ex ueris & legitimis cau
ſis interpoſita,& tunc indubitanter debet recipi.aut dubi
tatur de illius iuribus.& tunc in dubio propter reueren-
tiam Superioris deferendum eſt,ut legi.& nota.extra de
app.dilec.in ſi.& ibi gloſſ.& c.debitus in gloſſ.colligitur
euidenter.2.q.6.ad roman.1.& per Archi.extra de appe.
ſi a iudice.lib.6.& in hoc iudex a quo appellatum eſt,de-
bet ſeipſum eatraiudicialiter ſe iformare . Sed uideamus
cauſas inſertas in appellatione prima,quia iudex manda
tum dedit non facta fide de ſuo mandato.& ſic Abb. cre
dere non tenetur de offi.dele.c.2.nec uſque hodie poteſt
haberi.Item non citatus non conuictus præcipitur &c.
¶Item ſine cauſæ cognitione iſte executor quantum in
eo fuit priuauit Abbatem & monaſterium ſua poſſeſſio-
ne.Item & huic non eſt posſibile reſponderi , beneficia
quæ ſunt de menſa non dicuntur uacare & tanquam ua-
cantia non poſſunt acceptari uel conferri,caſus eſt extra
de conceſ.prębe.frequens.uer.quidá in eccleſiis.ac iſtud
oratorium uel eccleſia ſancti Andreæ.ſi qua eſt cum ſuis
iuribus ſi qua habet uniretur menſæ Abbatiæ , & per do
minum Legatum.per quam unionem factum eſt de men-
ſa.ut no.in d.c.frequens.Item conſtat de fundatione ora
torij,ꝙ fuit ſine dote & ſine regimine Rectoris conſtru-
ctum & quaſi priuatum . Item conſtat quòd auctoritate
Superioris fuit deſtructum.& ſic perdidit unionem & pri
uilegium oratorij . extra de noui oper.nun.ca.2.& ibi de
hoc per Inno.illæ cauſę,et quælibet earum apud iudicem
appellationis ſunt ſufficientes ad iuſtificandum appella-
tionem multofortius ſunt iuſtæ ad inducendum iudicem
a quo ad deferendum,quia per dilationem non uulnera
tur ius impetrantis nec iuſtificatur appellatio ſi alias nó
eſſet iuſta . Pręterea Abb. in ſua appellatione iurauit
&c.Quod iuramento eaclufis calumniam & malitiam
& pręſumptionem inducet pro Abbate . ut ſapiens con-
ſultor in plurimis iuris articulis inuenit.¶Pręterea con-
tenta in proceſſibus domini Plebani habent uim diffini-
tiue,quia quantum in eo fuit finem negocio impoſuit.
Sed nulli dubium eſt ꝙ appellatione pendente a diffiniti
ua uel quaſi interpoſita nil acceptari debet,ſed omnia pé
dere ea futuro euentu. Ea quibus concluditur ꝙ defendé
dú eſt quòd debet officium executoris ſilere conſultor.
quem ignoro.diligéter reſpice,quia caſus quos uobis al
legati

SVMMAE.

1 *Iudex debet dare apoſtolos petenti infra certum tem-
pus:& quid ſi non dederit.*

legaui,& quod ſupra ſcriptum eſt ueritas canonica. Et
patior ego Federicus magnam iniuriam quia contra mo
rem ſolitum non poſſum ueritatem oretenus pādere. Et
tales executores appellantur in Tuſcia Iudices baliſtarū,
quia ſententias fulminant ſicut ſagittas. Item nō poſſum
ſcire, quæ iura habeat alia pars,& tamen obtuli ſibi mea.
Item nunquam fuit plus auditum quod nec precibus, nec
amore potui habere copiam iuriſdictionis iſtius execu-
toris. Et placeat uobis domine conſultor in noſtro cōſi-
lio referre. quæ iura pro illa parte uidiſtis. cōpatior ami
citiæ & honeſtati iſtius executoris. qui ſic ducitur & ti-
meo, ne in eo uendicet ſibi locum. cap. cum æterni. de re
iudi. lib. 6.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Populus, Vniuerſitas, Cōmune, uel Communitas an ſint paria in materia pœnali.*
2 *Banniti quod non ſint de populo Ciuitatis.*
3 *Locus ſi quando dicatur interdictus.*
4 *Epiſcopus, an poſſit ordinare ſus familiares ſine literis ſuorum ſuperiorum.*

QVAESTIO CLXXXVIII.

PVto quòd quādo dicitur, ſuppono Commune Terræ
interdicto. ꝙ ipſi ciues & habitātes in Terra ſint in
1 terdicti. unde credo† quod iſta ſunt paria. Populus,
Vniuerſitas, Commune ſeu Communitas, unde ui-
dentur quod urbe ueterani & Populus ſint interdicti. &
hoc denotant illa uerba poſita in litera domini Rectoris
In ipſam Ciuitatem & ipſum Commune, ut ponat illa tā
quam diuerſa. uide quòd no. Io. An. de ſen. exco. Roma-
na ad finem. In nouella. lib. 6. Et ſi ſic eſt ſequitur ꝙ urbe
ueterani, præſentes & futuri abſentes noxij exceptis ban
nitis expulſis & rebellibus, non poſſunt alicubi audire di
uina officia, uel percipere eccleſiaſtica ſacramenta. ut de
2 ſen. excommu. ſi ſententia. li. 6. in fi. † Ideo dixi bannitis.
quia tales non uidentur eſſe de populo illius ciuitatis. 81.
di. clericos. Si ita eſt, credo quòd ſequitur quod dominus
epiſcopus nō poſſit admittere ad diuina aliquos de illa
terra, uel ciuitate. Et ſi dicatur quod de nominatim inter
dictis debet intelligi. ut de ſepul. c. 1. in e. li. & de priu. cū
ut plantare. §. excōmunicatos. reſpondeo illos intelligi
nominatim interdictos ex quo certū eſt eſſe interdictos.
ut no. Inno. de præb. in literis in princ. Et ex hoc ſequi-
tur quod epiſcopus familiares ſuos ciues illius Terræ
non expulſos non poteſt admittere ad diuina. Additio.
¶Sed non quid locus eſt interdictus, quando dicitur ſup-
pono Commune talis Terræ interdicto. Colligitur quod
ſic, per c. quod nōnullis. de priui. nam a tūc locus non eſ-
ſet interdictus, poſſet ſibi communiter celebrari excom-
municatis,& interdictis excluſis. ut no. per Archi. & Ioa.
An. de ſen. excommu. ſententia. li. 6. Non ob. de priuileg.
c. pen. 2. reſponſo. lib. 6. quia illud intelligitur de familia
ribus non interdictis. Nam quando aliqui erant priui-
legiati, ut poſſent celebrare interdictis, excludebantur in
terdicti excomunicati. ut ibi. j. reſponſo. & eod. titu. quod
4 nōnullis. ¶ † Ad idem quod quæritur, an epiſcopus poſ-
ſit ordinare ſuos familiares ſine literis ſuorum epiſcopo
rum, reſpondeo quod nō credo, niſi totaliter domiciliū
tranſtuliſſet, ut de tempor. ordinan. c. ulti. libro 6. & no
ta. 71. diſtinct. primates. Sed Ioan. And. quæſiuit & dixi.
quod ſi ſine fraude ſunt familiares aſſumpti quod poſ-
ſunt ordinari. ſed illam gloſſ. intelligo ſecundum præ-
miſſa &c.

¶In Chriſti nomine amen.

S V M M AE.

1 *Donatione facta eccleſiæ ſub forma, quod non poſſit uendi nec alienari, an ſi contrafiat oriatur donatori actio reuocatoria.*

QVAESTIO CLXXXIX.

DOnatio Vineæ de ſancto Ber. facta fuit ſub hac
cōditione his uerbis expſſa, uidelicet quod
dictū hoſpitale per ſe uel aliam perſonā non
poſſit uel debeat in totū uel in partem uende
re uel alienare. Sed eſſe & ſtare debeat in perpetuū apud
dictum hoſpitale ad uſum pauperum ipſius hoſpitalis.
1 ¶ †Quæritur an hoſpitale poſſit uendere uel alienare. &
ſi non poteſt,& tamen alienauit, an donāti quæratur ali-
qua actio uel ius ad reſcindendum uenditionem, & an
poſſit locare uel uſumfructum concedere. & licet hæc
materia magis pendeat ex ſubtilitate iuris ciuilis quàm
canonici: tamen uiſo ꝙ leg. & no. de condi. app. c. uerum.
& x. q. 2. hoc ius per Inno. in princ. & Archi. poſt Hugu-
tionem. ibidem. & ff. de leg. 3. l. pe. §. inſtituta. & C. de re-
bus alie. l. ult. uidetur dicendum ut ſatisfiat uoto quæren
tis, qui ueniam habere deſiderat, ꝙ ſiue hoſpitale poſſit
alienare, ſiue non, ex quo non alienauit, non competit
actio donanti ad reuocandum, cum ſibi hoc non proſpe
xerit. & maximè ſi caſu neceſſitatis alienauit lanam. tunc
poſſet ſecundum ea quæ no. Inno. & Hoſti. & Ioan. Andr.
poſt eos in nouella. de foro compe. c. uerum. Lap. Et ſi
non uis concedere alienationem per quam dominium
transferatur, ſaltem concede longiſsimam locationem.
ut no. in §. inſtituta, tamen contradicere uidetur. de rebus
ecc. non alie. nulli. Et ꝙ ſingulis annis ſoluatur certa pen
ſio,& ſic ſēper res erit ad uſum pauperum, quia qui pre-
cio fruitur. re quoque frui uidetur, uel poterit concedi
ad uitā tenentis, uel per uiam uſusfructus uel per tractū
precarij. & in quolibet ſupradictorum caſuum dato qđ
hoſpitale non poſſit quicquam facere,& ꝙ dom. Ioann.
fuit Rector hoſpitalis Senen. eius ſucceſſori competat
ius reuocandi. non tamen hoc uidetur licere donatori.
Forte poteſt implorare officium iudicis ut compellat re
ctorem hoſpitalis ad ſeruandum uoluntatem donantis
uel teſtātis: ut reuocet. ff. de manu. teſt. l. meuia in fi. & de
peti. hære. l. hæreditas. §. ult. Fed. Petrucius.

¶Quæſtio non eſt ſine diſputatione maxima.

S V M M AE.

1 *Iudex an poſſit contra legem ſtatuere.*

QVAESTIO CXC.

GVilielmo de Turno & dominus Cyn. uidentur
æquiparare epm Præſidibus, & iudicibus haben
tibus merum & mixtum imperium. ut l. 1. quòd
quiſque iur. aliás quòd cuiuſque. uni. no. Nunquid
1 † poſſit iudex facere ſtatutum contra legem. in d. l. 1. for
matur quæſtio in gl. & dicit ꝙ ſic pro hac gl. eſt alia in l.
neque pignus. & in l. neque ex prætorio. ff. de regu. iur. &
illas tenet. Dy. in l. 1. ff. de publi. iudi. Contrarium nota
gloſſ. de decre. ab ordi. fac. l. ambitioſa. & pro illa. ff. eo. l.
2. & l. fi. & pro illa facit. l. non impoſſibile. ff. de pac. l. ſi fi
ne. §. lucius. ff. de admi. tu. gl. quæ eſt in l. 2. C. de conſti.
pce. multum uidetur facere, ꝙ no. per Dy. in c. indultum.
de reg. iur. li. 6. In quæſtione ibi formata. an per ſtatutum
poſſit priuari filius legitima,& rationes ibi poſitę uidea
tis. l. 2. C. de adop.

¶ In Chriſti nomine amen. 1326.

S V M-

SVMMAE.

1 *Iuramento non poteſt ligare filium quominus obediat pa tri, nec pro reuerentiam patri tribuendo iuramento con traueniens dicitur periurus.*
2 *Conditio quòd ſaluum ſit ius alterius ſemper in iuramento ſubintelligenda.*
3 *Filius per factum ſuum non poteſt alterare obligationem qua patri tot legibus aſtringitur.*
4 *Præceptum iuris excuſare dicitur quem a iuramento.*
5 *Epiſcopus an poſſit ſe exonerare ab imperio quod habet in ſuum ſubditum.*
6 *Iurans diuerſis rationibus excuſatur a ſuſceptione iuramenti etiam liciti.*

QVAESTIO CXCI.

QVæſtio talis eſt. Scholaris clericus in minorib. filiusfa. exiſtens in ſtudio de uoluntate patris obligatus eſt per iuramentum non exire diſtrictum Bono. niſi prius ſolueret debitum, ad q tenebatur, reuocatus a patre, uel ab epiſcopo ſuo ſub pœna excommunicationis ad certam diem, petita licentia a creditore, ſed non obtenta rediuit ad patrem uel epiſco-
1 pum. ¶ †Quæritur utrum ſit periurus. & uidetur q non. Et primo uideamus an excuſetur propter præceptum patris. certum eſt q obedientia & reuerentia, quæ debetur patri a filio maximè filiofami. prouenit ex iure diuino, naturali, & poſitiuo. unde & in l. ueteri dicitur honora patrem & matrem. & in d. l. dicitur: ut parenti & patriæ pareamus. ff. de iuſt. & iur. l. ij. Quanta autem ſit ptãs quã pater habet in filiumfa. colligitur inſti. & C. de pa. po. & qui uel alie. iur. ſunt inſti. & ff. C. de bo. quæ libe. per totum & de emen. propin. l. una. & 23. q. 10. duo ſita. 45. diſtinct. § ſolummodo. cum ſuis ſi. & de iureiu. cum quidã. ij. reſpon. Hoc ergo præſuppoſito quod filiusfa. multiplici. l. obligatus eſt patri ad petendum, dicendum uidetur q omnis obligatio cum iuramento, uel ſine. facta per filiumfa. intelligitur q ſaluo iure patris, ut non præiudice
2 tur primæ obligationi. Nam † inter alias cõditiones, quas in ſe tacite habet iuramentum, eſt iſta potior quod in ea intelligitur ſaluum ius alterius ut extra de iureiurã. cum contingat. eod. titu. quanto. & ca. ueniẽs. nec nocet q prima obligatio ſit ſine iuramento, ſecunda cum iuramẽto. Nam obligatio quæ hic præcedit non ualet frangi ſine peccato mortali, non ergo ualet iuramentum per id qđ inducitur quis ad peccandum. ut in d. ca. quanto. & hoc no. Hoſt. eod. titu. ueniens. ad idem q ipſe & Inno. not. de ſpon. ſicut literis. in fin. hinc eſt quod filiusfa. nõ poteſt uouere ſine conſenſu patris, excepto uoto religionis, per qđ ſoluitur patria poteſtas. ff. de pollici. l. ij. et cum iuramento. ut 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. & q. 3. tribus. & licet iſti canones uideantur loqui de impuberibus idem eſt in puberibus. nam in puberibus obligat ætas: in impuberib. patria poteſtas, ut oo. Inno. & Hoſt. de uot. ſcripturæ. uide quod no. xxij. q. ij. mulier in glo. pe. & ultim. & hoc ſo
3 lum procedit, quia † filius per factum ſuum non poteſt alterare uel uulnerare obligationem, qua patri tot legibus tenetur. nam, & licet filiusfa. iniuriam ſibi factam poſſit remittere, tamen actioni competenti patri præiudicare non poteſt. ff. de iniur. l. j. §. uſque adeo. ff. de pact. l. in perſona. immo plus ſecundum ueram opinionem Hoſtien. filiusfa. qui incurrit canonem ſi quis ſuadente. non tenetur itinerare ad curiam, ut ipſe oo. de ſeo. excom. mulieres. & idem eſt i ſeruis, mulieribus, & aliis alieno iuri ſubiectis. ut eod. ti. relatum ad idem. xxxij. q. vij. mulier. & 33. q. 5. manifeſtum. cum ſim. & ad hoc facit quod nota. Hoſt. de æta. & qua. indecorũ. ubi tractatur an ſecũdo liberet a patria poteſtate, & totũ hoc procedit ratione ſoli quia per ſecũdam obligationem non poteſt, præiudicare priori. licet inquantum in ſe eſt teneatur ſeruare. ex quo ob ſeruari poteſt ſine periculo de iureiur. ſi uero. Et per hoc reſpõſum eſt ad multa contraria. eſt enim ueriſimile q filius mẽte geſſerit in aliquo præiudicare debito patrono. quia nec præiudicare poteſt. ergo nec i generali obligatione uidetur hoc cogitaſſe. ut de iureiur. ueniens cũ ſuis ſimili. Et hoc bene declarat Hoſt. eo. ti. quẽadm. uer. 6. & uer. 15. & in c. ueniens, & in c. cũ cõtingat. ad hoc quod eo, tit. c. ij. & de pact. ca. ij. lib. 6. Et ſi opponatur q pater dando ſibi licentiã eundi ad ſtudiũ uidetur omnia cõceſſiſſe, ſine quibus alius nõ põt eſſe cõmode i ſtudio, qui filius forte ſine tali iuramẽto nõ iueniebat pecuniã mutuo. ad qđ facit in ſimili caſu. de accuſ. ex parte. ff. de iudi. ſi lõgius So. duplex, prima quia nõ eſt ueriſimile, quòd pater hoc mẽte cogitauerit, quòd nõ liceret ſibi filiũ reuocare cũ uult. uidetur. n. cõceſſiſſe i genere ea quæ uerisimilia ſunt & nõ nimis ardua. & ſibi præiudicãtia. & ad hoc faciãt iura ſupra inducta. Et ad idẽ de procu. c. ij. i cle. & dico quod pater peccat reuocando, nõ tñ peccat filius. ar. eius quod dicimus de uxore & monacho, qui habuerit licẽtiã aliquid faciẽdi. 23. q. 5. manifeſtũ. & q no. per dõ. Io. An. de teſt. c. j. in clem. & pro iſta parte faciũt iura, quæ allegãtur in ſequẽti mẽbro. & iura quæ hic allegata ſũt faciũt ad partẽ ſequẽtẽ. Itẽ quòd iſte ſcholaris excuſetur a periurio propter iuſſum domini ẽpi ſic probatur, nã iuſſus paternus eũ excuſat. ut patet per ſuperiora, multoſortius debet enim excuſare iuſſus ſui iudicis, quia plus põt epiſcopus exercere in ſuum ſubditũ dũ manet ſubditus, quã pater in filiũ, quia iudiciũ redditur inuitũ. de iudi. cap. 1. cũ ſimili. & quia in obediendo maior poteſtas præponitur. 8. diſt. quæ cõtra, & quia obligatio filij ad patrem extraiudicialis. ff. de iuriſdi. omn. iudiic. l. qui iuriſdictioni, unde & filius in iudicialibus maior eſt patre, & filio & iudici pater obtemperare debet. nec tunc ſubeſt ſibi filius. ut ff. ad Tre. l. ille a quo in fi. & l. nã quòd cum ſimi. licet quo ad debitum naturale pater teneatur. Ad quod facit quod no. xxx. diſt. c. ad hoc quia in iuramẽto intelligitur exceptũ ius ſuperioris nedũ Papæ ſed alterius ſuperioris de iure iureiuran. uenientes. & ibi de hoc per Hoſtiẽ. unde in ſtatuto iurato per canonicos intelli-
4 gitur ſaluũ ius ẽpi de cle. nõ reſidẽ. c. antepe. Itẽ quia præceptũ iuris excuſat a iuramẽto, ut patet in his quæ leguntur & no. de hære c. ultim. 15. q. 5. c. ultim. & per Inno. & Hoſt. de dolo ueritatis ſic præceptũ iudicis & legis reuocãtis ſunt paria. ut no. de ap. cũ ſpeciali. immo maior eſt quam tex. ff. de arbi. l. celſus. & maxime procedit hoc ſi clericus tenet beneficium ab ipſo Epiſcopo. & ſine licentia ſui iuit ad ſtudium. ad hoc de cle. non reſiden. relatum
5 & c. pe. & ult. cum ſuis gloſſ. Nam † & ipſe epiſcopus ſi uellet non poſſet ſe exonerare ab imperio quod habet in ſuum ſubditum. ut ff. de offic. præſid. l. legatus. multo fortius nec ſubditus hoc facere põt, nec tacitè nec expſſè maximè epiſcopo ſuo non conſentiente. ad hoc de fo. compe. c. ſi diligenti cum ſua gloſ. Et pro iſta parte & ſuperiori facit quod no. Hoſt. de poſthu. c. ultimo. & de clerico qui intitulatus eſt in duabus eccleſiis quam iuuare debeat ſi adinuicem litigant. Ad idem quod no. Hoſtien. de iureiurã. ex reſcriptio. ¶ Item uides q iuſſus iudicis excuſat ab infamia & pœna. ff. de his qui not. infam. l. furti. §. qui iuſſum. & de hoc uide multa iura bene facientia, immo optimè de reg. iur. quòd qs lib. 6. per dominum Io.
6 An. & per dominũ Dy. ¶ Item † quòd præcipit imperator neceſſe eſt fieri. ciiij. q. j. quod præcipitur. ſi ergo neceſſe eſt fieri excuſatur a iuramento de iureiuran. querelam, immo difficultas excuſat eod. tit. breui & utrobique glo. de hoc. Et ut breuiter concludam omnia in prima parte

alle-

allegata faciunt pro iſta parte, & ꝙ præceptum iudicis poſſit alteri prǽiudicare,probatur.ff.ex qui.cau.ma.l. rei dubii. in uerbo coacti. & hęc dicta intelligunt uera ubi filius nó procurauit ſe reuocari,alias ſecus,ad hoc de offi.deleg.paſtoralis in fi.de uer.ſig.c.ulti.lib.6. ff. ex quib. cau.ma.l.qui data cum ſimi.ff.qui ſatiſda.cogan.l.ultim. quamuis gloſſ.ſentiat innuendo illum eſſe periurum. ad idem extra de app.ad hoc ij. Iſta iura allegata faciunt a contrario.Non ob.quod no.Hoſt.de cenſi.c.ſignificauit. ubi uidetur ꝙ iuſſus iudicis nó excuſet illum, qui tenebatur alicui ſub iuramento ſoluere aliquid cui debitori iudex præcepit ne ſolueret creditori accuſato,immo facit pro eo,nam ibi iuſſus iudicis fuit iniuſtus.ex quo accuſato poteſt ſolui.ff.de ſolu.l.res cum ſimi.& ſic iniuſtitia ꝓceſſit ex parte iudicis & eſt imputandum illi qui non appellauit.ut dixit Hoſtien.ſed hic nulla iuſtitia eſt ex parte epiſcopi præcipientis ſiue reuocantis ex quo præſupponimus illum eſſe ſubditum ſuum.Do. Lap. de Floren.

SVMMAE.

1 *Delegatus ad cauſam appellationis & qui pronunciauit iuſtam appellationem an poterit de principali cognoſcere.*

2 *In appellatione tria ſunt,quæ inter ſe conueniunt & ēt differunt.*

QVAESTIO CLXXXIII.

1 RVbrica de app. c. ut debitus glo. hic patet. s. q. 6. in fin. & ibi de hoc ſcilicet † an delegatus ad cauſam appellationis qui pronunciauit iuſtam appellationem poſſit de principali cognoſcere.& dixit ibi ꝙ ſic.& idem hic Inno.& Hoſtienſ.inducūt de teſtam.Raynutius de reſcrip.ſuper literis.eod.titu.Romana.§.ꝙ ſi obiicam.lib.6. Vinc. dicit formam reſcripti ſeruandam propter quod non uidetur ſibi, ꝙ poſſit ſine nouo reſcripto de principali cognoſcere,nec etiā de alia appellationis cauſa,quæ non fuerit expreſſa.credo conſideranda uerba reſcripti.Io.An.dicit ad ampliandum materiam eſt ſciendum an iudex appellationis interpoſitę ante diffinitiuam ſententiam, uel delegatus ipſius poſſit uel nó poſſit de principali cognoſcere. diſtingue ſic,q̄a aut eſt legitima uel in legitima. aut iudex ad quem cognoſcit de cauſa appellationis & ipſam delegat.Et ſi deleget aut cauſa principalis includitur ſub reſcripto commiſſionis cauſę appellationis, aut non includitur.Si appellatio eſt legitima,& non delegatur.& cauſa principalis includitur ſub reſcripto delegationis cauſæ appellationis,planum eſt quòd pōt cognoſcere de principali tā ipſe iudex ad quem, quam delegatus ipſius. Si uero non includitur,nūc ipſe Iudex ad quem poſſit cognoſcere de principali. In delegato tamen ipſius ſubdiſtingue, quia aut partes ipſæ conſentiunt prorogando.ſ. iuriſdictionē ipſius delegati de cauſa appellationis ad cauſam principalem,aut nó conſentiunt.Si non conſentiunt nó poteſt delegatus cognoſcere de cauſa principali.Si autem conſentiunt, iterum ſubdiſtingue: quia aut iudex ad quē delegatus inhibuit delegato ne de principali cognoſceret, aut non inhibuit delegato. Primo caſu. ſ. cum inhibuit nó poteſt delegatus cognoſcere de principali contra inhibitionem delegantis.ff.de iudi.l.2.uer. ſed & ſi iudex. Secundo caſu. ſ. cum non inhibuit. iterum ſubdiſtingue. quia aut illud de quo agitur eſt de illis cauſis in quibus partes poſſunt liberè recedere a iudice quem adiuerit & ad alium ire.ut quia de minoribus cauſis ut pote de temporalibus agitur. aut non eſt de illis in quibus non poſſunt,quia non eſt de maiorib.uel quia de ſpiritualib.primo caſu.ſ. cum de minoribus cauſis poteſt de principali cauſa cognoſcere delegatus.Caue ne contradicat de for. cōpe.Romana.1.reſpō.li.6.ſed nō cōtradicit.quia ſupra præſupponitur appellationē legitimā ultimo caſu, quia eſt de maioribus uel ſpiritualib. Iterū ſubdiſtingue.quia aut iudex ad quē delegato cōſentit aut nó cōſentit. ¶Primo caſu.ſ.cū cōſentit poteſt.ſecūdo caſu.ſ.cū nō cōſentit,non poteſt de principali cā cognoſcere delegatus. Ad hoc ſupra de offi.delegat.cū olim.j.c.ultim.in glo. & de fo.cōpe.c.ſignificaſti.& ꝙ utrobique no.maxime per Hoſtiē.& Ioā.And.ad hoc ēt de reſcrip.cū dilecta de offi.de leg.uenerabili.de reſt.ſpo.piſanis.& infra eo.tit. Romana.§.quod ſi obiiciatur.lib.6.eo.titu.nō ſolū.§. illa uero eod.lib.& qđ no.Hoſtiē.in ſumma de crimi.fal.§. ultim. ¶Secūdo mēbro principali.ſ.ſi eſt illegitima.& iudex ad quē nó delegat uel delegat.& principalis cā īcludit ſub reſcripto delegationis cauſæ appellationis ſubdiſtīgue, quia aut iudex a quo detulit appellationi,aut nó detulit, aut neutrum fecit,utpote,quia dare apoſtolos dilatorios uel refutatorios recuſauit, ſi detulit iterū ſubdiſtīgue,q̄a aut cōſtat iudicē a quo q̄ appellationi friuolæ detulit iurōnē hēre,aut cōſtat nō hēre aut dubitat.Primo caſu poterit cognoſcere de principali, tā iudex ad quē ſi nō delegat,quā ipſius delegatus ſi delegat,&hoc poterūt & ſi nó iure appellationis quia illegitima eſt, tamē iure appellationis delegationis.ut ĵ eo.titu.cū appellationibus friuolis.lib.6.& idem in ſecundo caſu & ultimo.ſ.quando dare apoſtolos recuſauit dummodo fuerit legitimè requiſitus. & in dando apoſtolos nō fuerit impeditus.alias erit ſecus.ut infra.eo. tit.ut ſuper,& c.ab eo.lib.6.& eo. titu. quamuis rigor in clemen.Et idem erit ſi appellans, cauſam appellationis ſe obtulit probaturum corā iudice a quo nec fuit admiſſus.ut infra eo.ti.interpoſita in princ. hoc uerum niſi cauſa,quam obtulit ſe probaturum notorie fuiſſet falſa,quia tunc ſecus ut no.Inno.& Hoſt.i d.c. interpoſita.& infra eo.tit.Romana.li.6.Secundo caſu. ſ. cum conſtat iudicem a quo appellatione friuolæ deferētem non habere iuriſdictionem non poterit cognoſcere de principali.& iſtud membrum poteſt intelligi ex uerbis Pe.de Ram.de excep.olim.in tertio & ultimo caſu. ſ. cum de iuriſdictione iudicis a quo appellationi friuolæ deferentis dubitatur. Iterum diſtingue. quia aut ipſe deferens erat tempore delationis in quaſi poſſeſſione habēdi iuriſdictionem in cauſa in qua fuit appellatum,aut nó erat in dicta poſſeſſione. primo caſu de accuſ.principali cognoſcere poterit iudex ad quem & delegatus ipſius ad hoc 3.q.7.l.uerum infra de iure patro.conſultationibus & ꝙ ibi no ſecundo caſu non poterit.ratio huius eſt, q̄a cum ipſe iudex a quo, qui non erat in dicta poſſeſſione non deferēdo appellationi poſſet de cauſa principali cognoſcere.& tali appellationi deferendo non poſſet,ergo deferendo non ſolum defert ad iudicem ad quem, & ipſius delegatum cauſam appellationis, uerum etiam principalem ſicut defert iudex de cuius iuriſdictione conſtaret. poterit ergo in hoc caſu ipſe iudex ad quem & delegatus ipſius de cauſa principali cognoſcere.alias non,nt ſi fortè partes cōſentirent,& eſſet talis ipſe iudex ad quē qui per ſimplicem querelam poſſet a partibus ipſis adiri.ut pote Papa & ipſius delegatus,ſupra. de offi.delega. c.1.ad hoc eo.ti.cordi.lib.6.de fo.competen.Romana. ī prin.eo.lib.& quod infra dicetur.ratio huius eſt,quia iudex a quo,quem conſtat iuriſdictionem non habere, uel de quo dubitatur an habeat, & q̄ non erat in poſſeſſione non habēdi iuriſdictionem in ea cā,apellationi friuolæ deferens per ſuam dilationem non defert ad iudicem ad quem principalem cauſam.licet deferat ad cauſam appellationis. cum nec ipſe iudex a quo de principali non apparet cognoſcere poſſit,unde ꝙ nō habet alteri demādari non pōt.1.q.7.diabertū debet infra de iure pa.ꝙ autē facit quòd no.Guil.in Spe.de app. §. qualiter app. in ul.col. uer. quòd autem dixi. & prædictum. c. cum ap-

pella-

iudice opponitur,quod cum ſit in patria poteſta
te non poteſt agere ſine patris conſenſu replica
tur quod non eſt talis natiuitatis ꝙ ſit in patria
1 poteſtate. Quæritur † quis habeat probare ad excipiens
qui dicit actorem in poteſtate,an replicãs qui dicit ſe nõ
legitimum. Et credo quod hoc quærere ſit idem ac ſi quæ
reremus nunquid in dubio præſumatur quis legitimus
uel illegitimus,natus de matrimonio uel non,& text. de
ere. lator qui fil.ſint leg.probat quòd præſumatur legiti
mus, uide quod ibi ſcripſi. per Io.And.de regu.iur.in-
famibus lib.6.& hoc clare dicit Inn.in c.lator.in 1.opp.
tamen ipſe & Ber. & Hoſt.innuunt quod quia conſtabat
de matrimonio.iccirco habuit ille probare quòd matri-
monium non fuerit legitimum.& hoc uidetur corrobo-
rari per decre.peruenit eo.titu.& per gloſſ.ibi poſitam.&
per c. illud de præſump. & per glo.eiuſdem.c.ſed quare
& hoc uidetur prima facie uerum & ſic legenda uidetur
decre.lator tamen.uide per Hoſtien.in dicto.c.illud.qui
plene de hoc recitat,& per Goff.de clande. de ſpon. in
ſumma.Ego enim eos non uidi,quia adhuc non feci re-
portari ad domum libros quos foras niſi eum ad Cõmi-
ſcatum aſſeſſi.

¶Conradus de Stradella ad do.Fede.de Senis.

S V M M AE.

1 *Conceßio ſimpliciter facta omne id dicitur includere
quòd illam perficit,& plenam probationem.*

2 *Papa uel legatus conſtituens Iudicem ſuper violentijs
& iniurijs monaſterio illatis intelligitur per omnẽ mo
dum conceſſiſſe,per quem veritas melius habeatur.*

3 *Teſtes ſuper crimine recipere indiſtincte etiam ſine lit.
conteſt.iura permittunt.*

QVAESTIO CCXVI.

DOmino Fede.ſalutem cum aliquid cõceditur
& omnia quæ commiſſum plenum faciũt in-
telligũtur conceſſa,ut in auth.ut liber.de cæ
tero.§.j.in gl.ut ingenui nati &c.colla.6.ibi
1 not.habetur quod † cui aliquid cõceditur.& ea quę illud
ad plenum faciunt intelliguntur conceſſa &c.multoma-
gis ea ſine quibus ceſſum non poteſt habere effectum.ut
c.Præterea de offic.delega.nec ualet quod dicit ea, quæ
ſunt imperij in delegatum tranſire non poſſunt, quoniã
hodie iure nouiſſimo non eſt uerum ut in auth.de col.§.
ad hoc prohibemus.uer.ante ꝙ &c.ibi uices eius agen-
tes inſtituere, qui præter ultimũ ſupplicium &c.& hoc
eſt uerum præcipuè iure canonum ut in c.uenerabili de
offi.delega.ibi ad inquirendum delegatus proceſſit &c.
& no.de offi.ordi.c.quo ad ſedem in glo.1.in fi.Papa igi
2 tur uel legatus † conſtituens iudicẽ ſuper uiolentiis, &
iniuriis illatis monaſterio intelligitur cõceſſiſſe ꝑ om-
nẽ modũ,per quem ueritas melius illati criminis habea
tur.& ad excludendam uiolentiam & iniuriã proceda-
tur tamen in odium delinquentis & fauorem paſſi iniu
riam concedatur.uide quod no.per Inn. & Hoſt.de off.
delega.cum olim dummodo non ad pœnam criminali-
ter.

ter. Sed ad emendationem damni & iniuriæ ciuiliter pro
cedatur. ut c.conqueſtus in fi.de fo.compe.& quod ſuper
eo crimine ciuiliter queritur an poſſit inquiri de officio
ꝑ talem iudicem conſtitutũ. maxime pro uiolentis,pro-
batur in aut.de col.§.Si iubemus iudices tã militates quã
ciuiles per ſe requirere eos qui latrocinia uel uiolentias
committunt &c. ¶Et notare quia dicit per ſe &c. & ut nul
li iudi. §. & hoc ibi damnum læſis in duplum reſtitui. &
hoc etiam ſentit Inno.de accu.cum oporteat in gl.dic ꝙ
ubi in literis inquiſitionis &c.in fin.ibi & quod eſt no.di
gnum probato crimine in modum inquiſitionis nedum
pœnam imponeret ſed & læſis damna reſtitui.& non ſo
lum quando principaliter quæritur de crimine ſed ciuili
ter intentatur ut in propoſito caſu.ſed alias ad ueritatem
inuenandam parte deficiente,per inquiſitionem ciuiliter ꝓ
cedere.ut l.inquiſitio ueritatis.C. de ſol. & l. præſenti.§.
ſanc.de his qui ad eccle.confu.& §.præcedenti.ibi execu
toris ſolicitudine perquiſite &c. & ibi tanquam inquirẽ
di uolumus eſſe cautelam &c. quinimo & arbiter cuius
eſt arctiſſima poteſtas nedum de neceſſariis uel utilibus
ad perfectionem commiſſorum,ſed & ſuper acceſſoriis
ex officio ſolo ſententiam ferre poteſt.ut l.nõ diſtingue-
mus.§.de officio.ff.de arbi.in glo.no.arbitrium in fi.Cum
igitur hic delegatus maior ſit ordinario,quinimo & ge-
nerali Legato in cauſa commiſſa multo fortius prædicta
poteſt uidelicet.per modum inquiſitionis ſuper inuaſio-
ne & ſpoliatione factis contra monaſterium exigente cõ
tumacia manifeſta criminoſorum prædictorum nedum
uera uel ficta ueritatem perquirere.Et maximè ubi de de
licto quæritur ſpoliantis.ꝙ ut eſt caſus in.c.conſultatio-
nibus in fine de offi.deleg.nec uerum eſt quod illi c. con
tradicat c.accedens.ȷ.ut lite non conteſt.quia nõ loqui
tur i crimine ſpoliationis. ſed ſola ciuili reſtitutione in
integrum minori uel eccleſiæ concedenda.Sed in d.c.cõ
ſultationibus in fi.uo.Inn.quod etiam in dicta reſtitutio
ne in integrum teſtes lite non conte.recipiuntur in cõtu
maciam partis aduerſę ibi.in fin.per tres menſes.Sed per
quatuor fuerunt in eorum contumacia expectati priuſ-
3 quam inquirerent ut acta probant. ¶ Præterea nedum
in crimine ſpoliationis,ſed omnium criminum eſt iure ꝑ
miſſum teſtis lite non conte.recipi,nec diſtinguitur ciui
liter uel criminaliter intẽtetur.ut in c.quoniam frequen
ter.§.ſunt & alij.ibi exceſſiuã inquiſitio &c. ut lit.nõ cõ
teſt.¶In propoſito etiam nulla eſt ambiguitas.quia & cõ
tra ipſos tanquam notorios rebelles & contumaces pro
ceſſum exiſtit ubi nullus iuris ordo ſeruandus eſt.ut.cap.
quia ſacris de filiis presb.& c.ſuper eo.de teſt.cogen.& l.
ea quæ.C.de acc. ¶ Præterea.ca.exhibita nihil ob. quia
ibi de nullo crimine quærebatur,ſed de uiolentia & iniu
ria in propoſito caſu. Sed tamen in nſura dicatur per in-
quiſitionem procedi.ſed & in eo caſu omnis eſt iuris or-
do remiſſus ex noua cõſtitutione Clementis de iudi.c.2.
multo fortius in hoc caſu uiolentiæ & rapinæ ubi reti-
nent interitum bona monaſterij.& illis fruuntur in dam
num,& in periculum animarum ipſorum. & ſi non poſ-
ſet per contumaciam procedi per modũ officij ea illato
crimine neque iure actionis.ita illi ex ſua contumacia &
rebellione lucrarentur & meliores condicionis eſſent q̃
iuri parentes,ꝙ eſt negandum.ut c.contingit.de dolo &
contu. Quod autem dicitur eos in prolatione ſententiæ
fuiſſe non contumaces,non eſt uerum,imo ter,& perem-
ptorie fuerunt & perſonaliter iuenti & citati.ut patet ex
actis.ualere.¶Sequitur additio ſuper uerbo talem. Con-
tra uidetur facere quod not.per Io.An.& Hoſti.de iure-
iur.c.ad noſtram.2.per Io.An.in nouella de fo.compe.c.
laycus in glo.licet tamen. ¶Conſilium Feder.de Senis.

S V M M AE.

1 *Verba iſta relinquo.c.fratribus prædicato. & fratribus Mino.c. & omnia alia bona mea relinquo tali diſtribuenda pro anima mea prout ſibi placebit cuius ſint naturæ.*
2 *Approbatio plurium doctorum quid in opinionum diuerſitate conferat.*

QVAESTIO CCXVII.

FActum eſt tale.Quidam nomine .P. ueniẽs ad mor-
tẽ dixit in pſentia unius fratris de ordine pdicato-
rũ duorum ſecularium .ſ. unius maſculi & alterius
1 feminæ.iſta uerba uidelicet.¶Ego relinquo fratrib.
pdicatoribus de Meuauia c.libras, & Fratribus Minorib.
in eodem loco c.libras.& omnia alia bona mea relin-
quo fratri Petro de dicto ordine prædicatorum per ip-
ſum diſtribuenda pro deo & anima mea prout ſibi place
bit.& deceſſit.modo quæritur quem effectum & efficaciã
habent prædicta quid iuris. Nam ueniunt uenientes ab
inteſtato .& dicunt ꝙ prædicta uerba de iure nullum ſor
tiuntur effectum.reſcribatis ergo quid iuris cum allega-
tionibus iuris. ¶ Præmiſſa dubitatio non habet argu-
menta pro & contra, ſed ſolum eſt uidendum quomodo
intelliguntur duę decre.poſitæ in ti.de teſta.quę incipiũt
cum eſſes.& c. relatum ſuper quorum intellectu triplex
2 eſt opi.¶ In diuerſitatibus.namque opinionum illa eligẽ
da eſt,quę a pluribus doctoribus approbatur.& in quam
omnes opi.recidunt,& ſegur obtinent qui potiora iura
habent.ad primum.xx.di.de quibus &c.de libellis ad fin
de arbi.c.1.lib.6.& ff.eo.ti.l.diem.§.ſi plures.Ad tertium
C.de edic.diui adri.tol.l.ult.& de proba.licet & de iure-
pa.c.ſuggeſtum.de conuer. infide. c.2.cum ſim. ¶Ad pro
poſitum tota ſuperior uoluntas uerſatur circa pias cau-
ſas. Nam in legato facto fratribus non eſt dubium de hæ
redis inſtitutione nõ uñ adhuc dubium, nam per illa uer
ba pro deo & anima mea uidetur ſenſiſſe moriens ꝙ bo
na ſua diſtribuantur inter pauperes , & alios pios uſus.
Ad ꝙ facit ut dicit Inn.de teſta.cum tibi in prin.gl.ul.Cũ
ergo tam legata quã hæredis inſtitutio fuerit ad pias cau
ſas,ſequitur ꝙ talis uolũtas de qua conſtat per duos ido
neos teſtes ualida ſit.& in hanc ſententiam quaſi omnes
opinio.in illis decretalib.recitatæ conſentiunt.Nam una
eſt opi.ibi no.2.q.4.in ſumma in fi.ꝙ illę duæ decretales
derogent omnib. iurib.ciuilibus ampliorem numerũ te-
ſtiũ requirentib. ¶Alia eſt ꝙ reſtringatur ſolum,quo ad
pias cauſas per c.relatum . Alia eſt ꝙ ad non pias cauſas
requiritur pręſentia presbyteri in aliis non,ut no.in Spe
cu. de inſtru.ædi.§. compẽdioſè uer.per ius canonicum.
Poſt iſtas opiniones recitatas,dixit Io.Añd.ſi de his opi-
nionib.tenemus quòd cõſuetudo ſeruat,uidelicet ꝙ in re
lictis ad pias cauſas, & in terris ſubiectis eccleſiæ ſtabi-
mus his decretalibus, ut duo teſtes ſufficiant.Sed in caſu
noſtro concurrunt illa duo.quia in terris eccleſię , & quia
ad pias cauſas,teſtimonium fœminæ parum curo, ſi adiu
uat.quia quo ad talia non eſt idoneus teſtis,ut inſt.de te-
ſta.§.teſtes.& no.de uer.ſig.forus in fi.Et ita uidetur mihi
Fed.de Senis decretorum doc.
¶Dominus Nicol.contra aduocatos Sen. ad Fe.Et qñ fuit
an familiaris qui de ſalario cum domino , non conuenit
poſſit petere ſalarium.

S V M M AE.

1 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione validum eſt in iure.*
2 *Conceſſum in uno quod in alio intelligitur eſſe prohibitũ.*
3 *Operas alicuius conducere conſuetus non præſumitur gratis poſtea conduxiſſe.*

QVAESTIO CCXVIII.

DOmine Fede. ſi non fallor quod contingere leue fo-
ret.exceptio oppoſita contra libellum Cyaili,q ex
peritur

peritur contra dominum fratrem Angelum ualidisſima
eſt,quia nemo ſine actione experitur ut l.quoties.§. qui
temporali.ff.de admi.tut.l.ſi pupill.§.uideamus.ff.de ne
go.geſt.Sed ex propoſitis in libello actio non reſultat.qa
nec obligatio. Sed hic nec obligatio ex contractu.nec ex
quaſi contractu,nec ex delicto,nec ex quaſi delicto.ergo
1 nulla†arguendo à ſufficienti partium enumeratione. ſed
non oblatio nec actio,quia filia ſine matre eſſe non pôt,
ſed obligatio eſt mater actionis,ut l.licèt §.ea obligatio.
ff.de procur.¶Nec obſt. quod de aduocato dicitur, ꝙ ibi
puto ſpeciale,nam & alia ſunt ſpecialia,quia ex nudo pa
cto datur actio.ut.l.j.C.de ſuffragio,regulariter cōtra ut
l.iuriſgentium in uerſi.igitur nudo pacto,de pact.¶Vnde
uenia à Speculatore obtenta,& a quocunque alio contra
rium ſentiente uidetur mihi dicendum,libellum nō pro
cedere forma ſua.Item ſi aliquis ſciens ſe non teneri ali-
quid de ſuo alicui impedit uidetur donare,ut regula iu-
ris cuius per errorem.ff.de reg.iu.nec diſtinguuntur ope-
2 ræ.¶†Item quod in uno conceditur in alio prohibetur ut
l.marius.C.de procu.unde ſi in aduocato hoc inductum
eſt,ergo in cæteris contrarium. Nam ſi hoc priuilegium
habent aduocati,ergo in contrarium eſt ius commune.
ut l.j.in fi. ff ad municipa. & iſta puto uerisſima. ¶ Item
dico quod ſi Senis nulla eſt cōſuetudo ꝙ famulis ſatisfiat
ſi de mercede cum domino non conuenerunt,nec quali-
ter ſatisfiat,de hoc tamen non curo argumenta æquitatis
prudenter inducta non ſuſtinentur, vbi æquitas non eſt
ſcripta ut no.in l.inter æquitatem ſupplere ſupplenda &
corrigenda corrigere uidetur contra ſcripta.14.q.5.non
ſane poteſt reſponderi quòd ibi præceſſit conuentio.

¶Dominus Griffolus.ad idem.

3 ¶Videtur ſalua latiori deliberatione, ꝙ † ſi præfatus do-
micellius conſueuerat operas ſuas locare,& dominus cō
ducere operas miniſtrorum quòd ſalarium ſiue merces
debeatur eidem ſaltem uſque ad ſummam quam alterius
opera & miniſterio dominus fuiſſet conducturus.argu.ff.
de condi.inde.l.ſi non ſortem.§.libertus uer. Sed hoc nū
quid.& per hoc.C.de fundo patri.l.fin.lib.11.ff.de dona.
l.in ædibus.in prin.uide 1.q.1.ſunt nonnulli per Archi.

¶Defloratio literarum domini Papæ Feder.

S V M M AE.

1 *Abbas uel monaſterium ſcientes monachum literas Pa-
pæ uel bullam Papæ falſificaſſe,non poſſunt ipſum recō
ciliare; quia per ſolum papam poteſt abſolui.*

QVAESTIO CCXIX.

SI notorium vel Abbati vel alias indubitanter cōſtat
1 † quod ille monachus commiſerit falſitatē circa li-
teras domi.Papæ ſiue in bulla,ſiue in carta,ſiue alio
modo,non poteſt dictum monachum reconciliare,
ut tractet eum ut alios monachos,cum ipſe ſit excommu
nicatus per c.ad falſariorum.de crimi.fal. & non poteſt
abſolui niſi per Papam ut eo.tit.dura. & in iſto caſu Ab-
bas debet uicinos Epiſcopos inuocare ad degradationē
eius,& ſic degradatum tradere ſeculari curiæ.ut in ca.ad
falſariorum.& facit quod no.de priui.cum & plantare in
6.glo.Si uerò non conſtat Abbati. ſed habet eum uehe-
mentisſime ſuſpectum.tum quia ille monachus publica
laborat infamia, tum quia literas non oſtendit ſibi, tum
quia illas oſtendit Pluribus qui dicunt dictas literas de-
uiare a ſtilo curiæ Romanæ propter alia ſuperius narra
ta,dico ꝙ ſi dictus monachus uenerit in fortiam dicti Ab
batis dñs Abbas debet alterum facere de duobus uideli-
cet,uel mittere eum ſub fida cuſtodia ad Romanum Pon
tificem.uel eū carcerare,& in bona cuſtodia detinere do
nec Romanus Pontifex per literas uel nuncios domini
Abbatis certificatus uoluntatem ſuam reſponderet.ut ꝓ
batur de reſcrip.c.2.de cri.fal.c.2.& 19.diſt.in memoria.
ubi de hoc in fine.Si uerò Abbas illa negligeret cū facere
poſſet non immerito fautor ipſius dici poſſet de ſen.exc.
quanto.2.q.7.negligere.23.di.error.& 1.q.7.nec regimi
nis cum ſimilibus.

¶In Chriſti nomine amen.Allegationes Fede.

S V M M AE.

1 *ſimplicitas dicitur ueritatis amica nec uerborum.mul-
tiplicatione utitur.*
2 *Iudicis incompetentis officium etiam ſine exceptionis
ope quando nullum habeatur.*
3 *ſoluens iuſſu iudicis an ſibi appellandi beneficium præ-
cludat.*
4 *Teſtes multimodè redduntur ad probandum inepti.*
5 *Crimen irregularitatis,quod ex contemptu clauium gra
uisſimum eſt.*

QVAESTIO CCXX.

1 VEritatis amica ſimplicitas†non quærit coniuncta
ſiue uerborum adminicula.Iccirco ſcribentis de
fectum ſuppleat ueritas,& conſultoris circūſpe
cta prudentia.Factum ita ſe habet dominus Vica
rius Generalis Senen.Epiſcopi dicens ſe ad hoc habere
ſpeciale mandatum,per uiam inquiſitionis,proceſsit cō
tra & aduerſus dominum Cy.& Vannutium,quos in ſua
inquiſitione præfatus Vicarius infamatos eſſe præſuppo
nebat,teſtes ex ſuo officio recepit Vicarius, proteſtatio-
nibus primo præmisſis contra perſonas,& dicta teſtium
dicti do.Cy.& Vannutius ad ſui defenſionem teſtes pro-
duxerunt,de inde publicatis utriſque teſtibus,quia teſtes
per officiū inducti aliquid dicere uidebantur licet falſo
dicti Inquiſiti cōtra perſonas dictorum teſtium,& dictas
exceptiones propoſuerunt ſuper quibus teſtibus produ-
ctis & publicatis uertitur in dubiū,an dicti inquiſiti ſint
in condēnationis uel abſolutionis caſu uiſis actis & acti
tatis in cauſa.¶Quòd autem ſint abſoluendi,ſic probatur
2 uel multipliciter.Primo†quia proceſſus ē nullus ipſo iu
re,tanquam a iudice non competenti factus,quia Vica-
rius in criminibus puniendis iuriſdictionem non habet,
unde ſine exceptionis ope, redditur officium nullum.de
offi.uica.c.2.lib.6 ¶ Non obſtat ſi dicatur ꝙ pars ſub eo-
dem iudice litigando & reſpondendo uidetur prorogaſ-
ſe eius iuriſdictionē in ſe.nam dato ꝙ in criminalib.poſ
ſit fieri prorogatio,debet tamē fieri in iudicio,quia alias
habebat merū imperium.ut no. ff.de iudi.l.j.in glo.ul.
Et dato ſine preiudicio,qđ inquirere potuerit,tamē con
tra ius inſtituta fuit ut puta nulla infamia precedente.ex
tra de accu.qualiter ij.& c.cum oporteat.¶Non obſtat ſi
dicatur,ꝙ inquiſitus debuit de hoc excipere,& ſibi impu
tet quia tacuit.ut extra de accu.c.2.lib.6.Nam hic inquiſi
ti iusſi a iudice reſponerūt,unde ſaluum remanet eis ius
3 excipiendi.nam†& qui iuſſu iudicis ſoluit nō precludit
ſibi beneficium appellandi.ff.de app. cum ex cauſa.ſecus
ſi ſponte ſoluit.c.de re iudi.ad ſolutionem.& in concor.
poſitis de iureiur.ꝙ quis mandato facit iud.&c.lib.6.Et
icciteo cum hoc ius excipiendi remanſerit eis ſaluum,&
ipſi inquiſiti per ſuam negationem probauerint de ſua
bona ſama.cum tamen per teſtes inductos ex officio iu-
dicis nulla infamia ſit ꝓbata. patet ergo ꝙ proceſſus nō
ſumpſerit initium.& ideo quicquid ſequitur ex ipſo nul
lum eſt,iura ſunt not.¶Item cum hic agatur de crimine
iniuriarum,& ex titulo inquiſitionis appareat terminū
& plus eſſe lapſum.Item cum probatum ſit per teſtes In
quiſitorū qđ à quatuor annis circa,& plus,& per ipſū
tempus & ante inquiſitionem formatam.Iſti duo inqui-
ſiti fuerunt amici adinuicē,relinqtur qđ ammodo de ta
li crimine iniuriarum querendum non eſt, ad hoc.ff.de
in iur.

iniur.non ſolum.§.j.C.eo.ti.l.& ſi nõ conuicij.& no.gn.di.c.1.& c.ſtudendum.& plenius in Spe.de abo.& pur.§.j.uer.quid ſi accuſatus.& maxime cum ſit probatum cõmunem uocem & opinionẽ eſſe,& quaſi notorium ꝙ ab emulis & inimicis inſtituta fuit inquiſitio,&promota ad hoc de accu.qualiter ij.¶Sed dico ſine præiudicio ꝙ præmiſsis non obſtantibus rectè fuit inſtituta inquiſitio,uidẽdum reſtat quid ſit probatum.Et primo faciẽdæ ſunt duæ partes de inquiſitione.Prima pars tractat de crimine iniuriarum.Secunda pars de contemptu clauium ſiue crimine irregularitatis.Et ſi prima pars non eſt probata,per cõſequens nec ſecunda.Si vero prima probata eſt,non tñ ſequitur ꝙ ſit probata ſecunda,vt infra patebit.¶Et primo videndũ eſt,an contra ſm venientem ſit probatũ. & dicẽdũ eſt ꝙ non.nã cum unus dicat ꝙ percuſsiones factæ fuerunt punctim.i.per punctam, & alius dicat ceſim.i.per taglium,patet ꝙ teſtes intellexerunt de diuerſis uulneribus unus intellexerit de uulnere punctim facto,alius de uulnere ceſim facto.ſi ergo de uno tantũ uulnere intellexerunt ſunt ſibi contrarii.Si uerò de diuerſis ſunt ſibi ſingulares.teſt ibus aũt ſingularibus & contrariis credendũ nõ eſt.iura non deſunt. Ad hoc accidit†ꝙ dicit lex quod ex qualitate diuerſa criminum,inducitur diuerſitas eorundẽ.ff.de pœnis.l.aut facta.§.qualitate.&ibi dr̃ ꝙ aliud eſt damnum datum in turba,aliud extra turbam.ff.ui bono.rap l prætor ait.§.hæc aũt actio ꝯtra do.Cy.nihil certũ ꝓbatum,qa non apparet in qua manu percuſſerit,& in crimine maximè iniuriarum debet certum qd probari. Ad hoc.ff.de iniur.l.ait prætor.in prin.cum ſi.Et dato ꝙ ꝓbatũ eſſet de eo ꝙ percuſſerit,tñ ut ex dictis teſtium colligitur,& maximè ex teſte penultimo hoc fecit ad ſui defenſionẽ & ſic immunis debet eſſe à pœna.de homi.ſignificaſti.& c.ti.c.uno in cle.& manifeſtè præſumitur eorum teſtiũ ſubornatio & falſitas ex uno eodẽque meditato ſermone 4.q.3.in teſtibus conſiderandũ eſt,& ꝙ iſti ſint falſi manifeſtè probatum eſt tpe & loco in Inquiſitione cõtentis,dictum Vanutium alibi affuiſſe,& ſic ſequitur ꝙ cũ eodem Cy.eodem tpe in Inqſitione contento ad rixã deuenire nõ potuit de teſt.ex tenore cũ ſi.¶Item probatum eſt ꝙ Baldutius tpe lati teſtimonii per eũ erat in enormi & grandi peccato mortali conſtitutus,& homo luſor,& uitę ſuſpectæ.& ſic ad teſtimonium admitti non debet,& maximè ubi de crimine agitur puniendo.3.q.7.teſtes.& c.ipſi de excep.denique de teſti.teſtimoniũ.& c.ul.¶Itẽ Bartolumeus repellitur ex toto quia homo leuis cõditionis,& uitæ & laycaliter uiuens,& uilia exercens.

¶Preterea & ad hoc non poteſt reſponderi ſi Balducius Vãnes & Bartolomeus probate ſunt fuiſſe & eſſe familiares, & commenſales,& cohabitantes.& domeſtci filiorũ do. Bernardi & do.Manfredi de Squarcialupis,qui ſunt ꝓbati manifeſti inimici Vannutii.unde cõtra d.Van. eis credi nõ dẽt extra de accu.repellãtur.nec ẽt cõtra do.Cy.cum ſint cõſortes,& cũ ſit coniunctus & cõnexus ei,nec poſſũt deponere cõtra Cy.quin deponãt contra Vãnutiũ un de uictoria unius debet prodeſſe alteri.Ad hoc.ff.de adul.l.denunciaſſe.& dato ꝙ iniuria ſit probata.& ꝙ de iniuria ſiue percuſsionibus ſint condemnati.quod tamen falſum eſt pp tranſcurſum anni,diſsimulationem,et remiſsionẽ ut dictum eſt ſupra.¶Reſtat uidẽdũ de crimine irregularitatis,circa quod ſciẽdum eſt,ꝙ irregularitatis,quę ſurgit ex contemptu clauium eſt maximè & grauis, quę non tollitur pœna quantũcunque irregularitas ſit occulta ſed neceſſaria eſt diſpenſatio Papę ut de reg.iur.c.1.& de ſen.excom.li.6.Et iccirco de graui crimine non eſt qs ex pręſumptionibus condemnãdus.ſed luce clarioreſ debent eſſe probationes ut l.ſciant.C.de proba.& extra de pręſum.literas.¶Videndum eſt,an aliquid ſit probatum cõtra iſtos Inquiſitos,qđ inducat irregularitatem.Et eſt dicẽdum aperta fronte ꝙ nihil ꝓbatũ eſt.Nã hoc nõ eſt probatum quòd dicti Vannutius & Cy. ſint excommunicati,ratione cuius excõmunicationis incurratur irregularitas.& ꝙ hoc non ſit probatũ patet,quia in nulla parte actorũ conſtat ꝙ illi Inquiſiti ſint clerici uel eccleſiaſticę ꝑſonæ.Et ſi dicatur ꝙ probatur quod celebrauerunt miſſas.reſpondeo potuerunt de facto celebrare.Hinc eſt qđ habemus rubricam de clerico non ordinato miniſtrãte. Vnde cum tractemus hic de grauiſsimo crimine nõ debemus de coniecturis iudicare.ut no.de ſen.ex.in audiẽtia qđ ſi percuſsi quendã deferẽtem habitum & tonſuram, quem clericum credebam ſi in rei ueritate non erat clericus non ſum excõmunicatus,quia reuera requiritur ꝙ ſit clericus nec ſufficit poſſeſsio clericatus quę ẽt hic probata non eſt.Sed in alio caſu ſufficiat poſſeſsio quo ad forũ ſortiendũ ut extra de ſen.ex.ſi iudex.lib.6.Non ob.quod titulus inquiſitionis innuat iſtos eſſe pſbyteros,quia illa ſunt uerba notarii,uel uicarii,& non præiudicant ueritati.ut legitur & no.de priui.ſi Papa.li.6.& eo.li.de reſcri.ſi gratioſè.& in conſtitutione cle.c.ul.de ſen.excom.nã & ſi Iudex dicat cõdẽno talem tutorem filiorum quondam talis,Iudex cognitor talis qõnis libello oblato lite conteſtata &c.Nun probatur ex hoc lĩtem eſſe conteſtatam ut no.per Inn.& Hoſt.de prob.c.qm̃ unde irrefragabiliter dicendum eſt,ꝙ non eſt probatum qđ iſti Inquiſiti ſint cleri.& per cñs dato quòd ſe percuſſe.ũt nõ ſunt excõicati & per conſequẽs nõ ſunt irregulares.merito ergo abſolutionem conſequi debent.Prodeat ergo de uultu Dei iudicium,& oculi iudicantis uideãt æquitatẽ.nec famelica Squarcialuporũ uoracitas inſatiabilis inebrietur de ſanguine innocentium.

¶Federicus de Senis.

SVMMAE.

1 *Vſuras ſoluenti an & qualis contra vſurarium actio competat.*

QVAESTIO CCXXI.

QVęſtionis per uos ꝓpoſitę declaratio magis pertinet ad legiſtam , quam ad canoniſtam. debetis ſcire quòd† opinio eſt , an ille qui ſoluit uſuras hẽat hypothecariã in bonis uſurarii,an uerò ſolum perſonalem.ſ.conditionem ex canon.debitores extra de iureiu.cũ ſi.uel cõditionẽ indebiti.do.Io.An.no.ex de uſur.c.ij.in gl.pauptas.in 6.qđ bona uſurarij ſũt tacitẽ hypothecata ſoluẽtibus uſuras.ut ſic pluribus creditoribus , cõcurrẽtib.locus ſit prioritati in tpe,quẽadmodũ obſeruatur in aliis hypothecis alias ipſe decre.cũ tu in ſi.extra de uſu.quod nõ ꝓbat.& quod no.in. decr.tua e.ti.Guil.uero durã.& Arc.no.cõtrariũ in d.decr. innuentes illud ſeruari debere in his,qui ſoluerẽt uſuras,quòd ſeruaret in pluribus creditoribus habẽtibus perſonales. & tũc ur̃ recurrẽdum ad l.ſcimus §.licentia.cũ pręceden. & ſeq.de iur.deli.Ergo in propoſita quęſtione ſiue uſurarius defunctus ẽt hẽat hęredẽ ſiue non dato curatore bonis certũ eſt quòd creditor idẽque debitor debet ſibi cõpẽſare id in quo tenebat uſurario.& ſi plus tenebat uſurario pro uſuris receptis ab eo q̃ uſurarius teneret ſibi,creditores agent cõtra uſurariũ uel etiã cõtra debitorẽ debitoris per eum modum qui no.C.quando ſi.uel priuat.

¶ Federicus de Senis.

SVMMAE.

1 *Exceptio rei iudicata poteſt in uim dilatoriæ contra reſcriptum opponi.*

QVAESTIO CCXXII.

DOmino Conrado Feder.ſalutẽ . Rogo ut ſcribatis opinionem ueſtrã de infraſcripto dubio.Scitis ꝙ †exceptio rei iudicatæ pt̃ opponi i uim dilatoriæ cõtra reſcriptum de lit.cõt.ca.1.lib.6.& ſũptũ fuit C.ſen.

rel.nō poſ.l.ſi.Oppoſui dictam exceptionem cōtra reſcriptum,& petij ut iudex pronūciaret ſe non Iudicē. Iudex uero credens exceptionem non obſtare,uel non eſſe probatā pronunciauit ſe Iudicem eſſe.& procedendū eſſe ad ulteriora poſtquā actor obtulit libellū, reus uero eādem exceptionē repetit contra libellū dicens, ꝙ ſuper eo nō dēr cogi litē conce.& petit ſuper petitione procedendū nō eſſe & ſe abſolui ab inſtātia iudicii uel obſeruatione. ¶Quæritur nūquid poſſit fieri.vr̄ ꝙ nō.quia ſemel calumniatus eſt &c.Et ad hoc qđ no.Inn.de pur.c.cū dilectus.in gl.magna uer.item ſi quis exceptionis dilatorias.¶Sed cōtra cū uariatur modus agēdi.Item poteſt pluries opponi.ut probatur de teſti.ueniens.& illud placet ibi Hoſt, Adidē qđ no.de ordi.cogni.c.ii.in gl.habet ad fin.uā in themate ꝓpoſito ad unū effectum opponitur primo,& ad aliud opponitur ſecundò exceptio rei iudic.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Appellatione pendente an alius modus procedendi ſuper primo agitatis intentari poſſit.*

QVAESTIO CCXXIII.

DOmino Nicolao Fede.ſalutem. Datus eſtis mihi in ſocium in quadam cauſa ad conſulendū, & punctus reſidet in hoc meo iudicio. Lata eſt ſentētia contra Franciſcum pro Angelo. à qua ſententia
1 appellatum eſt. † & appellatio pendet. & eſt qō ſuper uinea. Interim Angelus fecit fieri inceſſiuā de fructibus uineæ.Frāciſcus petit reuocari inceſſiuam,Augelus uero ꝙ non debet reuocari.ad probandum hoc inducit acta illa ex quibus lata fuit ſnia,à qua appellatum eſt,uidebatur mihi,ꝙ illa acta non faciant fidem in hoc iudicio.primo quia aliter,& ad alium finem agitur mō q̄ primò.unde nō faciūt fidem cū uariatur modus agēdi.Itē quia uirtus & effectus illorū actorū eſt in pendenti donec cā ꝑ appellationem pendet.unde non dēt interim operari ac ſi ſnia trāſiret in rē iudicatam.Mitto uobis allegationes hincinde,& ēt meas.& quid mihi ur̄,& reſponſionē,quā accepi à diuerſis.Qō eſt parua.& debet eſſe expedita hodie & cras.ſignificetis mihi quando uultis quod ego ueniam ad domum ueſtram quia nolo uos exire de domo.

¶In Chriſti nomine amen.Federicus.

S V M M AE.

1 *Epiſcopus an poſſit res unius eccleſiæ dare alteri.*
2 *Eccleſiæ omnes epiſcopatus quod teneantur ad caritatiuum ſubſidium.*
3 *Libertus ſubueniri tenetur patrono ſi quādo eidem ſuperſit & patrono deſit.*
4 *Epiſcopus quod intelligatur eſſe adminiſtrator in cūctis.*
5 *Bona eccleſiarum quod ſint pauperum & deſtinata ad pauperes alendum,captiuos redimendum,et templum Dei ædificandum, & quod ad eundem effectum uendi poſſint & alienari.*

QVAESTIO CCXXIIII.

CAſus talis eſt.Quædam Plebs hēt capellā nūc uacantē ad eius reformationē ſpectantē,eccleſia dictæ plebis īdiget reformatione.plebs nō ſufficit cōſideratis facultatibus ſuis expēſis & oneribus.Mō quæritur cum dicta capella ſit ſufficiēs an eps poſſit deputare redditus dictæ capellæ pro dicta reparatione,reſeruata ex redditibus dictæ capellæ congrua ſuſtentatione futuro capellano,& oneribus inc ūbentibus ꝑ circulum anni.¶Et uidetur mihi Fe.de Se.quod ſic. nam
1 †Eps ex iuſta cā res unius eccleſiæ poteſt dare alteri,etiā ī ꝑpetuū multofortius redditus ad tēps de reb.ec.nō alie.c.j.li.6.&ſicut de bonis Plebis pōt ſubuenire Capellæ ſic
2 econuerſo de eccle.edi.ad audientiam.j.†¶ Itē oēs eccleſiæ totius epatus tenentur ad caritatiuum ſubſidium epo indigenti ut de cenſi.cū apoſtolis & no.Hoſt.de elect.ut præterire:ſic & capellæ ſuo capiti ſi eſt iuſta cā ſubueniēdi.nam ēt ille qui non ꝑcipit quartam fabricæ deputatā ex quo portio fabricæ nō ſufficie tenetur conferre ad tā piū opus ut de his quæ ſi.à maio.par.ca.c.ul.de ecc.ædi.c.1.& 3.ubi de hoc.Et in talibus ualet conſuetudo ut redditus beneficiorum uacantiū alteri eccleſiæ ex cā debeātur ad tēpus.ut de offi.ord.in præſēti.& in extraua.Io.ſuſcepiſti.& facit quod no.ut ec.benefi.ut noſtrum in ſi.&
3 de reſcrip.ſi ꝑꝑ rua in glo.an legatus † Nam & libertus ſubuenire debet patrono cum ſibi ſupereſt & patrono deeſt.ff.de lib.agno.l.ſi quis à liberis,§.de alimentis.& tantam habet cōionem plebs cū capella,quod ꝑꝑ epalia iura per plebē nō ſoluta poſſint grauari poſt capellam ue: no.Arch.poſt Vic.de preben.cum ſingula.li.6.& q̄uis ſecurius ſit,ꝙ eps hoc faciat cum conſenſu Capituli ut no.ue ec.bene.ut noſtrū in gl.ſ allegata an legatus.tamen vr̄ quod in re tā modica ſufficiat ſolus Eps.12.q.2.terrulas.uā cum Eps ſit adminiſtrator in cunctis.ut 10.q.1.per to-
4 tum.& bona eccleſiarum ſint bona pauperum.16.q.1.ca.
5 ul.& pro pauperibus alendis,captiuis redimendis,& tēplo Dei ædificando poſsint bona eccleſiæ uendi.& ſacra conflari.12.q.2.aurum.& eps neceſſitatem habētibus debeat bona eccleſiarum diſpenſare.ut 12.q.2.eps.& 12.q.1.ex his omnibus.& c.ſeq.& cum alias de iure una portio eccleſiaſticorū bonorū ſit deputata pro fabrica alia pro pauperibus.12.q.2. quatuor uobis. & c.conceſſo. & ideo præmiſſorum omniū conſideratione habita credo Epiſcopū hoc facere poſſe ut dr̄ in cle.1.de iurepa.

¶Federicus in materia iuriſpatronatus.

S V M M AE.

1 *Filij vel filiæ ad hoc vt ſuccedant in iure patronatus an ſit neceſſe quod hæredes inſtituantur.*
2 *Ius patronatus multis modis poteſt ad alium tranſire.*

QVAESTIO CCXXV.

SI opinio Ioan.no.16 quæſt.1.conſtitutū ad quod cōcordat quod ipſe idē no.ea q.7.conſiderandū eſt ue
1 ra.ſ.quod†ad filios tranſit iuſpatronatus,etiā ſi inſtituantur hæredes tunc non eſt dubium quod filiæ Toreli ſuccedunt in dicto iure.Si aūt neceſſe eſt quod inſtituantur hæredes ad hoc ut tranſeat iuſpatronatus adhuc dico quod ſiuht patronæ.Nam ut paret in teſtamento iure inſtitutionis relictum eſt eis quicquid relictū eſt.& ſi dicatur quod inſtituti in rebus certis habentur loco legatariorum.ut C.de here.inſti.l.quotiens.fateor ut nō teneantur ad credita.ſed non poteſt negari quin ut hæredes capiant ut no.de here.inſti.l.ex officio.§.dicebā.imò ſm quoſdam poſsit rumpi teſtm̄ ſi nō relinqueretur iure inſtitutionis ſm no.de teſt.c.1.li.6.in nouella ſuper glo.quæ incipit nunquid quo.Sed dato quod nullo mō ceſeātur hæredes ſed ſolum modo legatarij,adhuc uidetur qđ
2 ſint patronæ.†Nam iuſpatronatus trāſfertur in alium donatione inter uiuos.& tunc requiritur auctoritas Epiſcopi ſi fiat donatio priuatæ perſonæ. Item uenditione uniuerſitatis realis nō uerbalis hoc dico propter no.per Inn.& Hoſt.in c.ex literis de iurepat. Item permutatione.Item ſucceſsione.nec iura diſtingunt an ſuccedat uniuerſaliter an ꝑticulariter.nec cauet text.uel gl.qđ ī hoc requiratur auctoritas epi.Et nō ē dubiū,ꝙ ille, qui ſolum iuſpatronatus hēt a teſtōre dr̄ hēre iuſpatronatus ex ſucceſsione.& ſi aliter diceretur ſequeret magna abſurditas.

pone

pone qđ aliquis eſt qui nihil habet in rerum natura niſi unicū ius patronatus in quadam capella ſi dicat inſtituo te hſdem tranſibit ſm ſe iuſpatronatus & nō ualebit legatum & ſic erit dr̄ia in uerbis. Sed abſit qđ tales ſubtilitates ſm canones conſiderentur. ¶Præterea pone aliquem nō facere teſtm̄ ſed ſolum codicillari nunquid in codicillis pōt relinquere iuſpatronatus nedū filio ſed extraneo & quis dubitat ꝙ ēt iure codicillorum dr̄ quis alteri ſuccedere. nec requirit hic auctoritas Epi ſicut in donatione inter uiuos, quia magis eſt ſauorabilis ultima uoluntas q̄ donatio inter uiuos. de dona. cum dilectus. Et nihil eſt ꝙ magis debeatur hominibus q̄ ut supremę uoluntatis liber ſit titulus. C. de ſacroſan. c. eccleſi. l. j. Et ſi dicis legatū eſt quædam donatio. ergo &c. Reſpondeo certe, & ille, qui extraneum hæredem inſtituit omnia ſua bona donat ei. & tamen non requiritur auctoritas Epiſcopi. uide inconueniens quod ſequitur. Pone quòd epſ non uult conſentire teſtatori legante iuſpatronatus. ſequitur hoc ꝙ teſtator moriens per ſe retinere non pōt. nec cui uult relinquere poteſt. ſecus inter uiuos. quia tunc poteſt adiri Superior. Nō ob. iura & gloſſ. quæ innuunt quod nouus hæres tranſire facit iuſpatronatus. nā non accipitur ibi hæres ꝑ hærede inſtituto in teſtō ſolenniter ſed generaliter pro omni ſucceſſore. exemplū de inſti. ad rem, & ibi accipitur ꝑ hærede ſanguinis ēt ſi non ſit hæres in bonis. 8. q. j. apoſtolica. de iure pa. conſuluit. ¶Item cum de iure antiquo quidam non poterant eſſe hæredes ſed bonorum poſſeſſores de iure prætorio, nūquid ēt tales ſucceſſiſſent in iure patronatus dato quòd nō uocētur hæredes utique i effectu, bonorum poſſeſſor habet, qđ heres ff. de bo. poſ. l. 2. cum ſeq. Ad hoc facit quod no. In. de iurepa. in rubrica ibi dū dicit, tā ad ſuos ſi inſtituātur hæredes uel alio mō ſuccedant q̄ ad extraneos, non uī curare an ut hæres aut legatarius ſuccedat. Audiui ꝙ d. Abbas ſcripſit ꝯrariū unde hanc cedulā ſuę cedulæ me ſubmitto &c. ¶Cōtrarium eius quod dicit d. F. no. Io. An. in nouel. de iurepa. c. cū ſe.

¶Reſponſio domini Abbatis ad prædicta.

¶Hæc non credo, & ut breuiter me expediā credo, ꝙ iuſpatronatus ſine uniuerſitate, per nullum titulum ſpecialem ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate tranſeat ſine cōſenſu Epi in priuatam perſonam ēt ſuper hoc teſtō in iſto puncto per dominum. G. de Coneiano fuit conſultum. & rōnes quæ hic ſubtiliter inducūtur poſſent ēt remoueri. ſed diuerſi diuerſa &c. tempteris alios. Criſſolus.

S V M M AE.

1 *Debitor pignoratitius oblatione debiti liberati pignus & illud actione pignoratitia repetit.*

QVAESTIO CCXXVI.

1 QVæſtio uī mihi ſatis dubia ſed iudicio meo credo debitorē potiorem. quia† ex ſola oblatione, & conſignatione facta à debitore liberatū eſt pignus. & pōt illud per pignoraticiam actionē repetere. ut l. aliena res. §. ſi creditorem. ff. de pig. act. & l. ſi rem §. oīs. C. e. ti. & l. 2. C. de luitio. pig. & ſic inuitus cogitur ſeruus creditor debitori credere, nec talem debitoris obligationem pōt impedire primus creditor offerendo. ar. l. bona ſides. §. 1. & ex eo quod ibi no. ff. de po. maximè cum non uī intereſſe primi creditoris, quia ſi liberato pignore a ſecundo creditore per debitorem, remanebit primus ſolus qui habet unde gaudeat debitore offerēte. Si enim uellet excludere debitorem & eum offerentem impedire deberet iure actionis. l. hypothecariæ petere pignus, ꝙ poſſet a ſecundo creditore. & per illū modum poſſet impedire ut in d. l. bona fides. licet in caſu iſto poſſet propter conſenſum quem adhibuit in ſecunda obligatione ut ex themate qōnis patet per quem conſenſum ius pignoris amiſit quantum ad ſecundum creditorem ut l. paulus in prin. ff. qui. mo. pi. uel hypo. ſol. & ibi no. Sed eſſet conſultum primo creditori ſi debitorem hēt ſuſpectum, facere rē ſequeſtrari, uel ſatiſdari de re non baractanda, per ea quæ habentur in l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ff. qui ſatiſ. co. nec puto ꝙ tp̄s poſſit ſtatuere Iudex infra quod luat, quia non uideo quo iure illud poſſit facere compellere creditorem infra tp̄s luere, cum ſolui nō poterat à debitore. & ſorte iſto caſu non poteſt primus creditor ius offerendi, quia uidetur pignus oblig. quantum ad ſecundum creditorem amiſiſſe propter conſenſum ut dictum eſt. & ſic nō uī primus creditor quo ad ſecūdum. & ideo non poteſt offerre ut creditor nec ut alius ex quo non poſſidet. ſi poſſideret poſſet, quilibet offerre debitum. ut d. l. paulus in fi. ff. qui. mo. pi. uel hypo. ſol. & l. mulier. ff. qui po. in pig. hab.

¶Federicus de Petruciis de Senis.

S V M M AE.

1 *Prælatus ſolus conſtituit procuratorem in cauſa eccleſiæ: & ipſe ſolus reuocat.*

QVAESTIO CCXXVII.

SI potero uerbo bene quidē, ſi nō addendo his quæ æqualiter ſcripſi uobis. Noueritis qđ† ſolus prælatus reuocat nedum expreſsè ſed tacitè procuratorē cōſtitutum nomine eccleſiæ ēt in iudicio lite cōteſtata ut extra de procu. c. procuratorem in cle. multofortius in caſu noſtro ubi procurator eſt ad negocia, & res eſt integra. Et ſuper hoc uidete quod no. Hoſ. extra de oſſi. del. qm̄ abbas ubi tractat de reuocatione iuriſdōnis mandati ad iudicia & extra. ¶Item ſolus Prælatus conſtituit procuratorem in cā eccleſiæ quamuis cā ſit cōis ſibi & conuentui licet gloſſ. Ber. aliter loquatur. & ſuper hoc uide quod no. Inn. & Cōpo. de reſcri. edoceri circa prin. Si cōtra conſtituit, ergo reuocat. Sed dato quod tn̄ nego quòd ſolus Prælatus nō poſſit reuocare procuratorem conſtitutum in cā cōi ſibi & Conuentui. Dico quod ex quo Prælati cum monacis coadunati in loco ubi cōſueuerunt cōgregari, debent. ſ. notarii facere inſtrm̄ quō nos Abbas & tales monachi qui facimus totum capitulum reuocamus &c. ſic facimus &c. dico præſumendum eſſe ibi fuiſſe totū capitulū. imo plus quod ſi inſtrm̄ diceret talis Abbas de conſenſu capituli ſui fecit hoc, & illud præſumitur conſenſum capituli habuiſſe niſi doceatur contrarium ut extra de his quæ ſi. a præla. ea noſcitur. Vnde cōiter legitur in ti. de ele. quod ſi aliqui dicunt ſe fuiſſe contēptos habent probare ſe fuiſſe tunc tp̄is in loco tali unde uocari debuerint, quo probato præſumitur quis contemptus niſi probaretur uocatus extra de ele. quia propter. §. illud c. in geneſi. uer. ſecundus. ¶Vltimo & incōmutabiliter dico quòd dato quod aliqui monaci fuiſſent contēpti in reuocatione Sindici, quod tamen non præſumitur ut dictū eſt. dico ꝙ iſtum contēptū non pōt allegare tertia perſona, ſed ſolus ille qui contemptus fuit. & maxime cum hic non interfuerit procurator uel ſindicus tempore reuocationis. Et hoc probatur optimè extra de dona. inter dilectos. §. procurator. & eſt caſus extra de præb. cum in eccleſiis li. 6. Et hæc maximè locum habent in caſu noſtro, in quo non eſt neceſſe uocari abſentem ſm utrumq; ius ut in aut. hoc ius porrectum. & no. extra de teſti. præſentium li. 6. per Inn. & per domi. Io. An. ibidem reſidētium. & in hoc concordat do. Pau. de Leazar. dom. Recuperus de ſancto Miniato decretorum doctores. Quæ deficiunt ſuppleat prudentia ueſtra.

¶Conſultatio ad Federicum ſuper pluribus dubiis & eius reſponſio.

S V M M AE.

1 *Renunciatio generalis an ad ius poſtea ſuperueniens extendatur.*

2 *Emphyteota an domino inuito poſſit ſuo iuri renunciare.*

QVAESTIO CCXXVIII.

FActum tale eſt. Duo fratres habuerunt ad liuellum à
quadam eccleſia certas res. pro quibus iure liuelli
promiſerũt eidem eccleſiæ ea quæ conſueuerũt ꝑ
mitti in hmõi inſtrumentis liuellarijs. Demum iſti
fratres uenientes ad diuiſionem omnium bonorum ſuo-
rum tã patrimonialium q̃ aliorum liuellariorum iuſtrũ
diuiſionis fecerunt de dictis rebus liuellarijs & maximè
irrequiſita dicta eccleſia, & ſine ipſius conſenſu. Modo
quæritur nunquid potuerunt dicta bona liuellaria inter
ſe diuidere ſine conſenſu & licẽtia eccleſiæ prædictæ, &
nũquid diuidẽdo à ſuo iure eeciderint ex eo, ꝙ dictam
eccleſiam non requiſiuerunt. ¶ Alius punctus eſt ꝙ in in-
ſtrumento cõceſſionis ad liuellum cõtinẽtur hæc uerba
uidelicet ꝙ eccleſia locauit, dedit, ac refirmauit iura li-
uelli & in emphyteoſim duobus fratribus recipiẽtibus ꝓ
ſe, & eorum filijs & nepotibus maſculis in tertiam eorũ
& cuiuslibet eorum generationem per rectam lineã ex
eis legitimè deſcendentibus, & deſcenſis, qui ſi defecerit
ſint in una fœmina quæ iſta & alia eorũ bona poſſideat
de uno in alterũ reuertendo in quem ſuperuixerit tales
res &c. Modo vnus ex iſtis fratribus mortuus eſt ſuperui-
uente ſibi alio fratre & nepotibus ex eo, & quadam filia
fœmina ſuperſtite a dicto defuncto. quam filiam etiã ſuã
hęredem uellem in omnibus bonis ſuis inſtitui. Cũ hec
omnia fuerint poſt dictã diuiſionem, nunquid res prędi-
ctę per mortem dicti fratris ſint ad eccleſiam prędictam
pro parte ſua iam diuiſã deuolutę uel deueniãt ad hanc
ſuã filiã, & hęredem, ſeu ad hũc fratrẽ & nepotes. ¶ Alius
punctus eſt quod in dicto inſtrumento diuiſionis cõtinẽ
tur hęc uerba. ſ. dedit, ceſſit, & conceſſit & mãdauit eidẽ
qui nunc defunctus eſt recipienti pro ſe, & ſuis hęredi-
bus omne ius oẽm actionem, quod uel quam haberet &
habere poſſet & ſpectare ſeu eidem cõpeteret & compe-
tere poſſet in futurum in dictis bonis & rebus diuiſis qui
cunque titulo modo iure uel cã. Modo dicitur pro parte
dictę filię hęredis dicti defuncti quod maximè obſtantẽ
remiſſione ſeu renunciatione prędicta facta in dicto in
1 ſtrumento diuiſionis per iſtum allegatur quod †iſta re
nũciatio generalis non extenditur ad ius poſtea superue
niens, nec potuit iuri futuro & emergentibus renũciare,
& dictam partem ad eum deuolutam eſſe ex forma dicti
Inſtrumenti liuellarij & non ad dictam filiam nec etiam
ad eccleſiam. Modo quęritur quid iuris in omnibus ſu
pradictis.

¶In Chriſti nomine amen. Reſpon. Fede. ad pręmiſſa
¶Super primo dubio credo fore dicendum quòd poterunt
diuidi qa nil deperit eccleſię. & quia in extraneam pſo-
nam res non transfertur, & quilibet remanet obligatus i
ſolidum ad canonẽ ſoluendũ, & non ſufficeret pro parte
ſoluere alio nõ ſoluente ut no. de loca. c. ult. in fi. & Spę.
eo. ti. §. nunc aliqua uer. 29. Item translatio de fratre, ad
fratrem non vr̃ alienatio. C. de fidei. l. uoluntas. ff. de leg.
ij. unũ ex familia. §. ij. & l. peto. §. fratre. & facit ꝙ legit.
& no. de his quę fi. a prę la. cum apoſtolica. Simile eſt ꝙ
dicimus patronus non põt priuatę perſonę ius ſuũ dona-
re & non põt compatrono de iure pa. c. ij in cle. ¶ Itẽ diui
dendo & alter renuntiat iuri ſibi competenti in parte ob
2 ueniente. Sed uaſallus † & forte emphyteota põt ius ſuũ
renunciare dño inuit. ut in li. feu. de uaſ. qui contra cõ
ſti. lo. re. fe. c. 1. & no. in Spe. in d. §. nunc aliqua uer. 29. &
quod talis diuiſio poſſit fieri uidetur ſentire Specu. in d.
§. uer. 72. & uer. 147. ¶ Super ſecundo puncto ꝙ res nõ eſt
ad eccleſiam deuoluta. qa ad talem deuolutionem requi
ritur, & ꝙ ex utraque parte defecerint deſcendentes ut i
themate pręſupponitur ꝙ non eſt in caſu noſtro. & ſic tã
ex uigore ꝯtractꝰ dũ dicit de uno in alterũ reuertẽdo, q̃
alias de iure locus eſt iuri accreſcẽdi, & hoc tenet Spe. u.
§. uerſi. 69. & eadem rõne repellitur filia quod non extat
condõ qua exiſtẽte filia admittatur. ¶ Super tertio pũcto
adhuc dico fratrẽ defuncti præferendũ fœminæ. nõ illa
rõne ibi facta. nã licet futuro iuri nõ poſſit renũciari, uel
repudiari tamen per factum bene põt renunciari. ut C. de
pac. l. 3. & no. de cleri. ex multiplici. in gl. 2. Sed qa repu-
diatio uel renũciatio eſt nimis generalis. ut in l. ſed & ſi.
§. quæſitum ff. ſi quis can.
¶Item cedendo & mandando illi nũc defuncto ꝓ ſe recipiẽ
ti & ſuis hæredibus qui alias in tali reputãtur ſuccedere.
Sed iſta fœmina in hac re emphyteoticaria non poterat
ſuccedere exiſtente linea maſculina. Item forte pater nõ
põt præiudicare filiis ex quo à principio recepit ꝓ ſe &
filiis ut no. eo. §. uer. 164. licet alibi dubitãdo loquatur ut
eo. §. uer. 164. licet alibi dubitando loquatur. ut eo. §. 78.
facit ad præmiſſa de renun. c. 2. cum ſua glo.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Debitum Vniuerſitatis an & quando non ſit, ſingulorũ.*

QVAESTIO CCXXIX.

PVnctis qõnis eſt talis Titius uendidit, & tradidit
quẽdã fundum Sempronio. Poſt hoc per cõe Hug.
fuit impoſitum datium pro quibuſdã debitis per di
ctum Cõe contractis & commiſſis ante tp̃s uẽditio
nis & traditionis prædictæ & celebratæ. Modo quæritur
poſito ꝙ dictum Cõe habeat & habuerit dictis tp̃ibus po
ſeſſiones uidelicet ſiluas & alia bona, an debitor uel em
ptor teneatur. ſoluere datium prædictum. & ſi emptor
teneatur ſoluere nunquid debitor illud, quod ſoluerit
occaſione dicti datii poſſet repetere ab emptore, & ſi
emptor teneatur ſoluere nunquid illud ꝙ ſoluerit poſ-
ſit repetere a uenditore prædicto.
¶In Chriſti nomine amen. Reſpon. ad dubium prædictum.
¶ Ex gl. Guil. in Spe. de cenſi. §. uer. ſed quid erit, vr̃ quòd pri
mus teneatur, & ſi emptor ſoluerit poterit repetere & uẽ
dicare. Sed mihi vr̃ quod emptor teneatur ſoluere. & ꝙ
1 non poſſit repetere à uenditore. Primo quia † debitum
Vniuerſitatis non eſt ſingulorũ maximè cum Vniuerſitas
hẽt aliquid i bonis ff. ꝙ cuiuſque uni. l. ſicut. & ꝙ ibi no.
in 4. gl. Et poſito quod uniuerſitas nihil habeat, & ſit im-
ponenda collecta pro debito ſoluendo ut no. eo. ti. l. 1. in
gl. 1. emptori & per Hoſt. de ſen. excom. grauem. tamen
ex quo collecta non præceſſit translatione res ad aliũ li-
bera tranſiuit ad emptorem & nõ onerata. Onus ergo po
ſtea impoſitum ſoluat emptor, quia poſſeſſor eſt. & quia
onus fuit impoſitum rei ut dixit quæſitor conſilij.
¶ Abbas de Podio Boniti qui morabatur Senis loquitur Fe-
derico. & duo fuerunt executores gratiæ d. Andreas qui
inchoauit ſubdelegauit collegæ ſuo & alijs. Et Ang. de
quo ſequitur fuit collega.

S V M M AE.

1 *Executorum uno abſente, uel impedito, uel nolente an fieri cogatur per alterum executio.*
2 *Abſentia in multis æquiparatur impedimento.*
3 *Nihil factum cenſetur ſi quid ſuperſit ad agendum.*
4 *Par in parem ſi quando imperium habeat.*
5 *Stilus curiæ quod præferatur iuris diſpoſitioni.*
6 *Exceptiones dilatoriæ à principio proponendæ & de illis diſcutiendum cum impediant curiæ.*

QVAESTIO CCXXX.

VEnit ad me do. Ang. de Cerreto & petebat ſi propter
abſentiam longam alterius executoris, qui etiam
ſubexecutorem dederat, ipſe debat uel poterat reaſ
ſumere executionem. & ſi ẽt tanq̃ priuatus ipſe, qui erat
exe-

executor principaliter deputatus cum præoccupante
poterat per eum compelli & concipi ex uerbis ſuis quod
ipſe libenter ut ſubexecutor procederet credens poſtea
non debere uel poſſe intromittere ulterius.

¶ Reſponſio Abbatis.

1 ¶ † Ego autem ſic reſpondi eidem ꝙ prima facie occurre
bat ꝙ non poſſet cōpelli, quia licet collega præoccupaſ
ſet.& ↄſequēter ipſo nō haberet exercitiū iuriſdōnis ſiue
executionis, cum tñ tutor erat & parē ptātē habebat cum
illo. qa illo impedito, uel nolente ipſe pōt & tenet exe-
qui. ¶ Qui ad alia reſpondi ſibi; ꝙ illa ſubdelegatio non
erat perfecta. & ꝙ propter, diſtātiam ille dicebatur impe
ditus.& ꝙ ad eū poterat recurri.& ꝙ ipſe hēbat iuriſdō-
nem & debebat exceptiones legitimas admittere.& oſtē
dit gl. in c. paſtoralis. in gl. Arc. ſuper abſentia. Et ultimo
cōcluſi, ꝙ ſiue procederet tanquam ſub executor ſiue nō
ad eū recurri poterat,& dēbat audire,& ſuſpēdere, & re
uocare, quod malefactū erat,& alter negaret iuſtitiā. Di-
xit mihi alia pars non ſic intelligit. Ego dixi qđ eā inuitā
oportebit ſic intelligere & de iure eſt. Oñdi ēt ſibi decr.
licet qūo poſſeſſor non poteſt amoueri à ſua poſſeſſione
niſi cum cauſæ cognitione. Oſtendi ſibi glo. Inn. qñ Papa
confert uel mandat conferri amoto quolibet poſſeſſore
ꝙ debet fieri cum cauſæ cognitione.& qūo iuſtus titulus
poſſeſſoris uenit in hac cognitione. & ſic rñdi qa neſcio
quid do. Epſ deliberauerit. & iſta dicantur do. Epo. ut ſi
informatus ueniſſem perſonaliter. ſed hac nocte fuit ali-
qualiter alteratus. ſcriptum feſtinanter.

¶ Federicus reſpondet Abbati.

¶ Vidi litteras & proceſſum & nihil cōtinet ultra cōem for
mam. Si præſentatis ipſis proceſſibus defendamus nos ꝑ
uiā appellationis, ſiue deferatur appellationi ſiue non qō
erit in curia & hoc non expedit nobis. Si uero præſenta-
tis proceſſibus non per do. Angelum ſed per aliū ſubexe
cutorem comparemus coram do. Ange. tanq̄ executore
& collega ad quem recurri poteſt ſicut ad do. Andreā. &
ſi ita eſt quod do. Ang. eandem ptātem habeat circa iſtam
executionem quam habet do. Andreas propter abſentiā
ipſius do. Andreæ, ac ſi do. Andreas eſſet mortuus uel im
peditus uel do. Ang. poterit terminos prorogare aſſigna
tos per do. An.& ueſtras defenſiones audire nō obſtāte ꝙ
do. An. legē imponere uoluit collegis ſuis qđ forte face
re nō potuit. Quod antē abſentia executoris q inchoauit
æquiparet uoluntati uel impedimēto no. ꝑ Arch. in c. cū
plures.& patet in tex. ꝙ non allegauit de procu. ſi duo. 2.
reſponſo li. 6. Et ideo uř mihi quod de his habeatur col-
latio cū illo cuius eſſe debeo ſocius uel ī defenſione cau
ſæ cui proceſſum iſtū & hanc cedulam committetis.

¶ Dominus Abbas reſpondet Federico.

¶ Si ſupradicta poſſent ſeruari ſine periculo, multum eſſent
utilia cū hæc agerentur. Sed q̄uis ſubtiliter moueatur qđ
ſcribit, tñ pro Deo aduertat ſi ille And. pōt dici inchoaſ-
ſe uel potius perfeciſſe executionē. ¶ Quid. n. ſibi reſtat, in
cipit, inquiſiuit,& diſpenſauit cōtulit & requiſiuit. Et mā
dat ſibi pareri.& in corporalē poſſeſſionē &c. Ergo non
uidetur q̄rendū an collega illo abſente, qui locū impedi-
ti deberet habere poſſit inchoatū perficere. ſed an poſſit
de eius proceſſu & proceſſus iuſtitia cognoſcere. qđ pri-
ma facie nō uidetur cū nō habeat imperiū &c. Præterea
aduertatis ad gl. Arch. nā fundat ſe ſuper periculo qđ poſ
ſet contingere ſuper beneficio conferendo.& credit de
impedimēto debere cōſtare, omnia referūtur ad inchoa-
tā executionē nō caple. propter decr. ſi duo allegatā per
Archi. de qua ſupra fit metio. Videtur rectè cōtra id quod
ſupra dicitur declarare. Nā licet præoccupāte impedimē
to eius collega poſſit perficere, non tñ eo caſu, quo im-
peditus ſubſtitutū conceſſit. Nā ſubſtitutus ea prærogati
ua præoccupantis excludit collegam ut ibi habet tex. &
gl.& ſic eſt in caſu p̄ſenti, quia Andreas præoccupauit ꝑ-
fecit,& ꝙ reſtabat cōmiſit, qđ potuit ex forma & uirtute
literarū. Aduertatur ēt periculū, quod poſſit contingere,
quia ſi hęc uia eligeretur, & effectualiter iure non eſſet
lapſo termino i ꝓceſſu teſtatur appellationi decętero lo
cus non eſſe. Vnde forte ſecurius eſt iure cōi & ordinariè
niti q̄ ponere tm̄ negocium in aliquo dubio. Et ſi eligat
uia appellationis, quę prima facie occurrit, ſecurior mi
hi uř. Et ſic conſulo qđ principalis appellet nomine ſuo,
omnium adhærere uolentium. & quod ī. terminum oēs
Rectores Ciuitatis adhæreant, qui uoluerint adhęrere.
Tamen cōcludendo placet mihi quod præmiſſa diſcutiā
tur cum dominis Abbate & Azolio. i. cum dicto epo. qui
Abbas & Azolius erant conſortes do. epi Senen.& quod
elegerint proſequemur uerbo & opere efficaci.

¶ Verba Federici ad Abbatem prædictum.

¶ Quod autem And. non perfecerit ſed inchoauerit ꝓbatur,
quia teſtat executio facti, quod in hoc negotio eſt potiſ
ſimū,& quod fieri nō pōt cōtra poſſeſſorem niſi præcedē
te cauſæ cognitione ſaltē ſummaria, ut de pręb. licet epſ
li. 6. Reſtat ergo quod moueatur poſſeſſor, ut poſſeſſio-
nē dimittat uacuam. aut de iuſto titulo retinēdi doceat,
aut oñdat quare dimittere non teneatur. Si ergo infra ter
minū ueniat poſſeſſor ut defenſiones legitimas ꝓponat,
debet audiri quantumcunq; pręcisè ſcribatur de offi. dē
le. ex parte. Nā tales executores poſſunt audire exceptio-
nes ut not. in c. paſtoralis §. propterea. de offi. delega. Et
bene facit ad hoc quod no. Hoſt. in ſimili caſu de cler. ex
com. mi. illud in uerbo notoriū. Ad ꝓpoſitū autē ergo po
teſtas audiendi defenſiones poſſeſſoris,& cognoſcēdi, &
ſummariè terminandi remanſit apud do. And. aut transla
ta eſt in ſuū ſubexecutorē, habeo intentū quod cauſa de-
bet hic diſcuti. Et de iure poſſeſſoris ante executorē pōt
cognoſci quod uerius uř ſi uero remāſit apud do. An. tūc
dico qđ d. And. nolēte aut impedito, uel nimis diſtāte à
loco executionis collega dēt ꝑficere qđ reſtat. ¶ Reſtat
āt cognoſcere ſummariè de iure poſſeſſoris. unde ꝑꝑ im
pedimentū inchoātis collega ſuccedit,& ſubſtituitur iu-
ris poteſtate in locum impediti. & facit quod facere de-
buiſſet do. And. ſi impeditus non eſſet. Quod autē do. An.
2 poſſit dici impeditus ꝓpter nimiā abſentiā.& ꝙ † abſen
tia ęquiparetur impedimento ꝓbatur ne ſe. ua. c. uno. &
de proc. c. 2. ibi in longū peregrinari.& c. ſi duo ibi abſen
tari li. 6. cum ſi. ¶ Non ob. quod dicitur ꝙ do. And. non in
3 choauit. ſed perfecit &c. quia hoc ſolutū eſt ſupra † quia
nil eſt factū, cū aliquid ſupereſt ad agendum. ¶ Non obſt.
4 † ꝙ par in parem non habet imperiū &c. nam in proceſ-
ſibus nullis uel malefactis ipſe idē procedens, uel ſucceſ
ſor pōt corrigere ſupplere & emendare. id ſolet recitari
de accu. qualiter.& de re indi. cū Bertoldus i prin.& ple
nius per Hoſt. de offi. deleg. c. in litteris. ubi tractat de mā
datis executorū nullis uel inutiliter factis. Sed ut dictum
eſt ſupra, propter impedimentū inchoātis collega non
impeditus fungitur iuris poteſtate ipſe incohās uel eius
ſucceſſor. ¶ Non ob. ꝙ allegatur de intellectu Archi. Nam
ſiue tractetur de beneficio cōferendo, ſiue de collato adi
piſcendo, expedit ſtatū eccleſię non eſſe in pendēti, uel
uacillare. unde utrobique mora eſt periculoſa. ad hoc qđ
not. per Ber. de do.& contu. ueritatis in prin. gl. magnæ,
& per Inn.& Hoſtien. ut lit. nō conte. quoniā. §. porro. in
prin. ubi dicunt ꝙ ille. §. hēt locū ēt ubi prelatus eſt con
firmatus & longo tpe poſſedit. Ex quo eſt qō de titulo. i
¶ Itē de abſentia conſtat per litteras ipſius executoris da
tas in curia quòd ſufficit ſm Arch.& dato ꝙ non conſta-
ret modo,& conſtaret poſtfactum ſufficit ſecūdum eum
ut no. in c. cum plures ſuper uer. malitioſè. ad illud quod
dicitur quòd decre. ſi duo facit contra me. reſpondeo ad
eam propter uerbū abſentari quòd æquiparetur impedi
mēto de quo dicunt de re. iu. eum qui li. 6. in mer. ¶ Ad il
lud quod dř ꝙ ſubſtitutus inchoantis excludit collegā,

fateor ubi ſubſtitutus in totum & plenariè gerit uicem in
cohantis ꝙ nó uidetur in caſu noſtro ut poteſt colligi ex
proceſsibus.¶Præterea ſiue ſubexecutor ſiue collega re-
præſentet ipſum dominum Andream habemus intentum
quod cã dẽt eſſe hic.¶Ad ultimum uero ꝙ dí quod poſſet
contingere periculum.Reſpondeo quod ſi uerum eſt,qđ
apud collegam uel ſubſtitutum ſit poteſtas audiendi de-
fenſiones poſſeſſoris & cognoſcendi,quod eſſe uř per ſu
perius dicta,dico qđ iſte auditor & cognitor ſiue ſit col
lega ſiue ſubexecutor poterit terminos ſuſpendere.& ꝓ-
rogare donec ſũmarie cognoſcatur de iure poſſeſſoris.
Dico ergo ꝙ notificatis proceſsibus poſſeſſori poſſeſſor
infra terminum contentum in proceſsibus docebit de ti
tu.per litteras legati.& de ſua poſſeſsione.quo facto in-
cumbit probatio impetranti.ergo neceſſe habebit iſte Au
ditor,& cognitor qnicunque ſit dilationem prorogare.
¶Superius conferendo dicta ſubiiciantur correctioni do.
Epiſcopi & do.Abbas de Podio Boniti.
¶Verba Abbatis ratificãtis dictum dñi Fede. ſupra poſitum.
¶Attendatis,quia licet do.Andr.collega dediſſet litteras ĩ
curia poſſet nó eſſe in hoſtio.& licet ſufficeret poſtea cõ
ſtare poſſet contingere non conſtare.& ſic periculum nó
eſt Arch.ſic forte intellexit.ſed quoniã per literas ſuper
eo directas &c. & hoc innuunt iura quæ allegat.Et ſi peri
culum uidetur ꝙ ſcribatur ſi aliter de impedimento non
conſtat. Nam non ſequitur heri erat Piſis ergo hodie, ſi-
cut de poſſeſſore dicitur. Nam ſicut res poſſeſſa nó cohæ
ret perſonę ſic nec locus.& quia poſſunt mutari nó ſeq-
tur talis cõcluſio.imo nec pręſumptio ſufficiat. no.in c.
conſultationibus de off.dele.& c.cum eccleſia de cã poſ.
& proprieta.¶Pręterea ſi opi. Goff. haberet ueritatẽ nun
quàm diceretur conſtare niſi ſe excuſet q̃uis Hoſ.aliter
intelligat & recitat Arch.in c.ſic contra de offi.delega,
lrẽ iſte executor præoccapat, & ea q̃ fecerit iure feciſſe
uř.potuit.n.ſe informare parte nó citata,& exequi, quia
ei nullus ordo præfigitur. nec partem tenetur uocare.ſic
no.Inn.de app. ex tunc. & Archi.de reſcrip.ſtatutum hẽt
n.merũ miniſterium ſicut & no.Compo.in c.ſanctæ &c.
Nunquid ergo uel collega,uel ſubexecutor quilibet præ
ciſè iuſſus,tamẽ dẽt iura ſeruare poſito ꝙ audiat poſſeſſo
rẽ & ulterius nó procedat,nunquid tollet proceſſum &
ſententias iam latas non uř, cum ut prędicitur iure facta
uideantur. qa illud eſt retractare ꝙ legitimè factũ eſt,ꝙ
non licet,& aliud ex cã ſuperuenienti eius impedire eſſe
ctum ſufficit regula iuris factum legitimè cũ ſua gl.¶Præ
terea collega præoccupans inhibet Collegis &c.& licet
forte non iure,cum pari poteſtate funguntur Illo impedi
5 mento † tamen adhuc admiſit & approbauit ſtylus curię
6 qui iuri præfertur.de fal. quàm graui † Vnde eſt de iure
quod exceptiones dilatorię niſi primo expediãtur impe
diant proceſſum cauſæ & ſuper eis pronũcietur ſufficiat
decre.exhibita cum gl.poſita in c.de or.co.& tamẽ in cu
ria nunquam ſuper his pronunciatur.ſed in cã procedi-
tur cum ęſtimant uel non obſtare,uel falſas eſſe.¶Præte
rea primo debet cognoſci de appellatione,q̃ de negocio
principali.ut in c.ſicut debitus cum ſua glo.de app.& ta
men ibi mixtim cognoſcitur.hoc uide.Et tamen Comp.
recitat i decre. ſtatuimus de ele.Scitis enim quod cõſue
tudo eſt optima legum interpres de conſue.cum dilectus
quid enim ſi cõſuetudo curię ex prærogatiua præoccu-
pationis ſic interpretatur poſſe inhibere ei ſtabitur.¶Cõ
cludẽdo ergo breuiter ſic dico,ꝙ licet iura ſuperius indu
cta probent in remotis agentẽ impeditum haberi tamẽ,
quia de impedimento non uř conſtare,& ꝑꝑ alia quę ſ̃.
ſcribo & propter periculum ꝙ poſſet contingere ꝙ prę-
cauendum eſt reddor dubius ad illam uiam tenendam Si
aũt eligatur, credo ꝙ potius cõpareret in iure corã ſub-
executore q̃ coram collega.qnia ei uices cõmittit pręoc
cupans.ꝙ licet ex forma litterarum.ſed qa ei inhibet ne
proceſſu uel alio modo aliquid immutet ſeruãs formam
nec ẽt terminũ ꝓrogare poſſet ideo ad Collegã recurren
dũ eſt,cũ præoccupans habeatur tanq̃ impeditus,nec ſub
delegatio extendatur ad caſum neceſſarium immiuentẽ.
¶Quæſtiones circa obſeruationes interdictorum.

S V M M AE.

1 *Interdicto in aliqua ciuitate poſito ut uicinis promulge-*
tur an prælati hoc ſcire teneantur ſine certa relatione.
2 *Scire non dicitur qui ſine certa uel probabili rõne ſcit.*
3 *Prælato excommunicato non notorio,an confirmati ſint*
uere confirmati.
4 *Prælatus ſciens ſuos ſubbditos interdicto contrauenire*
nec prohibens an excommunicationem incurrat.

QVAESTIO CCXXXI.

IN aliqua ciuitate ponitur interdictum & mãdatur pro
mulgari ꝓceſſus in locis uicinis Ciuitati.ita quod ad
1 eos perueniat. ¶†Quæritur utrũ prælatus remotus,q
dẽt compellere ad obſeruationem interdictorũ ſub
ditos ſuos teneatur ſcire ſine certa relatione.

¶Federicus.

2 ¶Non dř ſcire ſi ſine certa uel probabili rõne ſciant,nec
præſumitur ſcire niſi modo prædicto.Magis.n.preſumun
tur ſcire uicini q̃ remoti. Ad hoc de poſtu.præl.c.j.& q
ma.accu. poſ.cũ in tua. & de fo.comp.c.uno.uer. ſi uero
in cle. Et utrũ audiẽs interdictum poſitũ,ſed non audiens
ꝙ ſubditi ſui non ſeruent aliquid mandare teneatur.

¶Federicus.

¶Dẽt credere Prælatus ꝙ uicarius & ſubditi,quos dimiſit in
Conuentu ſuo ſeruent interdictum.& quod non ſint im-
memores ſuę ſalutis,& pęnarũ ſtatutarũ cõtra uiolatores
interdicti. unde niſi audiat ꝯtrariũ põt ſecurè dormire.
Vel dico ꝙ ſi ꝑlatus audiat ſubditos ſuos nó ſeruare.ſed
ꝑꝑ infirmitate grauem & lõgam non hẽt opportunitatẽ
ſcribendi & totaliter obliuiſcitur utrum excuſetur.

¶Federicus.

¶Verè excuſatur,quia nihil poteſt ſibi imputari.ad hoc facit
optimè qui ma.ac.po c.ult.Sed de omnibus iſtis parũ eſt
curandum.Nam de excõicatione timeri non dẽt,Nam da
to ꝙ iſte Pręlatus fuiſſet pręſens apud Spoletũ & inter-
dictum non ſeruaſſet,non tamen eſt excõicatus ſi matrix
eccleſia non ſeruat interdictum,&ita colligitur ex tex.&
glo.in conſti.cle.quæ incipit ex frequentibus.nec eſt iſte
prælatus remotus irregularis.nam pœna irregularitatis
tanq̃ odioſa reſtringẽda eſt ut patet de ſen.ex.li.6.is qui.
Sed ille ſolum irregularis eſt,qui celebrat ſcienter in lo
co interdicto non autem eſt negligens,uel non prohibẽs
qui actum in loco interdicto ſolemniter celebrat ut in ꝑ
al.c.is qui.& infra de cle.ex.mi. illud.cum ſi.Item de nó
habita opportunitate uel habita utrum incumbat proba
tio reo uel actori uel iudici inquirenti.

¶Federicus.

¶Si ex uiciniitate loci pręſumetur contra eũ & ipſe ꝯtra ip-
ſam pręſumptionẽ uellet allegare,quod non habuit op-
portunitatẽ ſibi incũbit ꝓbatio.Sed in caſu noſtro ex re-
motione loci pręſumitur ꝓ eo,& ideo q dicit eũ ſciuiſſe
hoc habet ꝓbare ſed ut dixi ſ̃. iſta ceſſant in caſu noſtro.

¶Federicus.

3 ¶†Item utrum prælato excommunicato non notoria cõ-
firmati ſint uere confirmati.

¶Federicus.

¶Dicendum eſt quòd ſic, ut habetur ex tex.& glo.extra de
re iudi.ad probandum.& 3.q.7.circa prin.& no.24.q.1.
in ſumma.Item utrum ſnia excommunicationis exiſten-
te notoria qui incidit dicatur notorie excommunicatus.
Reſpõdetur ꝙ non,uerbi gratia.Quidam noctis tempore
percuſſit uel occidit clericum.& aufugit.& neſciturquis
fecit communiter.ſed ego ſolus cognoſco,& ſcio percuſ
ſorem

ſorem. Modo in caſu noſtro cã excommunicationis. ſ. ꝑcuſſio eſt notoria, & tamen percutiens eſt occultus. nũquid ergo Epũs uel Prior qui nouit percuſſorẽ. dẽt ſecere eum uitari excõicatum. Reſpondetur ꝙ non in publico: ſed in ſecreto ſic, ad hoc de offi. ord. ſi ſacredos & 6. q. 7. ſi tñ. & de ſen. excom. cum non ab homine. Item Prælato nõ compellente ſubditos ſuos ſeruare interdictũ ſuppoſito ꝙ incurrat excõicationem. utrum cauſa excõmunicationis ſit notoria promulgatio iterdicti uel notoria tranſgreſſio ſubditorum uel obmiſſio compulſionis qua non exiſtente notoria utrum omittens cẽſendus ſit notoriẽ excommunicatus. licet cauſa excommunicationis ſit notoria. tamẽ delinquens poſſum eſſe occultus ut dixi ſ in caſu præcedenti. ſed ſi cã excommunicationis eſt occulta nunꝗ delinquẽs poteſt eſſe notorius. uerbi gratia. Secreto ſtatuto epi cauetur ꝙ quicunque luſerit ad azardum ſit excommunicatus. Quidam ueriſimiliter neſciẽs hoc ſtatutum luſit dato ꝙ ille eſſet excommunicatus qđ non eſt uerum, tamen nõ eſt publicus excõicatus. Oportet enim in caſu noſtro quod ſentẽtia interdicti ſit notoria, & eius tranſgreſſio. & ꝙ omiſſio ẽt ſit notoria. Item

4 dato ꝙ †Prælatus monuerit ſubditos ſuos non ſeruare interdictum ſed uoluerit ꝙ recipiant ad ſepulturam ꝓpter quam incurrant excommunicationem. Quæritur utrum non inhibens incurrat excommunicationem. Admittẽtes ad ſepulturam non ſunt excommunicati nec intereſſentes ſepulturæ. Nam licet prohibitum ſit ne quis interſit uel officiet uel ſepeliat corpora mortuorum tempore interdicti ꝑ antiqua iura: tamẽ pœna excommunicationis nõ imponitur niſi ſepelientibus. i. corpus tumulo inferentibus. Et hoc placet magis do. Io. An. ut appatet ex no. per eum in conſtõne cle. ex ſepul. eos. & ſi ita eſt nulla remanet dubitatio, ꝙ nõ inhibens non eſt excõicatus. & repete hoc quod dictum eſt ſuper primo dubio.

¶In Chriſti nomine amen.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus ſine capitulo aut capitulum ſine epiſcopo an poſſint procedere ad prouiſionem uel collationem beneficiorum.*

2 *Tempus moræ, uel negligentiæ an currat dubitandi de ſuo iure.*

QVAESTIO CCXXXII.

CAſus talis eſt. Vacãtibus canonicatu & ꝑbenda cuiuſdã eccleſiæ cathedralis, capitulũ eiuſdẽ eccleſiæ credẽs ad ſe ſolũ ſine epo ꝑtinere Canonicorũ acceptionem & collationẽ præbendarum quẽdam recepit in canonicum & præbendã ſibi cõtulit. Epũs uerò reputans ſe grauatum ex hoc, ad ſedẽ apoſtolicam appellauit, & cauſam appellationis proſequitur. Lite pendente decurſi ſunt. 6. menſes & forte annus. Epũs uero nulli cõtulit. qa dubitabat de iure ſuo. quia dictum. C. aliqua inſtrumẽta oſtendebat per quæ capiebatẽ coniectura & præſumptio non leuis quod ad Capitulũ ſolum pertinebat. & quia Capitulũ noluit conuenire cũ epiſcopo ad conferendum præbendã iam per Capitulũ alteri collatã, epiſcopus credens ꝙ ſine capitulo nõ poſſet conferre inherens opi. plurium, quę habet ꝙ ad epm & Capitulum communiter pertineat canonicorũ receptio, & collatio præbẽdarum iuxta not. de ele. cũ eccleſia. & per do. Io. An. per do. Arch. de ap. c. pe. li. 6. nõ proceſſit ad collationem. nũc uero uellet procedere. Quæritur nũquid epũs lite pen. certificatus quaſi de iure ſuo uel lata ſnia ꝓ eo, quę habet quòd ad ipſũ ut prælatũ & caput capituli & ad capitulum ut ad membra pertinet canonicorum receptio & collatio præbendarum ſimul & communiter, poſſit conferre dictos canonicatum & præbẽdã, & ſi põt an ſolus, & ſine Capitulo. Et quòd epũs non poſſit. uĩ qa ob. ſibi lapſus tpis. & in caſu iſto nõ põt purgari mora de ſup. neg. prælã. c. 3. 4. & ul. nec poteſt hoc ignorãtia facti ſed iuris. Nã ex quo Epũs, qui caput eſt, & ad quẽ ꝑtinet uocatio Capituli. Capitulo nolẽte cõuenire, nec eligere cũ eo, nõ eligit ſaltẽ in fine tpis, ſibi uĩ imputãdũ qa aut noluit aut nõ credidit ſe poſſe facere. ſed iuris ignorantia ſaltẽ Epiſcopus excuſare nõ dẽt. de ele. cũ i cũctis. 38. di. omnes. & 23. di. epũs. & 1. q. j. uiliſſimus.

1 Cum ergò in caſu noſtro †Capitulũ nõ poſſet eligere ſine Epiſcopo & noluit cõuenire. Ergo ſtatim uel ſaltẽ in fi. tpis ſolus epiſcopus põt eligere maiorẽ dicẽte ſe nolle eligere uel nolente ad electionem procedere infra tẽpus iuris iuxta no. per Compo. de ele. cũ nobis olim. cũ epiſcopus non elegerit. hoc accidit qa noluit negligẽdo uel non credidit poſſe eligere iuris ignorãtia ductus in utroque caſu eſt ſibi imputãdũ. In ꝯtratiũ uĩ quia pręſcriptiones & ſaltem iſta non currit. ſ. ſemeſtris, niſi negligẽti. Sufficit allegare quantum ad caſum noſtrum de cõceſ. præb. c. lj. & c. quia & de elec. c. pro defectu. & de ſup. ne. prę l. c. ul. ibi neglexerat. Sed in caſu noſtro epũs q ex cauſis pędictis non contulit non dĩ neglexiſſe, ſed potius ꝓuidẽ ſuperſediſſe. Ad quod optimẽ facit. C. de inoſ. teſt. l. cõtra maiores. & quod no. Compo. de ele. cum uictoriẽ. in ij. col. uer ſi. ſed q̃ritur aliquo tpe, ubi no. quod canonicus ad quos eſt deuolutũ ius eligẽdi ꝑꝑ delictũ aliorũ non currit tẽpus eligẽdi donec ſit declarata ueritas. Et iſtã dubitationẽ & litis pendentiã habet pro iuſto impedimento dicens quòd tales dubitationes ſũt eccleſiis fauorabiles ut nõ grauẽtur eccleſiæ laboribus & expẽſis ſi incõſideratẽ plures electiones fiãt. ad idẽ facit quod no. Io. An. & Arch. de ele. cupientes. §. quòd ſi pro. in uer. uidebitur li. 6. ꝑꝑ probabile ergo dubiũ facti qđ erat ꝑꝑ q̃dam ex quibus prima facie licet non ſufficiẽter uidebatũ Capitulo ſoli hoc ius competere dẽt eſſe epũs excuſatus ſi uoluit ſuperſedere. Ad hoc de frig. fraternitatis ad fi. ibi quãdiu articulus eſt dubitabilis &c. & iſtam partẽ credo ueram. ¶Non obſtant iura primo inducta quia licet poſſet epũs conferre, non tamen tenetur quod fingitur iuſtũ impedimẽtum hẽre propter probabilem dubitationem. Nunc q̃ritur quid ſi epũs lite pen. uel finita per ſe uult eligere uel conferre, & dĩ quod epũs non habeat uocare Capitulũ ex quo a prin. uocationis uocauit ipſum, & noluit cum epo conuenire ad eligendum, Capitulũ debet dici negligens ſaltem in fine vj. mẽſium. Nam in iſta collatione habet epũs tantam uocem quãtam habet totum Capitulum. & uox eius pinguior eſt quam uox Capituli. qa ipſe caput, & Capitulum mẽbra. de his quæ fi. a præ. nouit & ff. de rel. & ſump. fu. l. cũ in diuerſis. & habet uocare Capitulum non uocatũ ut dicit Inn. & Hoſt. poſt eũ de cõceſ. præb. poſtulaſti. no. de ap. a collatione li. 6. in nouella. Si ergo in fine temporis ius eligendi deuoluitur ad minorẽ ut no. in c. cum nobis olim per Compo. quanto magis deuoluitur ad parem uel maiorem. Sicut. n. per excommunicationem, ſuſpenſionem, & habilitatem, uel uolũtates aliquorum canonicorum uel per mortem alij ſocij poſſunt eligere ut notorium eſt. & facit ad hoc quod not. de eta. & qua. c. j. in gl. & habes in cle. Ita hic Capitulo ſuſpẽſo uel nolẽte uel canonicis excõicatis uel inhabilibus ad epm deuoluitur ius conferendi ut in d. c. poſtulaſti. Sed in caſu noſtro Epiſcopus non neglexit. nam a principio uocauit Capitulum. & Capitulum noluit cum eo cõuenire & deinde orta lite epiſcopus ſuperſedit quod potuit. ut dictum eſt ſupra. nunc non uult ſuper ſedere, quare tenetur uocare Capitulum cum tempus ſit decurſum. Nam ſi epiſcopus exiſtẽs infra ſameſtre ſolus potuit cõferre Capitulo nolente cum eo conuenire quando magis nõ tenetur uocare capitulum iam tempore decurſo. ¶ Ex his ergo dico ꝙ epiſcopus lite pen. poteſt exigere nõ obſtãte lapſu ſemeſtri. & non hẽt neceſſe uocare Capitulũ. & ualet collatio facta ſi demũ ꝑ ſñiam declarabit ad eũ & Ca

pitulum ptinere collationē,& ſic lite pen.erit in pedēti an collatio facta per ſolum Epm lite pen.erit in penden. nec hoc eſt nouū aliquos actus pendere ex finali euentu. ut ꝓbatur in c.fraternitatis.in fi.de reſti.in inte.c.ij.in fi. cum ſuis gl.& facit qđ no.de ſen.excom.ſolet 10 ul.gl.li. 6.tamen ſi error facti probabilis poſſet excuſare Capitulum,cui Capitulum innitebatur credēs ex illo errore ad ſe ſolum ptinere ius eligēdi ſeu conferēdi.qui error poſtea detectus eſt per ſnīā.In hoc caſu poſſet dici Capitulum dēre uocari ꝑ Epm ad conferendum.Ad hoc de ſen.
2 exc.ſacro.& de elec.c.1.li.6.ſicut dictū eſt ſupra ꝙ † epo probabiliter dubitanti, tempus nō currit,ut ſic ꝑꝑ eādē rōnem idem ſit ius in utroque.¶ Sed ſubſequenter reſtat uidere de hoc.Pone ꝙ eps &Capitulum ad quos cōiter pertinet collatio præbendarum & receptio canonicorū conueniunt ſimul infra tempus iuris & in conferēdo nō ſunt concordes.ſed Epiſcopus conſertvui & Capitulum cōfert alij.Quæritur nūquid vna uel alia collatio ualeat. Diſputaui in ſtudio Paduano,& terminaui neutram collationē ualere ēt ſi Epiſcopus hēret unū ſecū uel plures canonicos ex quo nō hēt maiorē partē.Et hoc no.hodie Io.Andr.de ap.c.pe.li.6.cū ibi in fi.ſuæ gl.dicat epi uocē eſſe pinguiorē præponderandum.ſed Hoſt.innuit in iſto caſu epm præferēdū ut colligitur ex dictis ſuis.& de exceſ.præla.c.ad hæc in fi.& de uer.ſig.c.cum eccl.Deinde Hoſtiē.poteſt intelligi & ſaluari ut dicamus Epm præferēdū ꝑ eū,qui poteſt gratificare ut magis gratificet Epiſcopo cuius uox eſt pinguior. ideo quia caput & in dignitate cōſtitutus.ad quod facit de elec.eccleſia ueſtra. ij.in gl.ex hac cum ſy.quòd.

¶In Chriſti nomine amen.Fede.

SVMMAE.

1 *Clauſula derogatoria in literis apoſtolicis inſerta, quid operetur.*

2 *Priuilegium dicitur lex priuata, & quando priuilegiū tollatur per dictum.*

3 *Quæ ſpeciali nota digna ſunt quod ſpecialiter & expreſsè de illis ſit facienda mentio aliàs neglecta intelligantur.*

4 *Expreſsio tacita uel præſumpta quod minus conſiderabilis ſit,ſi expreſsa fieri debeat.*

5 *Locorum appellatione quod ueniant omnia hic eccleſiaſtica & Monaſteria,& qualiter procedat aſſumptum poſt nu.6.*

7 *Clauſula generalis dicitur poſſe tollere ſingulares conſuetudines.*

QVAESTIO CCXXXIII.

CAſus talis eſt.Monaſterijs cuiuſdā ordinis monialium.ſ.S.Claræ à ſede apoſtolica & maxime,a fęlicis recordationis domino Benedicto Papa XI. ꝑ ſpāle priuilegium eſt Indultum ꝙ ad ꝓcurationem,ſubuētionem,contributionem,uel decima, uel aliā portionem exhibendam minime teneantur, nec ad id cogi poſſunt per literas dictę ſedis,ēt ſi in eiuſdem ſedis literis contineatur expreſſe ꝙ ad quæuis exempta & non exempta loca Monaſteria ſe extendant & aliqua eis cuiuſcunque tenoris exiſtant,ipſius ſedis indulgētia nō obſiſtat,niſi forſan dictæ literæ ſedis eiuſdē de Indulto huiuſmodi Monaſterijs ipſis plenam & expreſſam fecerint mentionem.¶ Poſt hoc Benedictus Papa XII. executioni mandans quod ordinauerat prædeceſſor ſuus dominus Papa Io.per ſuas certi tenoris litteras,qui occaſione paſſagij faciendi impoſuit & mandauit ſeruari decimam de fructibus & redditibus omnium eccleſiarum perſonis & locis hoſpitalis S.Ioānis & aliorum militātium ordinū,& ꝗbuſdā alijs perſonis & exēptis & dirigantē dictę lrę do.Io. Theodori diacono Cardinali tūc apoſtolicæ Sedis Legato & vniuerſis Epis,& exēptis.ſ.terminos ſuæ legationis conſtitutis. & circa mediū litterarū dr̄ à uobis fratribus Eps,& omnibus Archieps cęteriſque perſonis eccleſiaſticis quibuſcunq;,exēptis,& nō exēptis,quacūque præfulgeant dignitate,ſeu cuiuſcūque præeminētiæ conditionis,ſtatus,ordinis,religionis exiſtant,ꝗbus uel aliq eorū nulla priuilegia uel indulgētias ſub quacūque uerborū forma uel expreſſione cōceſſa quo ad hoc nolumus ſuffragari preterꝗ perſonis & locis hoſpitalis & militantium ordinum prędictorum. Et in fine iſtarū
1 litterarū ſunt iſtę clauſulę derogatorię.† Si uobis aut ueſtrum aliquibus & prædictis perſonis eccleſiaſticis,& alijs quibuſcūque cōiter uel diuiſim à dicta ſit Sede indultum,ꝙ ad ſolutionem alicuius decimæ minimè teneamini,& ad id cōpelli,aut ꝙ interdici,ſuſpendi,uel excommunicari nō poſſitis litteras apſticas,quæ de Indulto huiuſmodi,& toto tenore de uerbo ad uerbum ac ꝓprijs et aliorum ſeu ꝑſonarum uoſtrarum nominibus plenam et expreſſā non fecerit mentionem. & quibuſlibet priuilegijs,indulgentijs,exēptionibus & litteris apoſtolicis,& ꝗbuſcūque dignitatibus ſeu ordinibus eorundem,& ſpāliter Ciſtercien. Premonſtraten.Cartuſien. Granducen. uel eorū uniuerſitatibus,ut perſonis ſingularibus generaliter uel ſpāliter ſub quacūque forma uel cōceptione uerborum à memorata Sede conce.de quibus quorūque totius tenoribus noſtris litteris ſpālis plena & expreſſa mentio ſit habenda.Cæterum &c.Datum &c. Nunc quæritur an ꝑ dictas literas apoſtolicas,& clauſulas derogatorias in eis contentas,ſit derogatum priuilegio dicti ordinis S.Claræ,& clauſulis derogatoriis contentis in dicto priuilegio,ita ꝙ dictam decimam ſoluere teneatur, & quis cū de literis uel priuilegijs apoſtolicis, uel apoſtolicæ Sedis uel earum intellectu dubitatur ſit ꝑ interpretatione ipſorū ad ſedē apoſtolicā recurrēdū ut de ſē. ex.inter alia.& melius de offi.or.c.ordinarij.§.ſi uero.li. 6.& quod legitur & no.de iudi.cū ueniſſet.Verumtā ſcriptor præſentiū ſcholaſtice,ſeu magiſtraliter ſup dicto iā dubio conſultor aſſumptus dicet,& conſulet ac illā partem eliget quam crediderit ueriorem,ſupponēs infraſcripta iudicio & interpretationi dictæ ſedis& cōſilio ſaniori.¶Et licet dñs Dy.in ſimili qōne argueret pro & ꝯtra de reg.iur.ꝙ ſemel li.6.& pro eius reuerentiā eius determinationi ſtari deberet : tñ gratia collationis et pro et contra aliqua uideamus.Et primo quod non ſit derogatum.
2 Certum eſt ꝙ † priuilegium,cum ſit.l.priuata, & in facto cōſiſtat, ſiue generale ſiue ſpeciale ſit,non tollitur per ſm priuilegium niſi faciat mētionem de illo.De hoc legitur & not.de reſcrip.c.j.de præſcrip.ueniens 25.qō. 2.in ſumma.¶ Item certum eſt,quod ad hoc ut tollatur priuilegium uel reſcriptum,non ſufficit generalis mentio,ſed requiritur ſpecialis expreſſio,ut de do.& contu. c.ij.& de conſti.uti.uel inuti.c.bonæ. Ad idem de præben.c.ij.in fi.et ꝙ generali clauſula non ſufficiat ad tollendum actum certum & determinatum noc. Archi. de præben.ei cui in prin.& de reſcrip.ſi propter tuam in ſi. in prin.magnæ gloſ.lib.6.immo nec ſpecialis niſi de ſpecialia faciat mentionem de reſcri.ceterum.& de offi.de le.ex parte.ij.quo ad tex. & generaliter traditur ꝙ clauſula generalis parum uel nihil operatur per ſe ubi alias requiritur ſpecialis,ſufficat allegare ad hoc de proc.qui ad agendum cum ſua gloſſ.lib.6.Ac in propoſitum priuilegium domini Benedicti 11.quod concedit immunitatem circa decimam monaſterij dicti ordinis,ſtatuit & declarat per quas clauſulas in priuilegijs & & literis apoſtolicis in poſterum concedendis poni conſuetis uelit derogari ſuo priuilegio & ꝑ quas nō.Dicit.n.qđ quāuis in priuilegijs uel literis apoſtolicis in poſterū concedendis dicatur quod dictæ literę extendant ſe ad exē-

pta

pta uel non exempta Monaſteria & loca, & quod aliqua
eis cuiuſcunque tenoris exiſtat ipſius Sedis indulgẽtianõ
obſiſtit, nõ uult tamen per tales clauſulas ſuo priuilegio
derogari. Sed tunc demum uoluit dicto ſuo priuilegio
derogari cum de ipſo priuilegio uel indulto & Monaſte
riis & dicti ordinis literę apoſtolicæ plenam, & expreſ-
ſam fecerint mentionẽ. q.d. & uelit ipſe do. B. quod nõ ꝑ
generales, ſed per ſpeciales clauſulas derogaretur dicto
3 priui. ut ſic ea quæ digna ſunt ſpeciali nota, niſi ſpeciali-
ter notentur neglecta uiderentur ad hoc. de ſent. excom.
quia li. 6. & de iniu. l. item apud. Modo reſtat uidere ſi in
literis do. Bene. 12. ſunt aliquæ clauſulæ, quæ tollũt clau
ſulas domini Bene. 12. Et uidetur ꝙ non. Illæ quæ ſunt
generales non tollunt ut dictum eſt ſupra. Speciales uero
non ſunt ibi aliquæ quæ faciant mentionem plenam &
expreſſam de monaſteriis ordinis ſanctæ Claræ. de qui-
bus neceſſe eſt fieri mentionem. Item ad hoc ut deroge-
tur priuilegio dominarum debet fieri expreſſa & plena
mentio de indulto & Monaſteriis ordinis, ſed certum eſt
ꝙ per clauſulas generales ſuperius poſitas non fit mentio
4 expreſſa de Monaſteriis, ſed tacita uel præſumpta. † Sed
ubi requiritur expreſſio non ſufficit tacitum uel præſum
ptum. ut de præben. c. 2. & de procu. c. ulti. lib. 6. & quod
ibi no. in glo. ſed nunquid. & eo. ti. c. non poteſt. in clem.
Et ſi diceres. immo fit expreſſa mentio, quia ibi eſt clauſu
la derogatoria dũ dicit ꝓpriis locorũ ſeu perſonarũ ue-
5 ſtrarũ nominibus. Et per iſtud uocabulũ locorũ omnia lo
6 ca eccleſiaſtica & monaſteria intelliguntur. † Ad hoc re-
ſpondeo ꝙ de ſtilo curię qui diligẽter eſt attendendus, ut
patet de ſi. nuſtrum. quod ſuper his de cri. fal. quam diu eſt
ꝙ quãdo uult derogare priuilegiis conceſſis monaſterio
continentibus quod nõ noceãt literę apoſtolicæ niſi fa-
ciant mentionem de Monaſterio & non de contentis po
nere dictionem ſeu uerborum locorum, ut patet de ſen.
ex. alma. lib. 6. & in extraua. Boniſa. rem non nouam in ſi.
uel ſaltem ponere uerbum quod generaliter prædicetur,
de omnibus locis eccleſiis & Monaſteriis, ſicut fecit Be-
nedictus 12. in ſua extrauag. inter coniunctos. in ſi. ubi di
xit uel aliquorum nominibus. & ꝙ differentia ſit inter lo
ca & monaſteria patet per eundem Benedictum 12. in pri
uilegio alio ꝙ conceſſit eiſdem ſororibus dum dicit exẽ
pta, & non exempta, loca & monaſteria ſe extendant. Et
ſi q̃reres quę ergo ſunt illa loca eccleſiaſtica, q̃ cõprehen
dũtur ſub iſta dictione locorũ. Reſpõdeo ſunt hoſpitalia
& alia loca pia, ut patet de relig. dom. c. 3. & 4. & eo. tit.
c. 2. in cle. & de cẽſi. Romana. circa prin. li. 6. Si enim loca
& monaſteria ꝓ eo ſe acciperentur, cur diuerſis uocabulis
nũcuparentur? C. de codici. l. ſi ide. Pręterea ſi diceremus
priuilegia dominarũ derogari ꝑ tales literas Papales, &
ꝑ literas Legatorũ & ſimiles clauſulas derogatorias ha-
bentes, q̃ utilitatem & q̃n cõſequeretur Dominę ex tali prĩ
ui. certẽ nulli. Nã de ſtilo curię eſt q̃ñ imponitur iſta deci
ma Papalis, uel q̃ñ legati de Latere tranſmittuntur ſuper
eo in literas Papæ & Legatorũ ponuntur tales clauſulæ.
& ſic põt dici ꝙ Sedes Apoſto. iſtas dominas grauauerit
ſumptibus & laboribus, & eas deceperit & quod nunquã
ſuo uterentur priuilegio ꝙ nephas eſt ſentire. de dona. ꝑ
tuas, & de priui. i his hac ratione certũ eſt qđ Benedictus
12. iudicare potuit ſuo ſucceſſori non legem imponere,
ut de reſcrip. c. ultim. lib. 6. de elect. innotuit. Modo Bene
dictus 12. ſiue dom. Ioan. Pa. 22. uolens decimam leuari
ab uniuerſis mundi eccle. dum dicit in ſuis literis multis
tractatibus & deliberationibus cum eiuſdem noſtris fra
tribus habitis ſuper collatione omnium eccleſiarum red
dituum & prouentuum &c. Et ſciens ꝙ omnia monaſte-
ria orbis erant priuilegiata in decima non ſoluenda. de
quibus priuilegiis & eorum clauſulis derogatoriis me-
moriam non habẽt. & ꝙ erat difficile ſeu impoſſibile ſin
gulorum ordinum religionum & monaſteriorum facere

mentionem in ſuis literis, ideo uſus fuit illis clauſulis ge
neralibus, ut omnia & ſingula priuilegia comprehende-
ret ſicut i ſimili legitur de elect. in Geneſi. Sicut enim ha
bet curare prętor, ut ſalua ſit rerum probatio ne proba-
tionũ facultas anguſtetur. ut li. non cõte. quoniam ſic nec
Papalis poteſtas impediretur oportuit habere aliquas
clauſulas generales, per quas uoluntas Principis nullum
locum excludere uolentis optatum ſortiretur effectum,
oportuit enim ipſum habere aliqua uerba, per quæ cogi
tationes, & cõceptus ſuos in alterius notitiam proferret
xxij. q. j. humanę. & xxij. q. 2. Is autem. ubi de hoc, alias ſi
diceremus contrarium, impediretur & fruſtraretur Papa
lis poteſtas qđ eſt abſurdũ. ad ꝙ facit de ꝓb. dudũ. & de
conceſ. præb. c. 1. ad finẽ. li. 6. Et quod tales generales clau
ſulæ ſufficiant uidetur innuere Io. An. de ſepul. c. 1. in ſi. in
clẽ. & ꝓ cuius dicto facit eo. tit. c. 2. de ſen. excommu. al-
ma in ſi. li. 6. & iura poſita per dominũ Dy. pro hac parte
7 in regula qđ ſemel. de reg. iu. li. 6. ¶ Itẽ uideo ꝙ † clauſula
generalis tollit ſingulares cõſuetudines & ſtatuta loco-
rũ ut conſt. c. 1. & de elect. q̃a ſępe. & de cle. nõ reſi. c. uno
lib. 6. Itẽ uidetur eſſe tex. de offi. dele. c. ex parte, ubi dici
tur ꝙ ſi Papa dicat qđ nullæ exceptiones admittantur ꝙ nõ
admittẽtur licet raro hoc dicat. Et ꝙ Papa ſenſerit nullũ
ſibi priuilegiũ obſtare debere, patet q̃a aliquos ordines
& religiones, excipit, ꝑ q̃ exceptionẽ in omnibus aliis rẽ
gulã firmaſſe vr̃, & qđ de uno, negatur &c. de pręſump. non
nẽ cum ſimilibus. Itẽ quia illa decima ſit impoſita ob fa-
uorem terræ ſanctę recuperandæ largam eius impoſi-
tio debet interpręrationem recipere. Nam & hoc eſſet
ubi tantus fauor nõ uerteretur. de uer. ſig. olim cũ ſimili.
¶ Et pro iſta parte faciunt omnia illa iura, quæ dicunt ꝙ
uerba uniuerſalia, generalia, & indefinita uniuerſaliter
intelligi debent. & ubi papa nõ excipit nec nos excipere
debemus iura ſunt uulgaria. Si uellemus tenere primam
partem poſſumus reſpondere ad contraria hoc modo. fa
teor enim ꝙ ꝑ generales clauſulas cõceptũ & intẽtionẽ
principis exprimẽtes, derogatur quibuſcũque priuilegiis
quãtũcunque derogatoriis ſequentiũ literarũ, & priuile
giorũ apoſtolicorũ. dũ tamẽ ipſæ clauſulæ generales ſint
apte cõmodæ, & cõſuetæ, & derogatoriæ præcedentium
clauſularũ derogatoriarũ, quod nõ eſt in caſu noſtro ut
ſuperius mõſtratũ eſt, & prout cõtinetur in decre. rẽ non.
¶ Nõ obſt. qđ excipit aliquas religiones. ergo &c. quia for
te illæ religiones, & hoſpitalia alias nõ erãt priuilegia-
ta. & ideo cũ includerẽtur ſub ſigno uniuerſali oportuit
eos per exceptionẽ abſtrahi de ſuo genere de ſigno uni-
uerſali. ¶ Præterea ſi per talẽ exceptionẽ fuit firmata regu
la in omnibus aliis quare Papa in ſi. literarũ poſuit uer-
ba non obſtantia cum tanta multiplicatione uerborum
fruſtra, ꝙ nephas eſt ſentire ut no. de maio. & obe. ſolite
cum ſimilibus. ¶ Item non ob. decre. ex parte. ij. de offi. de
le. ut ibi notatur. Nam fateor quod per uerba generalia
exprimitur intentio Principis dumtamen ſint apta nego
cio. Et quod non ſit dubiũ Principem ita intellexiſſe qđ
non uidetur in caſu noſtro. ¶ Item non obſtat ꝙ recupe-
ratio terræ ſanctæ ſit plurimum fauorabilis ut patet in ti.
de uoto capi. ex multa cum ſequenti. Nam & religio eſt
plurimi fauoris, ut iura clamant. nam & monachatio ꝓ-
iudicat uoto ultramarino. & ſic intelligitur c. ſcripturæ
de uoto. & notatur de ſtatu mona. c. cum ad monaſteriũ
in ſi. ¶ Item non poteſt negari, quia inter doctores ſit du-
bium. ſed in dubio cum primum & ſecundum priuilegiũ
ſit ab eodem auctore. decet primum priuilegium eſſe
manſurum. de regu. iur. decet, cum ſuis concord. libro 6.
idem de fide inſtrum. c. 4. uer. interim. Item cum priuile-
gium dominarum ſit clarum & certum, & dubium ſit an
ei per ſecundas literas ſit derogatum, debet primum pri-
uilegium ſuum habere effectum maximẽ ſi ſint in poſſeſ-
ſione non ſoluendi in ſimili caſu, donec de intentione
prin-

principis conſtet,ad hoc de fid.inſtrum.paſtoralis.& de
offi.or.c.ordinarii.uer.ſi uero.lib.6.& de iudi.cum uenif
ſent cum ſim. Item in dubio præſumitur priuilegium nõ
reuocatum ut no.aav.q.ij.in ſumma in fin.Quoties enim
de iure rei ſeu poſſeſſoris conſtat ſuccumbit actor niſi cla
re probet de iure ſuo,bene facit de condit.app. per tuas.
& regula actore non probante &c.Curia Romana,in ſi-
milibus caſibus quandoque unum quandoque aliud tene
re conſueuit,no.Archi.de præben.cum in iſtis ſuper uer
bo prouidere,li.6.In iſto dubio ſæpius uidi dubitari ma-
ximè in curia do.Io.Cardinalis legati nunquid tale priui
legium dominarum excuſaret à pronunciatione legati q
infinitas clauſulas derogatorias in ſuis literis habebat.&
aliqua cõſilia uidi quod tale priuilegium defendit domi
nas à decima impoſita per dominum Clementem quin-
tum,& ſæpe dubitaui, & quandoque unum quandoque
aliud reſpondi.Nunc uerò præhabita declaratione con-
uentu & collatione cum religioſo uiro domino Priore
ſancti Syrij Bon. decretorum doctore,uidetur mihi per
ea quæ primo uel ultimo ſunt ſcripta in hoc dubio,domi
nas non debere compelli donec per ſedem apoſtolicam
à qua tam priuilegium quam decimæ impoſitio emana-
uit hæc dubietas auferatur. La.ad materiam iſtam uide
no.per Io.An.de exceſ.præla.c.uno.li.6.La.

¶Reſponſio do.Fede.de Senis ad quędam dubia.

SVMMAE.

1 *Laicus an poſſit ſibi quærere ius patronatus ex præſcri-
ptione.*

2 *Ius eligendi an poſſit præſcribi per clericum,qui non eſt
de collegio illius eccleſiæ de cuius electione agitur.*

3 *Iura omnia ſiuè ſpiritualia,ſiue temporalia præſcripti
bilia ſunt.*

4 *Præſcriptio præſentandi an poſſit compleri in perſona
unius rectoris,uel capellani qui uixit.xl.an.*

QVAESTIO CCXXIIII.

SVper primo puncto mihi uidetur quod tenuerit per-
mutatio,ſiue remiſsio,ex quo præſupponitur quod
iura q̃ remiſit plebs capellæ fuerunt ſpiritualia, q̃a
iſte eſt unus caſus in quo trãſit iuſpatronatus.ſ.per-
mutatione x̃.de iur.pa.cũ ſim no.de hoc dummodo fiat cũ
re ſpirituali,ad hoc de rer.permu.ad q̃ões. & ibi de hoc
eo.ti.c.ul.& de hoc le.& not.16.q.ulti.ca.nemini.& hoc
dico etiam ſi epiſcopi auctoritas non interuenit ad hoc
1 optimè extra eo.ti.c.1.in prin.lib.6.Ad ſecundum †. quo
quæritur nunquid laicus poſsit ſibi quærere ius patrona-
tus ex pręſcriptione.Dato ꝙ non oſtendat ſe habere titu
lum modis & caſibus a iure conceſsis de quibus habetur
extra de iurep.nobis cum concordantijs. & de iſto ſecun
do quæſito dic.ut no.de reg.iur.c.ꝙ alicui.in mercuriali
bus.lib.6.Et uidetur poſſe dici allegãdo ꝙ ſic licet cõtra
rium no.Archi.extra eo.ti.c.1.lib.6.in glo.1.in fi.& Rof.
in libellis.e.ti.Et primo tali ratione ius eligendi,quo ad
clericos in eccleſia collegiata,& ius pręſentandi quo ad
patronum in capella ſunt paria,ut ſicut unus habet eli-
gere,& alter præſentare,ut probatur de elec.c.1.ut 16.
q.ultim.congregatio cum ſuis concordantiis,&extra eo
2 dem titu.nobis.Sed uideo quod† ius eligendi poteſt præ
ſcribi per clericum qui nõ eſt de collegio iſtius eccleſię
de cuius electione agitur etiam ſine titulo , ut probatur
de cauſa poſ.& proprie.cum eccleſia cum ſimi.ergo eo-
dem modo ius pręſentandi poterit præſcribi per laicum
etiam ſine titulo,dummodo adſit bona fides.& hoc uide
tur optimè probari per decre. querelam extra de elect.
ibi de antiqua conſuetudine.Vnde gl.ibi poſita dicit,quę
dat ius eligendi.& c.quaſi innuat glo.quod ſicut conſue-
tudo dat ius eligendi.Ita & ius Præſentandi.Preterea ui-
deo quod ius conferendi præbendas uel eccleſias poteſt
q̃s pręſcribere ut no.de elect.cum eccleſia uulterana.&
de ſupplen.neg.præla.c.ſi.ergo,& ius præſentandi. Nam
plus eſt conferre,quam pæſentare,uel eligere,quia colla
3 tio hẽt in ſe uicem electionis & confirmationis. ¶ † Prę-
terea iſtud eſt regulare quod omnia iura,ſiue ſpiritualia
ſiue temporalia poſſunt præſcribi , ut ea præſcriptione
ius aquiratur.ut C.de pręſcrip.xxx.uel xl. ano.l. ſicut
actio uel exceptio,niſi in caſibus ubi iura uolunt pręſcri
ptionem non habere locum qui no.extra de pręſcrip. cũ
non liceat. Eſt uidendum nunquid ſit iſte talis caſus in
quo prohibeatur pręſcriptio uel ſi non prohibetur nun
quid requiratur titulus in tali pręſcriptione , prout dicit
c.1.de præſcrip.lib.6.& dato quod iſtud ius ſit præſcri-
ptibile,ut probatum eſt ſupra per c. querelam. de elect.
& per alia argumenta . Item dico quod non requiritur
hic titulus,quia tunc requiritur titulus,cum ius commu
ne uel præſumptio eſt contra præſcribentem.Quod autẽ
talis poſſeſſor uel præſcribens non habeat contra ſe ius
commune,patet ex hoc,nam ego uideo q̃d ſi aliquis uult
uti commodo alicuius iuris,in cuius poſſeſsione dicit ſe
eſſe,& talis poſſeſsio ſit contra ius commune nõ ſufficit
ibi allegare poſſeſsionem,niſi oſtendat titulum ſuę poſ-
ſeſsionis.Exemplum poteſt poni in eo qui inquiratur ſu-
per duobus beneficiis,cum ſit contra ius commune,nam
contra nõ ſufficit ſolam poſſeſsionem allegare niſi oſtẽ-
dat titulum,ut legi.& nota.de procu.c.3.Ad idem de of.
ordi.c.3.li.6.Item poteſt poni exemplum in laico,quia
dicit ſe poſſediſſe,& ſpoliatum eſſe decimis,q̃a quem nõ
reuelaret probare poſſeſsionem & ſpoliationẽ cũ poſſeſ
ſio decimarũ de iure cõi non cadat in laicum,niſi cum le
gitimis titulis.& hoc no. Ioan.13.q.1.§.1.per decre.cau
ſamque de præſcrip.Item poteſt poni exemplum in mo
nacho unius monaſterij,qui ex cõmodo poſſeſsionis di
cit ſe debere intereſſe electioni alterius monaſterij,nõ au
ditur niſi oſtendat quo iure legi.ex de elect.conſtituit.&
ibi de hoc in glo.magna.Item poteſt poni exemplũ per
decre.2.de reſtitu.ſpolia.libro 6.ubi ſi aliquis petit ſe re
ſtitui ad poſſeſsionem decimarum,quas poſsidebat in al
terius parochia non auditur niſi oſtendat titulum , quia
contra eum eſt ius commune.Sed in caſu propoſito.ſ. in
iure præſentandi,dato quod non oſtendat titulum ſuæ
poſſeſsionis nihilominus poteſt uti ſua poſſeſsione do-
nec feratur ſententia contra eum ſuper proprietate,& te
net præſentatio facta per eum,qui eſt in quieta poſſeſsio
ne præſentandi probatur de elect.querelam.& de iure-
pa conſultationibus,& utrobique de hoc. Non ob.quod
not.de elect.ſacroſan.in glo.ſic patet.ubi dicit Ber.con-
ſuetudinem non ualere per quam parochiani non patro
ni eligunt in capella,quia intelligo illud dictum uerum
eſſe,de parochianis,qui non ſunt patroni ex modis a iu-
re conceſsis uel legitima præſciptione.Nõ ob.quod no.
Archi.de iurepa.c.3.in fi.1.gloſſ.qui illud non probatur
iure niſi quod dicit,qui probat ſe poſsidere non probat
dominium ut hic, dum allegat iura,ſed ipſe non probat
iure ꝙ poſſeſsio quæ deuenit ad legitimum tempus non
faciat quem dominum,immo potius no.contrarium.16.
q.3.quicunque.& patet circa prin.& eadem quæſtione
in ſumma.Non ob.16.q.5.ſi quis epiſcoporum. & ſupra
eo.quoniam in quibuſdam,quæ iura dicunt ꝙ contra ri
gorem antiquorum canonum de gratia fuit conceſſum
iſtud ius præſentandi laicis.ſi de gratia,ergo contra ius
commune.Si contra ius commune,ergo requiritur in ta
li præſcriptione titulus.ut in c.1.de præſcrip.li.6.Nam li
cet habendo reſpectum ad iura antiquiſsima.ſ.2.q.j.de-
cretũ.& c.nouerit,talis conceſsio fuerit gratioſa,hodiè
tamen cum per iura noua talis gratia ſit redacta in cor-
pore iuris dicemus quod laicus præſcribendo ius pręſen
tandi in capella bona fide non dicitur præſcribere con
tra ius commune. ¶Præterea quicquid facit Papa, dici-
tur

tur de gratia facere, ad hæc dé reſcrip. ſedes, & ibi no. ma
xime auté hoc procedit, cũ allegatur præſcriptio tãti té-
poris, cuius cõtrarij memoria nõ exiſtit, ut de pſcrip. c. 1.
lib. 6. Nã talis cõſuetudo inducit ius, nec eſt neceſſe alle
gari titu. ff. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus. &
no. de uerbo. ſigni. c. ſuper quibuſdã. Et eſt ſimile huic ꝙ
not. Hoſtiẽ. x̃ de ſymo. licet hely in uerb. officij debitum
ubi no. quod ſi Epiſcopus ex officio ſuo petat a clerico
ut oſtẽdat titulũ beneficij ſui, tenetur oſtẽdere dato ꝙ ſit
in poſſesſione. ita ẽt no. de regu. iur. c. 1. in fi. lib. 6. Poſtea
addit hæc intelligo uera in facto recẽti, nã in facto ueta
ſto ſecus, in quo dicit ſufficere clericũ iurare ſe habuiſſe
titulũ ab eo, qui dare potuit. Sic ad propoſitũ ſi uolumus
cõcedere, ꝙ præſcriptio recẽs. ſ. xl. annorũ nõ currat ſine
titulo i iure præſentãdi. tamẽ præſcriptio uetuſta. i. de cu
ius initio memoria nõ exiſtat currat ẽt ſine titulo, quis.
n. diceret illũ nõ patronũ, quẽ ipſum, & eius ãteceſſores,
cõſtat iã ſunt centũ anni præſentaſſe Rectores in capel-
la. dato ꝙ nõ oſtẽdat inſtrumentũ patronatus. unũ tamẽ
notetis, ꝙ eſt minus cõtra nos, ꝙ ex quo talis remisſio ſi-
ne præſentatio interuenit inter patronos & plebẽ, uide-
tur quòd ipſi patroni ſiue præſumitur quòd ipſi nõ habue
rit bonã fidẽ in præſcribẽdo ius pſentãdi per id quod le
gitur & no. x̃ de præſ. ueniẽs in fi. & no. e. ti. cũ olim i ul-
ti. gl. in fi. tñ poſſet quis defendere ſe ab iſto tex. & ab iſta
glo. ſ. quòd iſte nõ præſumatur habere bonã fidẽ, qui etiã
uiuebat tẽpore remisſionis uel permutationis, ſed hære-
des ipſorũ remittentiũ, uel permutantium cum reperie-
rint prædeceſſores in poſſesſione præſentandi potuerunt
habere bonam fidem. Sæpẽ. n. eſt uidere, quòd defunctus
malam fidem habuit, ubi hæredes habent bonam, quia
cum quis in ius ſuccedit alterius &c. de reg. iu. cum quis
lib. 6. & facit, quod ibi no. & de iurep. 1. cura. uide qđ no.
16. q. 1. in fi. ſummæ, per quem reſponderi poteſt ad c. no
uerint. x. q. j. uide quod no. de elect. ex eo, quod in fine in
4 6. Ad id quod quæritur tertio loco tan in perſona unius
Rectoris ſiue cappellani qui uixit xl. annis posſit comple
ri præſcriptio Breuiter eſt dicẽdũ quod ſic, de hoc olim
habuimus de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia in gl. ante
pe. in prin. Hodie uidetur eſſe tex. de præb. cum de bene-
ficio li. 6 ibi uno uel pluribus, & hoc etiã innuit ibi pri-
ma glo. ¶ Ad ſecundum cum quæritur ſi patroni præſen-
tauerint pluribus uicibus in capella capellanum. Vltimò
uero Rectorem, qui præfuit capellę pręſentauit Plebs.
Quis nunc dicatur potior in pręſentatione quę modo i-
minet facienda. Eſt dicendum ſaluo eo quod no. 16. q. 1.
in glo. ult. quod ille, qui fuit ultimo i poſſesſione, ad hoc
ſupra de cauſa poſſeſ. & proprie. cum eccleſia ibi ultimo
& immediate. & ibi de hoc. & hoc uerum quo ad poſſeſ-
ſorium, ad hoc de elec. querelam, de cauſa poſſ. & pro-
prie. cum olim. de iurepa. conſultationibus. & in om lib.
his, de hoc, ſecus quo ad petitorium. Nam ultima poſſeſ-
ſio non preſcripto legitimo tempore non tollit pręcedẽ
tem pręſcriptionem, & de hoc no. in prędicto c. cum de
beneficio de pręben. lib. 6. Ad ultimum quod queritur
quis pręſumitur eſſe in poſſesſione ſiue fuiſſe iſtius Re-
ctoris, ſiue Capellani, qui proximo deceſſit, an patroni q
præſentauerunt prędeceſſores iſtius defuncti, an Plebs in
cuius plebanatu ſita eſt capella. Videtur dicendum prima
facie, quod non præſumatur pro illo, ſcilicet pro illo pa
trono, quod nunc in poſſeſsione, dato quòd quandoque
fuerit, qa iſta eſt differẽtia inter poſſeſſorem & dominũ
ſufficiat remittere ad id quòd no. C. de pba. l. ſiue poſſide
tis. & per dominum Dy. in reg. iur. ſemel malus lib. 6. &
per Ber. de cau. poſſeſ. & proprie. cum eccleſia. in 3. gloſ.
& de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem in 3. glo. Tamen poſ-
ſet defendi contrarium. Nam ex quo non apparet quis
fuerit in poſſesſione pręſentãdi iſtum cappellanũ nunc
defunctum potius eſt pſumptio illũ eſſe in poſſesſione,
uel fuiſſe quẽ aliàs cõſtat fuiſſe, quã eũ quẽ nũquã cõſta
fuiſſe, maximè quo ad caſum noſtrũ, qa hic nõ dubitatur
iſtos nobiles eſſe patronos. ſaltẽ quoad alia iura patrona
tus. ¶ Vnde cũ appareat eos eẽ in poſſeſsione aliorũ actuũ
. ſ. quia honorãtur, & tractantur ut patroni, præſumitur
eos eſſe in poſſesſione iſtius actus, ſcilicet præſentandi.
Nam iſte ſunt actus, ut cui debetur unus & reliquus. quia
ex eodem fonte procedunt, de iure patronatus nobis, be-
ne facit de reg. iu. ꝙ alicui in fine. ad hoc de conſt. transla
to. cum ſimilibus. Contraria forte non obſtant, quia lo-
quuntur cum de incommodo alicuius tractamus, & quã
do alius occupauit poſſeſsionem, ſed in caſu præſenti nõ
apparet quis fuerit in poſſeſsione. ¶ Item hic tractamus
de modo iſtorum patronorum nec iſte capellanus ſeip-
ſum inſtituere potuit. de inſt. c. ult. ¶ Præterea ſi eſſet quę
ſtio inter patronos. & cum cuius intentio eſſet fundata
de iure communi poſſet dici ꝙ in tali dubio potius eſſet
præſumendum pro eo cuius intentio eſſet fundata de iu
re communi, quam pro eo, qui quandoque fuit in poſſeſ
ſione, ut colligitur de cau. poſ. & proprieta. cum eccleſia
in fine. de exceptio. cum uenerabilis cum ſimilibus. Sed
caſu præſenti intentio Plebis non eſt fundata de iure cõ
muni. Nam de iure communi collatio omnium benefi-
ciorum totius diœceſis ſpectat ad epiſcopum extra de
hære. cum ex iniuncto in fine. 16. q. 7. nullus omnino nec
etiam præſentatio de iure ibi ſpectat ad Plebanũ. & hoc
probo per decre. ad audientiam. 1. extra de eccle. ędifi.
Nã ibi ideo matrix eccleſia habet ius patronatus in ca-
pella, pro eo quod illa capella fuit dotata de prouentib.
& oblationibus matricis eccleſiæ; & ſic intelligatur de-
cre. ad audientiam ſupra alleg. & ita intelligit glo. Inno.
de excep. cum uenerabilis, quam repetiit Arch. de capel.
monacho. c. 1. li. 6. in fi. j. gl. & de pręben. cum ſingula. in
gl. iſte eſt. Sed hic in caſu propoſito non apparet ꝙ iſta ca
pella fuerit conſtructa uel dotata de bonis Plebis. ¶ Et ſi
dices, nõne oblationes, quę deberent uenire ad Plebanũ
uadunt ad cappellam, ergo & ille oblationes habeantur
loco dotis. Reſpõdeo ꝙ non ſufficit, ꝙ aliquis de ſuo of
fert eccleſię, ut per hoc habeat ius patronatus in ecce-
ſia, niſi hoc faciat tempore fundationis, & de auctoritate
epi. Nam illud eſſet imponere ſeruitutem rei cõſecratę.
ff. de ſerui. l. ſeruitutes. §. pe. ff. communia prædi. l. caueri.
¶ Ad idem quod no. 16. q. 7. pię mentis in glo. 1. circa me
dium. ¶ Sic ad propoſitum ex quo non apparet, ꝙ hic ca
pellę ſitę in plebanatu Plebis fuerint aſſignatę illæ
oblationes nomine dotis, licet enim poſt cõſecrationẽ
fuerint aſsignatę uel ex conſuetudine Plebi ſubtractæ di
ctam plebem non pręſumi habere iuspatronatus in ca-
pella, maxime cum minimè conſtet plebem aliquem p-
ſentaſſe, immo præſumã illos eſſe in poſſesſione. q alias
fuerũt, & quos ad alia conſtat eſſe patronos. Iuxta illud
qui aurem tetigit, totum tetigiſſe uidetur in l. uulgaris
ff. de fur. canonizata de pœ. di. 1. uulgaris.

Federicus Petrucius de Senis.

SVMMAE.

1 *Confeſſio uel quæcunque probatio facta coram iudice ſe-
culari per eccleſiaſticam perſonam an ſibi præiudicet.*
2 *Clericus an posſit priuilegio clericali renunciare, & ſpre
to iudice eccleſiaſtico ſecularem eligere.*
3 *Iuſſus iudicis cuius ſit naturæ in materia obedientiæ.*

QVAESTIO CCXXXV.

Factum tale eſt. Quidam exbannitus & condem-
natus & falſi teſtimonij poſt annos obtulit ſe
& ſua cuidam eccleſiæ poſtque occaſione di-
ctæ condemnationis captus fuit, qui præſen-
tatus

tatus corã iudice recognouit ſe eſſe exbannitũ & cõdemnatũ, put dictũ expoſito ſibi uulgari ſermone tenore dict. cõdemnationis, ſed dixit ſe eſſe oblatũ ut ſupra interrogatus per iudicẽ ſi tẽpore capturæ incedebat in habitu, quẽ deferũt oblati, ſuo iuramẽto dixit quod nõ incedebat in habitu laicali. tandẽ Prior præfatæ eccleſiæ cõparuit corã iudice repetẽs dictũ ſuum oblatũ, & ad probãdũ de oblatione articulos produxit, quos iudex admiſit inquantũ de iure debeat & aliter nõ, & nunquã deberent admitti, remiſit eos probãdos corã iudice cõpetenti, cuius Prioris procurator adiuit curiã domini, & probauit articulos, & uidetur probaſſe ꝙ tẽpore capturæ incedebat in habitu, quẽ deferũt oblati. uicarius epiſcopi pronũciauit articulos fore probatos, quæ actitata in dicta curia epiſcopali dictus procurator produxit corã iudice. iudex uiſis actitatis pronũciauit ipſum fore relaxãdũ, uerũ idẽ captus ut ſ fuit traditus cuſtodibus ad cuſtodiẽdũ carceres, quoniã carceres cuſtodiũtur per cuſtodes poſitos per Cõmune, & nõ per officialẽ quẽ ut præmittit raptũ & oblatũ iudex repetit a dictis cuſtodibus cũ intẽdebat ipſum relaxare occaſione præfata, & hæc requiſitio eſt iã facta bis, cuſtodes uero denegant hoc facere dicẽtes neminẽ cõdẽnatũ & exbannitũ relaxari poſſe niſi appareat eis de ſolutione. Modo quæritur de duobus utrũ iudex ſecularis ſit excuſatus cũ fecerit quod potuit. ¶Secũdo ſi dictus oblatus ut præmittitur occaſione dictæ oblationis pp ſupradicta probata in curia epiſcopi debeat relaxari, & ſi relaxetur iudex ſit excuſatus, adeò ꝙ commune tempore ſui examinis non habeat de eodem iudice cauſam querelæ. Et aduertendum eſt, quod iudex eccleſiaſticus nunquam repetit eum, nec repetit per ſuas literas eleuare. Tertio quæritur ſi literæ requiſitoriæ ſint neceſſariæ præmiſſæ queſtionum ordine non ſeruato.

¶Quæritur an confeſſio facta per iſtum coram iudice ſeculari præiudicet confitenti, adeo ꝙ nec ipſe nec alius pro eo poſſit coram iudice competenti petere ſe relaxari. Et dicendum eſt quod non, quia †confeſſio uel quæcunque probatio facta coram iudice ſeculari per eccleſiaſticam perſonam non præiudicat ſibi extra de iudi. at ſi clerici. Ad quod facit quod no. Hoſt. & Compo. de elect. per inquiſitionem, non enim eſt competens iudex in talibus iudex ſecularis, ad hoc de ſen. excom. ſi iudex lib. 6. ubi no. Archi. quod etiam ad ſui informationem non poteſt iudex ſecularis de hoc cognoſcere, nam †ſi expreſſe uellet renunciare priuilegio clericali, & per Iudicem ſecularẽ iudicari non poſſet, facit quod legitur & no. de foro cõpe. ſi diligenti. in glo. pen. ¶Vnde eo inuito prelatus ſuus poterit eum repetere, & defendere, ut in d. c. ſi iudex, ad quod facit. ff. de iniur. l. 1. §. uſque adeo. ff. de li. ca. l. 1. 2. & 3. & l. non tantum de appella. cum ſimilibus. & maximè procedat hoc in oblato, per ea quę notantur de ſen. excom. parochianis. ¶Præterea poſito ꝙ nedum per cõfeſſionem, ſed per legitimam probationem probaretur, ꝙ tempore capturæ incedebat in habitu ſeculari, hoc nõ nocet qui gaudeat priuilegio eccleſiaſtico, ſed operatur hoc, ꝙ poteſt interim detineri per iudicem ſecularẽ, donec fidẽ fecerit coram iudice eccleſiaſtico, ꝙ gaudet priuilegio clericali, ut in §. ſi iudex ĩ fine. ¶Ex præmiſſis patet quod quicquid fit cõtra hunc coram iudice ſeculari, nõ tenet, & ꝙ ipſe uel alius cuius intereſt poſſunt ſuper hoc recurſum habere ad iudicem eccleſiaſticum. ¶Secundo quæritur an propter probata in curia epiſcopi. & bata coram iudice ſeculari ſit relaxandus. Et reſpondetur quod ſic, ſi duo concurrunt. ſ. ſi debitus ordo ſit ſeruatus. quia uocatus fuit cuius interfuit uocari. & ſi probata fuerit oblatio & hic nulla eſt dubitatio. Sed certè aliqua eſt dubitatio, nè oblatio præſumatur facta in fraudẽ propter condemnationem præcedentem per id quod notatur per Archi. 11. q. 1. c. 1. de priuil. ex parte 3. Tertio quæritur an illa acta, & pronũciatio ſufficiãt ſine literis requiſitoriis, & monitoriis, ut dictus oblatus dẽat relaxari. Reſpõdetur quod dicta & geſta corã iudice cõpetenti fidẽ faciunt coram quocũque iudice C. de re iudi. l. geſta. & optimè facit quod legitur & notatur extra de foro cõpe. poſtulaſti. ſufficit enim iudici ſeculari, quod ſciat litẽ pẽdentẽ coram iudice eccleſiaſtico ut ſuperſedeat, ut de ordin. cog. tuam, & ſufficit quod ſciat cognitum per iudicẽ eccleſiaſticum ut iudex ſecularis habeat reſtituere clericum ut in c. ſi iudex in fi. de foro cõp. lib. 6. Monitiones enim, quæ fiũt iudici ſeculari per iudicem eccleſiaſticũ non ſunt neceſſariæ, niſi qñ iudex ſecularis eſſet negligẽs uel rebellis ut patet extra lib. 6. de iureiu. c. 1. de ſente. excom. decernimus. ¶Ex præmiſſis ſequitur quod ſi iudex ſecularis reſtituit non irrepẽdus eſt, ſed meritò commendandus exiſtit. Non enim peccat q legis auctoritate facit 23. q. 4. q peccat immo ſi nõ faceret poſſet excõmunicari. probant iura præmiſſa. Tamẽ utile eſt pro Rectore ꝙ recipiat literas monitorias, & præcepto-
3 rias a uicariis, quia in infinitis iuris articulis †iuſſus iudicis excuſat obedientem. ubi præcepit id quod ad ſuũ officiũ pertinet ẽt ſi dubiũ ſit. 23. q. 1. quid culpatur. & facit quod not. de tẽp. ordi. ad aures. & de reg. iur. quod quis lib. 6. & ibi ſatis de hoc. ¶Vltimo quæritur ſi Rector facit quicquid poteſt ut relaxetur & facere relaxari nõ poteſt an ſit excuſatus. Reſpondetur ꝙ eſt quæſtio iuris, & non habet dubiũ qa ad impoſſibile de iure uel de facto nemo obligatur. Sed an facto fecerit quicquid potuit in hoc potuit eſſe dubitatio. Dicit iſte captus domine Rector uos feciſtis me detineri in carcere ex mãdato ueſtro, & tamẽ ex finali euẽtu apparet quod captura fuit nulla, cõtra. io imperio mãdetis me relaxari. ¶Cũ ergo iſte Rector habet imperiũ, & iuriſdictionẽ ſuper illos cuſtodes, põt in eos animaduertere ſi ſint inobedientes, quia apparẽt ꝙ captura fuit nulla, quia dato ꝙ a principio ſentẽtia fuit lata ſuper falſo. quia ſtatus perſonæ eſt mutuatus executio pertinet ad iudicẽ eccleſiaſticũ. Sicut enim de facto Rector fecit illũ incarcerari ut ex finali euẽtu apparet, ut de frigi. fraternitatis, ſic de facto facere eum debet relaxari, nec ipſe nec cuſtodes debẽt timere pœnam ſtatuti quod non habet locum in hominibus non ſuæ iuriſdictionis. & quod ſtatutum habet locum ubi quis condemnatus potuit detineri, ſed iſte non potuit detineri propter mutationem ſui ſtatus, ut dictum eſt, ergo &c.

¶Preterea talis interpretatio, & extenſio uidetur contra libertatem eccleſię. Quid enim ſi clericus notorius pro maleficio captus, cõdemnatus, & detentus eſt in carcere, per Rectorem, nunquid hoc reperto poterit relaxari ſine pœna. Vtique & contrarius intellectus eſt reprob. ad hoc de iureiuran. c. 1. de iniuriis. & dam. da. c. uno. li. 6. omnia ſtatuta erant nulla, de ſen. excom. nouerint. Igitur Rector iſte ad ſeipſum redeat & diſcernat an omnibus remediis uſus ſit contra cuſtodes, & ſi fecit quicquid potuit nõ requiritur ab eo plus, ad hoc bene facit de ſen. excom. alma. §. illius lib. 6. & ſi fecerit eum relaxari, non debet timere, quia nemo poteſt accuſari ſi templum Dei ædificauit. & ſi captiuos de carcere accepit. xij. q. ij. aurũ. ¶Præmiſſis non obſtat quoddam ſtatutum, quo cauetur ne Poteſtas, uel Capitaneus debeat audire aliquem, qui diceret aliquem proceſſum uel ſententiam nullam. Nam in caſu noſtro ille Rector non cognoſcit de nullitate ſententiæ latæ contra illum, nec hoc proponitur, quia ſententia tenuit, ꝙ iſte condemnatus eſſet tunc de iuriſdictione damnantis, nec faciendo eum relaxari pronunciat ſententiam non eſſe mandandam, nec de ſententia lata contra illum ſit mẽtio in pronunciatione Rectoris. ſed hoc ſolum continet pronunciatio in effectu ꝙ captura facta de iſto non tenuit.

¶In Chriſti nomine, amen.

S V M M AE.

1 *Vxor propter adulterium debet omnia iura, quæ aduerſus maritum habet amittere.*

2 *Notorium per ſententiam, confeſſionem, & per rei euidentiam; æquipollet.*

3 *Quæſtio adulterij qualiter & corã quo ſit agitanda Iudice.*

QVAESTIO CCXXXVI.

IN quæſtione uertente coram domino Vicario Epiſcopi inter Baglionem ex parte una, & uxorem ſuam ſeu habentem ius ab ea, ex parte altera. Sciendum eſt ꝙ
1 † uxor ꝑ ꝑ adulterium debet perdere dotem. & priuari ſeruitute obligatione & iure quæ ſibi cõpetunt aduerſus maritum, & tanquam male maritata debet publica egeſtate laborare. l. conſenſu. de repudi. ut lite non conteſta. c. 1. & de dona. inter uirum & uxo. plerunque ita ꝙ uxori expulſæ & ſpoliatæ petente reſtitutionem uiri obſtat exceptio notorii adulterii, ut extra de diuor. ſignifica
2 ſti. † Aequipollet enim notorium per ſententiam, per confeſſionem, & per rei euidentiam, de adul. c. pe. & de cohabi. cler. & mulie. ueſtra. & c. ult. cum ſimilibus. Itẽ ſciẽ
3 dum qđ † quęſtio adulterii, inquantũ agitur ad ſeparationem thori pertinet ad forũ eccleſiæ. ut colligitur ut lite conteſt. c. 1. de procur. c. tuæ. & hoc ſentit Inno. qui ma. accuſa. poſ. ſuper rubrica. & quemadmodum quæſtio dotis iure acceſſorii pertinet ad forũ eccleſiæ nõ uerò principaliter, ut extra de dona. inter uirum & uxo. c. iij. Sed quæſtio alimentorum, quę dependet à quæſtione adulterii iure acceſſorii pertinet ad forum eccleſiæ. ¶ Præmiſſorum ergo conſideratione habita aduocatus Baglionis in ſua petitione propoſuit adulterium uxoris fore & fuiſſe notorium, & principaliter petiit illam à ſua cohabitatione & thoro ſeparari, & per conſequens ſe ad alimenta non teneri nec obligatum fuiſſe à tempore commiſſi adulterii notorii. circa iſta igitur quęſtio tanquam præiudiciali ad forũ eccleſię delata debet interim cõquieſcere, & ſupraſedere proceſſus iudicis ſecularis ſuper alimẽtis ex illa dependens ut extra de ord. cognitionum. & optime de ſen. excommu. ſi iudex in ſi. lib. 6. Dicitur autem deferri quęſtio ad forum alicuius per ſolam citationem ſiue delegati ſiue ordinarij, extra de appella. c. ut debitus & de foro compe. propoſuiſti, cum ſuis glo. Et regulariter obtinet, ꝙ cauſa ad maius tribunal delata minor iudex debet ſuperſedere & appel. ut noſtram. ff. de re iudi. contra pupillum. & pendere debet quęſtio &c. ut extra. ut lite pen. c. 2. in cle. & de materia ſimili uel quaſi eadẽ conſueuit tractari de conſtitutionibus cum M. in ſin. Rectè ergo Vicarius domini Epiſcopi inhibuit uxori Baglionis genere & pe. eius prætendenti ius ab ea ne facerent aliquam nouitatem contra Baglionem donec per iudicium eccleſię quæſtio adulterii eſſet terminata. tũ q. ipſe maiori tribunali præeſt quam iudex ſecularis, tum quia quæſtio adulterii eſt præiudicialis. Ob quam cauſam dico quod ſola notificatio & intimatio quæſtionis prę iudicialis delatæ ad curiam eccleſiaſticã ſine inhibitione aliqua domini uicarii afficit & impedit proceſſum iudicis ſecularis. Niſi enim natura cauſæ præiudicialis hoc haberet, inhibitio domini Vicarij, non eſſet tãtæ efficaciæ quod poſſet priuare iudicem ſecularem ſua poteſtate & iuriſdictione, & hoc aperte colligitur in c. tuam & de ordi. cogni. & c. lator. qui fi. ſint legi. ad idem de appel. ſi duobus. de reſti. in integ. c. 2. Ex his apparet quod præceptum Petro non dicitur factum ſine cauſæ cognitione. præcepit enim Vicarius ꝙ iura præcipiunt, non. n. aliquid de nouo induxit ſed quod erat iudicauit, & denũciauit ſicut in caſu ſimili dicimus. extra de elect. uenerabilem. Nam ſicut dictum eſt ſupra, ſola notificatio facta Petro uel iudici ſeculari ſufficeret ſine præcepto. & hoc ex ui quæſtionis præiudialis. Igitur quandiu quæſtio iſta præiudialis pendet in foro eccleſiæ non debet reuocari præceptum factum uxori Baglionis uel ipſi Petro de non faciẽdo nouitatem ipſi Balglioni realiter uel perſonaliter. Nõ obſtat quod Baglionus, & eius uxor dixerunt quod erant in concordia, & qđ non intendebant ulterius litigare, quia non perſeuerauerunt in hoc, immo in eodem contextu & incontinenti & antequam diuerterent ad extraneos actus dixerunt quod ſuper hoc deliberare colebant, talis enim potentia nõ admittitur etiam in teſte. ut extra de teſti. cogen. præterea. ¶ Duplex erat quæſtio inter Baglionem & eius uxorem. Prima erat ut ipſe Baglionus a ſeruitute liberetur. Secunda erat de alimentis de quibus alimentis habebat ius Petrus. Igitur licet Baglionus renunciauit primo membro quęſtionis, non tamen renunciauit ſecũdo membro quęſtionis ſcilicet quæſtioni alimentorum. ¶ Præterea ſuper alimentis præteritis nihil poterit facere domina cum ius ceſſerit alij. Concludendo ergo dico ꝙ præceptum ſeu pręcepta iuſte & rationabiliter facta fuerunt tam dominæ quàm Petro, quæ non debent reuocari niſi Baglionus contrarium ſententiam diffinitiuam reportauerit, a qua non duxerit appellandum. & quamuis dominus Abbas, qui conſuluit dicta præcepta reuocanda, ſit maximę auctoritatis, tamen quãdoq; bonus dormitat Homerus & quãdoque beatus Auguſtinus errauit. ut patet 9. diſ. per totum. Sapiens ergo cõſultor potius ſtabit rationib. quã auctoritati, & conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres interpretata eſt in curia epiſcopali. iam eſt longum tempus, ꝙ tales inhibitiones fieri poſſũt tam creditoribꝰ quam in eorum iure ſuccedentibus. & uigore iuris & cõſuetudinis facta fuit inhibitio Petro iam ſunt. 8. menſes, cui acquieuit. Et ſi diceretur cõtrarium multæ fraudes fieri poſſent. Cum enim iſta inhibitio ſit realis, competit tam contra actorem quam ſucceſſorem, ut alias diximus ff. de doli excep. l. apud Celſum. §. de autoriſ. Cætera ſuppleat circumſpecti prudentia conſultoris.

¶ In Chriſti nomine amen. Fede. de Senis.

S V M M AE.

1 *Perſona uouens ſe religioni cum iuramento quod ſit maior 14. an. cum de hoc dubitetur an poſſit pænitere & qua uia ei ſubueniatur.*

2 *Minor 14. an. an poſſit ſe uouere, & obligari religioni cum ſuis bonis.*

QVAESTIO CCXXXVII.

FActum tale eſt. Quidam nominę Thomeus † de quo quaſi ignoratur utrum ſit maior uel minor 14. annis uxorem habẽs ſe & ſua obtulit Monaſterio mõtis ſancti, propè Spoletum, iurans ad ſancta Dei euangelia ſe eſſe maiorem. xiiij. qui Thomeus nunc pœnitet ſe hoc feciſſe. quæritur qua uia nunc ſit ſubueniẽdũ ipſi. ¶ In nomine domini amen. ¶ Viſo ſecundo pũcto & dicta oblatione, Videndum primo occurrit, an perſona ſit obligata monaſterio. Et dicendum eſt ꝙ non, nam iſte tẽpore oblationis erat maior xiiij. aut minor, Si minor cum eſſet uxoratus, & matrimonium tenere, non potuit ſe offerre ſiue oblatio illa habuerit uim oblationis, ſiue profeſſionis, ſiue conuerſionis, ut probatur. 27. q. 2. ſunt quidam, & c. agathoſa. & de cõuer. coniug. quidam, & c. placet & 23. q. 5. quod Deo cum ſimi. cum uir non habeat poteſtatem ſui corporis ſecundum apoſtolum. & econuerſo ut in prædicto. c. Sunt quidam. ſi uero tempore oblationis erat minor xiiij. annorum, tunc aut matrimonium tenebat, malitia ſupplente ætatẽ, aut non tenebat. Si tenebat matrimoniũ, tunc dicendum eſt ut ſupra,

ꝙ non ualuit dicta oblatio ratione prædicta, iuramentũ
uero non ualet cum ſit contra apoſtolũ,& canonicas ſan
ctiones de foro competẽ.ſi diligenti, & de iureiuran.tua
nos.ſi uero iſte erat minor. xiiij. & malitia nõ ſupplebat
ætatem, & ſic matrimonium non tenebat, ſiue eſſet pro-
feſsio,ut de regula,poſtulaſti,& eo.ti.c.j.lib.6.ſiue uotũ
ſimplex,quia regulariter impuberes uoto, uel iuramen-
to non obligantur.ut 23.q.4.tribus.& q.5.pueri. & nor.
Inno.de uoto ſcripturæ.Et quia ſimplex uotum non ſol-
uit ſponſalia præcedentia,& ſic remanet obligatus ſpon
ſe.ut no qui cle.uel uo. ueniens. in 3.glo. ¶Nunc quæri-
2 tur† quid iuris de oblatione bonorum, ſuper quo dicen-
dum eſt,quod ſi erat minor.xiiij.annis,non tenebit dona
tio bonorum etiam cum iuramento, quia regula eſt, ꝙ
donatio facta a minore non ualet. Fallit cum ſit a pube-
re cum iuramento ut in auth. ſacramenta puberum. Si
uero erat maior.xiiij. annis tempore quo obtulit perſo-
nam & bona, tunc in iſto caſu dicerent quidam ꝙ dona-
tio bonorum ualuit licet oblatio perſonæ non ualuiſſet.
ut C.ſi pen.ap.l.3.& de hoc no.in Spe.de ſta.mo.§.1.uer
ſi.4iiij.Sed iſta diſtinctio non multum placet Hoſt. ut ip-
ſæ no.de cle.coniuga.quod a te.& de procu. in preſentia
ſuper uerbo ſe & ſua.quod uidetur uerius: quia propter
perſonam donabat bona, maxime in caſu noſtro: quia
cum habeat adhærere uxori non poteſt uacare ſeruitio
propter perſonam. Facta enim fuit donatio bonorum,
& ſic ceſſante cauſa, effectus ceſſat.de appe. cũ ceſſante.
Quicquid ſit,una de infraſcriptis uiis eſt tenenda. Prima
ꝙ iſte prouocet ad iudicium coram iudice Monaſterij &
petat declarari illam oblationem quo ad perſonam &
bona nullam,ratione minoris ætatis.Et ſi habet illum iu
dicem ſuſpectum impetret unum iudicem delegatum a
ſede apoſtolica,ſi uero uult ſe conſtituere actorem, quia
difficile eſt partes actoris ſuſtinere,tũc facit recipi teſtes
ad perpetuam rei memoriam ſuper minori ætate. ſ. quia
minor erat tempore oblationis requiſitio Monaſterio ſi
in aliquo uult contradicere ut de teſt.ſignificauit.Sed co
ram quo iudice.Hic eſt dubium,uidetur dicendum ꝙ co-
ram illo iudice,fiat talis receptio.coram quo cõueniret
ſindicus Monaſterij iſtum iuuenem.Sed certum eſt ſi Mo
naſterium ageret contra iſtum iuuenem ſuper bonis ſe-
queretur forum rei,ergo cum de oblatione perſonæ non
poſsit eſſe qõ,ut dictũ eſt in prima parte,& remanet ſo-
lum quæſtio bonorum.ſequitur ꝙ coram iudice ſeculari
non poſſit fieri iſta receptio teſtium.

¶Conſultatio d. Fede.de Senis.

S V M M AE.

1 *Ratihabitio alicuius facti de quo prius pœnituit,& diſpli cuit an aliquid operetur.*

QVAESTIO CCXXXVIII.

1 SCribatis mihi quid tenere debeo de hoc † Titius ge-
ſtioni factæ nomine ſuo cum ſciuit contradixit,de-
inde ratum habuit, an iſta ratihabitio aliquid opere
tur.l.quo enim.ff.rem ra. ha.uidetur dicere ꝙ opere
tur.Sed l.diſpenſatorem ad ſi.de ſolu. innuit quod nihil.
& uideatis per Dy.de re. iu.ratihabitione uer.alia li.6.de
hoc ideo quæro pp hoc,quidam percuſsit clericum no-
mine meo cum ſciui dolui & contradixi, deinde ratã hã
bui percuſsionem factam nomine meo. An per hoc ſum
excommunicatus per c.pe.de ſen.excom.lib.6.

Ioannes Pagliar.

Si primo præcedit ratinonhabitio,& non ſequatur po
ſtea ratihabitio ſuperueniens nihil operetur quantum ad ratum habentem,quia non per hoc actionem neg.geſto. cõſequitur,nec ille agere poteſt.Nec hoc procedit ex eo quia quod ego reprobaui non poſſum amplius approbare.& ſic loquitur.l.diſpenſatorum & l.Pomponi.ſcribit ſi negocium.ff.de neg.geſt.Sed quantum ad alium non dico,quantum ad ratum habentem ſuperueniens ratihabitio poſt non ratihabitionem bene operatur,quia tollitur actio rem ratam haberi ſaltem ope.exceptionis doli. In queſtione ergo noſtra dico quod ratihabitio de qua loquimur nihil operatur, quia ſi operaretur nihil poſſet operari, niſi dumtaxat ut conueniretur ex ea ratum habens contra l.Pomponius ſcribit ſi negocium.ff. de neg. geſt.Vnde caſus noſter non tangit propriè immo nullo modo caſum noſtrum per ea quæ ſupra dixi. Et non puto illum de quo quæritur excommunicatum fore. Non ſcribo latius pp certum impedimentum,ſed ego ita tenerem,ut ſupra dixi ar.eorum quæ ſolent notari per doctores in l.j.§.quoties de ui & ui arma.

¶ Dominus Federicus reſpondet ad thema quod infra colligitur.

S V M M AE.

1 *Iuramentum habet tacitam conditionem annexam ſi res in eodem ſtatu manſerit.*

2 *Creditore damnato, & per conſequens eius bonis confiſcatis an illius debitores iurati,cogi poſſint per iudicem debita fiſco ſoluere.*

QVAESTIO CCXXXIX.

SVper quinta exceptione ſentio contra nos. Nam præ-
ſupponitur uerum eſſe.ꝙ in ea continetur, ut ex pũ-
cto habetur. Cum ergo proponatur in exceptione
quod agens non habet actionem quomodo poteſt
agere, quia nemo ſine actione experitur concor.haben-
tur de iudi.dilecti in ſi. an ſit uerum quod habeat actio-
nem uel non habeat, hic non quæritur,quia præſupponi
tur quod exceptio ſit uera in facto, & quęritur nunquid
iuri obſtet. ¶Præterea præſupponitur ꝙ bona non aſsigna-
ta ipſo iure deueniant ad fiſcum ſine ſententia,& ſic fiſcus
eſt ſucceſſor creditoris,ſicut monaſterium ſucceſſor ingre
dientis & profeſſi, debitor ergo non eſt liberatus a debi
to nec iuramento, ſed non tenetur antiquo creditori ſed
ſucceſſori,unde commune Peruſij per ſuum ſtatutum quem
non poteſt liberare à iuramento, ſed priuat actionem ha
1 bentem ex iuramento.& uos ſcitis †ꝙ iuramentum habet
tacitam conditionem annexam.ſi res in eodem ſtatu per-
manſerit, ut c.quemadmodum. & c.ne quis arbitretur.
& de ele.uenerabilem. & no.de hære.c.j.Et Hoſtien.ponit
ad literam iſtam quæſtionem.de cenſi. ſignificauit. circa
2 prin.ubi expreſſe dicit ꝙ†ſi bona alicuius ſunt confiſca-
ta per ſententia, uel ipſo iure, ꝙ iudex ſecularis non po-
teſt præcipere debitori aſtricto per iuramentum quod ſol-
uat fiſco tamquam hæredi illius creditoris damnati. & iſto
caſu poteſt quis allegare de iure tertij. & ſic tenebat do-
minus Lapus bu.ff. fa.erciſ.l.is conſequenter circa princ.
licitum eſt enim reo quomodocunque poteſt excludere
actorem & probare quod non habeat ius uel dominium in
re petita. & hoc placet Compoſte.extra de reſcri. manda-
tum in 3.colum.De his ſentiam uobiſcum. niſi aliqua quæ
nondum uidi me remoueant.

Federicus de Senis

S V M M AE.

1 *Vltimus ſtatus eccleſiæ ſi quando attendatur.*

2 *In pari cauſa quod melior ſit conditio poſsidentis*

3 *Turpitudine ex utraque parte inter duos uerſante cuius potior erit conditio.*

QVAESTIO CCXL.

SAlua reuerentia patris, non fuit impetratum beneficium uacans per mortem talis clerici ſecularis, ſed fuit acceptatum uigore generalium literarum,ex quibus & quarum uigore ſpectabatur beneficium uacaturum

1 caturum conſuetum clericis ſecularibus aſsignari† Item
tűc demű reſpicitur ultimus ſtatus eccleſię ut dicit Ar-
ch.in c.cum de beneficio.& Inn.de iurepa.poſtulaſti,qñ
de præcedēti ſtatu eccleſię non apparet,ſed in caſu no-
ſtro de præcedenti ſtatu eccleſiæ,apparet ſcilicet,per cō
ceſsionē partis q̄ āte mortē illius clerici ſecularis fuit
2 gubernata per religioſos.† Itē in pari cauſa turpitudinis
potior eſt conditio poſsidentis.de reg.iur.in pari.lib.6.
& ibi no.de conceſ.præben. cum ſuper . & c.ex teno
re.¶Non ob.c.inter dilectos. Nam ibi ſecundum Io.An.
illa exceptio excommunicationis & periurij nō fuit re-
pulſa ratione turpitudinis,ſed quia probata non releua-
3 bat.Sed melius ut dicamus q̄† quando turpitudo uerſa-
tur ex utraque parte tunc poteſt quis excipere & allega-
re turpitudinē ſuā ut in regula iu pari.& c.ex tenore &
c.cũ ſuper.¶Preterea iſte poſſeſſor non dicit quo titulo
teneat,ſed dicit ſe poſſeſſorē,& ſic cōfeſſa fuit pars alte
ra.Itē ex iure tertij ad reppellendum actorē poteſt quis
ſe iuuare,& de materia notatur plenè per conſtitutionē
cle.de reſcri.noandaium.Tamen quicquid ſit uobis non
mihi credeoduo eſt.

¶Conſultatio do.Federici.

S V M M AE.

1 *Exceptio cedēdarum an & quando obſtare debeat uxo
ri agenti pro dote uiro mortuo.*

QVAESTIO CCXLI.

DOmno Ioanni de Papia Fed.aduo. Salutē. Ro
go uos ut reſcribatis quid ſentitis de infraſcri
pto dubio cuius explicatio uobis debet eſſe fa
cilis.Quedā mulier dedit in dotem mille,ma
ritus uero & pater mariti , & quilibet inſolidũ promiſe
runt reſtituere dotem,& in caſu reſtituēdarum dotium.
Accidit q̄ maritus alienauit bona ſua, & iſta uxor cōſen
ſit & renũciauit iuri hypothecarum.mortuo marito iſta
domina petit a ſocero integram dotē , ſocer dicit q̄ nō
tenetur niſi ad medietatem,dicens q̄ iſta ſua olim nurus
non poteſt ſibi concedere iura efficacia contra hæredes
mariti & allegat.ff.de ſolu.l.ſtichum.§.ſi mandato in fi.
ibi culpa ſua.Et iſta nurus dicit q̄ poteſt cedere iura effi-
cacia ſaltem perſonalia.& licet hęredes mariti ſint pau-
peres modo,non tamen extinguitur obligatio cōtra eos
perſonalis, uel realis immo cum ueniũt ad pinguiorem
fortunam efficaciter tenentur.Placeat uobis reſpondere
quid ſentitis.

¶Reſponſio do.Iacobi de Papia.

¶Speciem huius quęſtionis iam ſępius uidi in dubiũ
reuocari & in cōtradictorio iudicio agitari.Ego uero in
1 me ſic ſentio quod † ſi perſonalis obligatio efficax re-
maneat contra maritum,quia ipſe maritus ſoluendo ſit,
quod non obſtet uxori agenti exceptio cædendarum.p
l.iubemus.C.ad uelleia.Alioquin puto quod obſtat . ita
intelligo.§.ſi mandato.l.ſi pupillus.ff.de admi.tut. & ea
quæ.no.in l.2. C.de fideico.& hanc credo ueram ſenten
tiam.& eam ſequerer in iudicando , ſaluo conſilio ſa-
niori.

¶In Chriſti nomine amen.Conſilium Federi.de Petruciis
de Senis.

S V M M AE.

1 *Admittitur in iuditio per alium inchoato is cuius inter
eſt etiam inuito eo qui inchoauit.*

QVAESTIO CCXLII.

IN quæſtione uertenti coram religioſo uiro domino
Philippo generali Vicario Domini,dei gratia Senē.
epiſcopi inter Colam Muctengi tractũ ex una par-
te , & Simonem & Duocium Ardini procuratorem
Dominici Ioannelli procuratorio nomine pro eo trahē
tem,& ipſum Simonem & Duocium & quomodolibet
pro ſuo intereſſe in dicta cauſa interuenientē ex parte
altera.Viſa petitione porrecta per dominum Simonem
nomine quo ſupra,contra dictum Colam lite conteſ. &
renũciatione tā iudiciali, quàm extraiudiciali facta per
hoc ſaluũ Raynerij procuratorem & procuratorio no
mine domini Dominici.Et uiſis contradictionibus & pe
titionibus factis per dictum Simo.& Duociũ proprium
intereſſe proſequentes. & uiſa etiā licentia data per di-
ctum do.Vicariũ eidem Colę de proſequendo ius ſuum
in curia ſeculari contra ipſum Duocium ex pronũciatio
ne dicti domini Vicarij,quā inhibitionem reuocauit,&
licentiam dedit dicto Colę de proſequēdo iũs ſuum cō
tra.d.Duocium in curia ſeculari. Et puncto quo quæri-
tur,an dictus Duocius ſit grauatus necne a dicta pronun
ciatione.Et auditis partium allegationibus,& quæ dice-
re uoluerunt habita collatione ſuper præmiſsis cum ſa-
pienti uiro domino Io.de Regio collaterali domi.Capi
tanei guerræ infraſcripto cōſilio aſſentiēte.Videtur pri
mo dictum Duoci.grauatum fuiſſe,quia† notorium in iu
1 re eſt,q̄ is cuius intereſt,admitti poteſt in iudicio p aliũ
inchoato,& in cauſa principali,& appellationis etiā eo
inuito qui primo iudicium inchoauit.ff.de ap.l.ab execu
tore.§.1.& l.ſe.& quando ap.ſit l.2.extra de teſt.ueniens
2.& de re iudi.Cum ſuper. Sed certum eſt q̄ fideiuſſoris
intereſt,& dictis.ll.probatur,quinimo in pleriſque iuris
articulis habetur q̄ qui ex ſua perſona ſe iuuare nō po-
teſt,iuuatur ex perſona alterius,& commodum ſentit de
pſona ipſius. ff.quemad. ſerui. amit. l.ſi cōmunem. C. de
na.lib.auth.licet & de conceſ.præben.auctoritate.lib.6.
¶Et ex his uidetur quod Duocius qui fideiuſſor eſt, non
obſtante renunciatione facta per dominum Domi.prin-
cipalem debitorem admittatur,ad proſecutionem litis
pro ſuo intereſſe. ¶ Econtra uidetur,nam aut iſte Duo-
cius uult in ſe aſſumere proſecutionē iudicij inchoati
inter Dominicum & Colam,tāquam extraneus,ut aut fa
ctum proprium pro ſuo Intereſſe, ſi ut extraneus uult ad
mitti non debent audiri niſi quorum intereſt,ut in l.nō
ſolēt,alias l.ſi.ff.de iud.Aut uult admitti pro ſuo intereſ
ſe, quod uerius uidetur.ut l.2.ff.quando ap.ſit.& tũc nō
debet audiri,quia cum alias ſuum ius deduxerit in iudi-
ciũ,& ſuccubuerit,& non appellauerit , & ſic ſententia
uel licentiæ datio in rem iudic.tranſierunt & de iure ſuo
non debet ulterius quæri licet illa ſententia non noceat
debitori,ut in c.cum ſuper de re iudi.& ſic creditor pōt
dicere ipſi fideiuſſori,quantũ ad te liberas ædes habeo
ut l.loci.in fi.ff.ſi ſerui.uen.ſic poteſt dic. Archidiacono
ſuccumbenti in c.cum ueniſſet de inſti.& c.cũ ſuper de
re iudi.& facit quod ibi no.per Inno.& Hoſt.circa fi.ma
gnę glo.Ad idem quod me.cau.c. cum dilecti. ¶Et ex
his uidetur quod Duocius qui ex perſona ſua inte
reſſe prętendere non poteſt inuito debitore, non poſs ie
iudicium inchoatum per eum deſertum reaſſumere.& ſi
diceres quare ergo Vicarius in iſto iudicio intentato in
ter Dominicium & Colā fecit inhibitionem Colę ne fa
ceret nouitatem Duocio fideiuſſori.Reſpondeo non fe-
cit hoc in fauorem Duocij ſed in fauorē Dominici.cum
enim pendente lite non poſſit fieri nouitas ipſi Domini
co per Colam creditorē ſi ipſe creditor poſſet inquieta
re fideiuſſorem iam inquietaret debitorē per interme-
diam perſonam.ſ.fideiuſſoris.& ſic conceditur una uia
q̄ alia denegatur.& eſt caſus.C.de uſu.rei iudi.l.ultim.in
fi. Et io hanc partem declinando dico & cōſulo ego Fe-
dericus Petrucij per dictum dominum uicarium ad con
ſulendum

fulendum aſſumptus Duocium ſæpe dictum a dicta pro-
nunciatione grauatum non eſſe.

¶Conſultatio facta ad Federicum.

S V M M AE.

1 *Appellatione interpoſita an non obſtante poterit iudex a quo parte appellata inſtante coguoſcere: & pendente appellatione ſententiam ferre.*

2 *Appellatio interponitur etiam a ſententia nulla.*

3 *Iudex appellationis ad inſtantiam partis appellatæ poteſt procedere in negocio principali omiſſo appellationis articulo.*

4 *Iudex quod poſſit reuocare grauamen niſi apoſtolos iam dederit uel a ſuperiori iudice fuerit ſibi inhibitum.*

QVAESTIO CCXLIII.

SI a ſnia nulla appelletur,nunquid transfertur iudi-
cium in iudicem ad quem parte appellata inſtante
1 † quod per iudicem a quo iterum fertur ſnia non
obſtante appellatione,& ſic ſenteтia non fertur pé
dente ipſa appellatione per iudicem a quo ualeat. hoc
dico ꝑ no.in c.dilecto per Inn.extra de app.

¶Reſponſio per Federicum.

2 ¶†Certum eſt ꝙ a ſnia nulla pót appellari ut ff.de app.ſi
expreſsim. Item certum eſt ꝙ ſi iudex reuocet grauamé
non intereſt appellãtis proſequi appellationem.de ap.
3 cum ceſſante.& eo.ti.c.antepe.li.6.†hinc eſt quod inſtã
te appellato iudex appellationis pót ꝓcedere in princi
pali appellationis articulo ꝓtermiſſo,quia nó hēt unde
conqueratur appellãs, & de hoc uidete plene de ap.c.j.
in uerbo partium li.6.ꝑ Arc.¶Prima igit facie dico ꝙ ſi
appellatus renúciat commodo ſniæ ꝓ ſe latæ quæ nul-
la eſt ꝑꝑ ſolēnitatē obmiſſam,uel iuris ordinē nó ſerua-
tũ & petit ex ipſis actis ſniam bene ferri ꝑ ordinarium,ꝑ
ſulit per l.4.de accu.nó occurrit prima facie ꝙ appellãs
poſsit cõtradicere.Habet.n.ꝙ quærebat,quærebat.n.ſniá
detegi nullam,& maxime habita ſnia pro nulla reſumit
cãm in eo ſtatu in quo cãm dimiſit Hoſt.tamē dicit in c.
4 cum ceſſante de ap.†ꝙ iudex pót reuocare grauamen ni
ſi iam dederit apoſtolos,uel ſi iudex ſuperior inhibuerit.
Sed iſtud dictum Hoſt.pót intelligi uerum quando factũ
ꝑ iudicem tenebat.licet.iniuſtũ, hoc uero nullũ. & pro
iſto dicto optimè facit de ſē.ex.ſacro ad finē.uer.ſi uero.

¶Conſilium do.Griffoli de monte Puliciano.

S V M M AE.

1 *Tempus an ſit in verbali citatione conſiderandum.*

2 *Effectus rei potius quam verba inſpici deberet attendi.*

3 *Argumentum de loco ad tempus an ſit validum.*

4 *Forum ſortitur quis ratione contractus, & aliquando ratione rei deſtinatæ.*

5 *Feriati dies ad quid potiſſimum inducti intelligantur.*

6 *Executoris citatio cuius ſit effectus res de modo procedendi.*

QVAESTIO CCXLIIII.

SVo do.Federico Griffolus. Salutem pro uoto in quę
ſtione veſtra,veſtro recto conſilio iam deciſa. Pri-
mo conſidero factum iudicis citare iubentis. Et tã
commiſſio de citando quàm etiam ſtatutus ad cõ-
parendum tempore legitimo & debito pręceſſerunt. Se
cundo conſidero factum nuncij ſine executoris citan-
tis.& verbalis citatio facta tempore feriarum. & ſic pro
hibitio emanauit & effectus citationis collatus fuit i tp̃s
permiſſum,ſ.ad diem comparitionis iuridicã. Mó reſtat
5 uidendum†nunquid ꝓmiſſa citatio facta uero die feria-
ta, & cuius effectus collectus eſt in diē non feriatam ſit
attēdenda. & ſic uitioſa & nó iure facta.Et primo vr nó
attendi neque conſiderari debere tempus uerbalis cita-
2 tionis.†Nam ſꝑ effectum potius q̃ uerba cõſiderare de
bemus.ff.de imē.le.l.3.§.conditio.& C.de lib.præte.l.
ſi quis filium cũ meteria ſua. Sed effectus præmiſſæ cita
tionis fuit collatus in tp̃e nó feriato ergo &c.Secũdo q̃a
aliquid fieri in tp̃e permiſſo,& fieri in tp̃e prohibito,&
eius effectum conferri in tempus permiſſum paria ſunt
ut ff.de hær.inſti.l.ut tp̃s.de dona. inter uirum & uxor.
l.ſi cum.§.ſi.cum l.ſeq.Sed præmiſſæ citationis effectus
collatus fuit in tp̃s permiſſum,ergo iuris ſortitur effectũ,
3 ut dicta iura plene probãt.¶ Tertio†quia licet argumē
tari de loco ad tempus.ut ff.de triti.l.ulti.Sed ſi Florentī
nus nó habēs domicilium.Senen.facit cõtractũ ſenis ubi
nó cõtraxit conueniendus erit, in quo quidem loco rõ
ne cõtractus potuiſſet alias conueniri.ut ff.de iudi.l.om
4 nem.†& ſic nó attēditur locus ubi uere contractus erat
celebratus,ſed locus ubi effectus ipſius eſt deſtinatus ut
ff.de iudi.l.hæres abſens.§.ult.& de bo.au.iudi.po.l.2.&
de ac.& ob.l.cõtraxiſſe.Sic ergò in caſu noſtro dēt attē-
di tp̃s uerbalis citatis, tempus quo eſt effectus citatio-
nis deſtinatus,& accedit quia dicimus cãm non factam
debere conſiderari ut ff.de fur.l.ſi quis fur.§.ſi eo cõſilio
& l.uerum.¶ Non ob.C.de feriis.l.ult.ubi dr taceat aperi
to &c.quia debet intelligi,ſ.pro eo.dic.& ita eſt in mul
tis libris gl.interline.Et quia per hmõi citationes factas
in die feriata pro alia die non feriata nec excludũtur nec
impediuntur partes ad paciſcendum & inter ſe tranſigē-
5 dum in die feriata,ut probant uerba.d.l.ult. †nam ideo
dies feriata eſt inducta,ut partes interim a lite ceſſet &
pacta conferant,& interim non uexentur,ꝙ cõſequi nó
poſſet ſi eadem die comparere artarentur.Et in caſu ꝓ-
poſito omnia prædicta litigantes conſequi poſſũt. Eo-
dem mõ rñdetur in auth.ut cũ de ap.cog.§.meminimus.
licet ſit caſus ſin.& ſpecialis.Et ad prædicta facit quia ci
tatio executoris quantum in eo eſt, procedit ſine cauſæ
cognatione & de plano,& potius gratia implendę cõ-
miſsionis ſibi factę ꝑ iudicem quã pricipaliter perſeip-
ſum ut ff.de noua.l.cũ.n.& ea, quæ de plano & ſine cau-
ſæ cognitione, & nó in forma iudicij agũtur diebus fe-
riatis rectè agi pñt.ut ff.de adulte.l.miles.§.ſexaginta.&
quis or.in bon.poſſe.& l.2.§.dies.& ibi no.¶ Liquet igi
tur ex pręmiſsis,& ex his quæ copioſiſsime allegatis cõ
ſilium per uos datum eſſe & fuiſſe iuridicũ & iuri & ue
ritati amicum,non obſtante ſententia contradictorum
mordentium quos puto potius animoſos,quam ratione
muueri.¶ Lap.¶ Faciunt ad hoc no.ꝑ Io.An.in nouellis
de ferijs.c.conquellus de fo.compe.Romana lib.6.Sum
ſemper paratus ad omnia grata nobis.

¶ Nunquid quæſtio decimarum poſsit agitari coram iu-
dice ſeculari.

S V M M AE.

1 *Cauſa ſpiritualis an poſſit coram iudice ſeculari agitari.*

2 *Decimarum præteritarum fructus an poſſint vendi,et de eis oriatur cauſa ſpiritualis vel temporalis.*

3 *Decimæ qua actione & coram quo Iudice petantur.*

QVAESTIO CCXLV.

DOmino Andrææ Vicario Epiſcopo Vlteran.
Federicus ſeipſum. Primæ parti ueſtrarum li
terarum reſpondens potius eligo haberi con
ſilium ſapientis quàm ad ulteriora procedi.
Vellem tamen quod operam daretis ut conſilium com-
mitteretur

mitteretur Senis ut poſſem uiua uoce defendere opinio
nē meā,& ſi ita fiat remiſſatis ad meas allegationes,quas
uobis ſcripſi ſuper hoc. Verumtamē ſi caute procedi poſ-
ſet ad litis conteſtationē non conſentiendo proteſtatio
ni,quā faciet altera pars,ſed potius tacēdo. uellē in iſto
caſu potius ꝓcedi ad conſiliū committi. ¶De ſecūda par
te uidi pluries dubitari, & uaria cōſilia proferri.reſp.Se
nis ſeruatur qđ uulterris.nam cōiter hmōi querelæ corā
ſeculari Iudice exprimuntur & finiuntur.Conferendo ta
1 men quid iuris uideamus.Et certū eſt quod † ſi iuſta cā eēc
ſpūalis non poſſet agitari coram iudice ſeculari tex.ſunc
de iudi.quāto de nr.cng.tuam. de hæreticis.ut inquiſitio
nis.§.ꝓhibemus.& de ſen.ex.ſi iudex lib.6.cum ſi.Sed an
ſit ſpiritualis uideamus primo Io.innuit qđ ſic.11.q.1.in
ſumma. Ber.& Hoſt.de fo.comp. ex tenore. Io.An. & Ar
chi.idem ſentiunt ex̄ de iudi.c.ul.li.6.Iſti tamen non alle
gant niſi iſto mō de deci.per totū. ¶In cōtrariū vr̄. Nam
huiuſmodi fructus poſſunt uēdi & locari de loca.noſtra
2 ne prælā.uices ſuas c.ul.Item † poteſt interuenire permu-
tatio ſuper fructibus decimarū præteritarū,ut no.de reb.
ec.non alī.ut ſuper in gl.1.& de rerum permu.c.ult.Sed ſi
eſſent ſpiritualia nō poſſent uendi,nec locari,nec cū tpa
lia permutari,iura ſunt notoria de hoc.Cum.n.petūtur de
cimæ ſeu primitię ſubtractæ nihil aliud petitur quā exti
matio in effectu,ut no.i ſimili caſu per Inn.de iureiur.ad
noſtram.1.& per Hoſt.de deci.homines ſuper uerb.quem
admodum.ergò poteſt eccleſia petere,quæ ſibi debentur
rōne cēſus,ſiue rōne tributi,ſiue ex locato,uel alia actio
ne coram Iudice ſeculari contra laicū.eodem modo po-
teſt petere fructus uel extimationem præteritarum deci-
marum. & ſorte hac conſideratione dixerunt Hug. Lau.
& Arch.14.q.4.ꝙ dicam.& recitat Ioan.And.de iudi.ca.
2.in cle.ꝙ uſuræ poſſunt repeti in ſoro ſeculari ꝑ decre.
ad noſtram.2.de iureiu.ſed melius facit de uſuris.poſt mi
ſerabilē.¶Aliqui dicunt quod iſta qō ſopita eſt per cauſā
extra de iudi.poſtulaſti.Sed quidam reſpondent ad illam
decre.quod ibi Iudex ſecularis non audit querelā ſuo iu-
re.ſed eius brachii inuocatur,ſicut poteſt inuocari i qua-
libet cā quantumcunque merè ſpirituali.& ſic intelligit.
Io.An.in c.2.de iu.in cle.¶Si uolumus tenere iſtam ſecun
dam partem poſſumus reſpondere ad iura , quæ primi in
3 ducunt,ꝙ licet illa iura dicant quod † coram iudice eccle
ſiaſtico poſſunt peti decimæ & excommunicari nō ſoluē
tes,nō tñ ſequit qđ nō poſſunt peti corā iudice ſeculari.
Nā multæ ſunt cauſę ciuiles,& criminales q̄ in utroq; fo
ro poſſent expediri. ſicut de materia cōſueuit plene tra-
ctari de fo.cōp.cū ſi. Si autē uolumus tenere partē primā
poſſumus reſpōdere ad iura , quæ inducūt ſecūdi,ꝙ licet
fructus decimarū primitiarū & oblationū poſſunt uēdi ,
& locari,& naſcat inde actio locati,& cōducti,& empti
& uenditi.ſi tñ agatur cōtra illū, q tenetur ſoluere deci-
mā de iure diuino uel canonico agi dēt in foro diuino.i.
canonico ut ſic iſta nō iure fori ſed poli iudicētur. Facit
2.q.4.§.hinc colligitur. ¶Sine ꝓiudicio ueritatis rn̄dēdo
poteſt diſtingui ſic.Si rector petit decimā uel primitiā à
laico & laicus refert q̄ſtionē ꝙ nō tenetur ſoluere deci-
mam.puta quia priuilegiatus eſt a Papa uel quia tenetur
ſoluere matrici eccleſiæ, & nō capellæ.uel allegat com
poſitionem facta auctoritate Superioris.uel quia petitur
decima de talibus rebus de quibus laicus negat decimas
deberi , & ſic eſt queſtio de iure ſoluendi . in iſto caſu
videtur quòd talis quæſtio ſiue principaliter ſiue inci-
denter moueatur ad forū eccleſię ſit referenda,& ſic in-
telligenda eſt prima opi.Si autem nō eſt quæſtio de iure
decimādi puta Rector agit ꝯtra prædonē frumēti uel em
ptorem,ꝙ frumentum nondum erat decimatū & ſic tran
ſiuit cum onere ſuo ut in c.paſtoralis.In iſto caſu non eſt
dubium ꝙ Iudex ꝯtra laicū poſſeſſorē poterit cognoſce
re. Item ſi rector petit res ſacras ad eccleſiā pertinētes ſi
bi ſubtractas uel ab illo detentas.Item ſi Rector petat laī
cū cōpelli ad ſolutionē decimæ ſubtractæ uel ad eius ex
timationē ab eo,q tenetur ſoluere decimā. & ſic ſola cō
pulſio quæ conſiſtit in facto poſtulatur & nō referatur in
dubiū de iure ſoluēdi in his caſibus & ſimi. credo Iudicē
laicū poſſe adiri, & ſic intelligat opinio ſecūdorū. & ſic
pōt tollerari cōſuetudo hactenus ſeruata in partibus iſtis
ſimile eſt ꝙ cōſueuit recitari de or.cn.tuā cū ſimil. ¶Lap.
¶Simile quod nota Pau.de cauſis uſurarū de uſuris c.uno
in clem.& Ioan.And.de ſoro compe.c.ulti.in fin.facit ꝙ
no.Io.And.de foro cōpe.c.laicus.de iuramēto i nouella.

¶Lapus.

¶Tamē non eſt magnū peccatum indiſtincte teneri.i.quòd
eccleſia cōtra laicos ſuper decimis habeat duos Iudices
cū hoc eccleſiarū fauorē reſpiciat.Et pro hoc facit decre.
poſtulaſti de homi. maximè cum ſubtractio decimæ , &
aliarum rerum ſpiritualium poſſit dici ſacrilegium. Ad
hoc de pecu.cle.inquirendæ.12.q.2.c.3.cū ſimili.& ſi ſic
eſt.habeo intentum ut in c.cum ſit de foro compe.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Beneficiatus eccleſiæ non ſeruiens non debet ex ea com-*
modum ſeu redditum recipere : nam beneficium datur
propter ſeruitium non econtra.
2 *Canonicus exiſtens in ſtudio,an & quo pacto fructus ſui*
canonicatus percipiat.

QVAESTIO CCXLVI.

DE iure cōi,q nō facit officiū uel nō ſeruit eccleſiæ
1 non dēt uiuere de altari quia † ꝑ officiū & ſerui
tiū datur beneficiū.extra de cle.non reſi.c.cōque
rēte.& de præb. c. cū ſm apoſtolū & in l.generaliter.C.
de epi.& cle.canonizata.16.q 1. generaliter.uer. eos tñ
de reſcri. c.ult.li.6.Hinc eſt quod excōicato ſubtrahitur
beneficiū,quia non poteſt facere officiū de ap.paſtoralis
in ſi.& de ęta.& qua. cū bonæ. Iſta regula patitur pluri-
mas exceptiones prima ſi eſt conſuetudo ꝙ præbēda de-
beatur abſenti conſuetudo poteſt tollerari.ut no.de con
ſti.cū oēs in ſi.& in d.c. cōquerēte.& no.Hoſ.de pręb.ſi-
gnificatum quinimo ualet conſuetudo ꝙ fructus præbē-
dæ poſſint deberi mortuo ꝓ ſuo anniuerſario uel eius hæ
redibus.ut i extra.do. Papę Io.22.quæ incipit ſuſcepti &
ita diſputādo determinat In.An.de re.iur.nemo pōt plus
li.6.in merc. Et cū diuerſimodè ſit ſeruatā in eccleſia de
Bozane ſeruabitur conſuetudo minus præiudicās eccle-
ſiæ de couſu.c.cū olim,& per cōſequēs debetur minima
ꝓbenda.ut l.nummis.ff.de leg.3. uel forte conſanguinita
tis rōne debeī medietas uel alia,quæ datur in pari gradu.
ar.C.de le.l.cū alienā.qa in liberalibus domeſtici ꝓferū-
2 tur extraneis.86.diſt.non ſatis. Item † ſi canonicus eſt in
ſtudio de licētia Prælati ſui debet haberē de iure cōi fru
ctus prębendę ſuæ ut de cle.nō re.c. tuæ.& de magiſtris.
c.ulti.Et hoc tenet Archi.de priui.c.2.li.6.Io.An.contra
ubi tenet ꝙ nō habet de iure cōmuni.ſed ex diſpoſitione
Epiſcopi.Sed ſtandū uidetur dicto Archi.uel ſi ſcholaris
eſt in ſtudio Bonon.debet habere fructus præbēdę ſuę ex
priuilegio clementis rennuato per Papam Io. ¶Itē ſi ca-
nonicus eſt abſens pro ſeruitio eccleſiæ ſuæ,uel domini
Epi,uel Papę debent recipere præbendam. ut de cle.nō
re.c.de cætero.& c.dilect.& c. ad audientiā.& de ele.cū
nō deceat li.6. ¶Item ſi infirmitas uel alia corporalis ne
ceſſitas excuſat eū a ſeruitio.vt patet de cle.nō reſi.c.uno
li.6.& per corporalē neceſſitatē intelligit Arch. omne
iuſtū impedimentū ut ibi no. Si ergo apud dictā eccleſiā
vbi qs eſt canonicus nō pōt fieri reſidētia qa nō ſūt ibi
domus ad habitādū maximè culpa prælati merito excu-
ſatur canonicus à reſidentia. ¶Itē cum dominus Andre.
ſit canonicus i eccleſia Cathedrali.& ibi debeat reſidere

ut de præben.extirpádæ.§.quæro meritò iuris auctorita
te excuſatur.¶Item cum quis habet duo beneficia ſiue ex
diſpenſatione, ſiue de iure cõi, cum alterum per ſe non
ſufficit,reſidendo in uno,excuſatur à reſidétia alterius.
ut no.de præb.non poteſt lib.6.igitur conſultor excuſa-
ri non poteſt quin do.Andreæ.conſulat dari deberi ſal-
tem minorem præbendam pro eo tempore quo fuit in
ſtudio, & quo fuit Canonicus, & eo tempore quo per
Priorem ſtetit quominus poſſet fieri reſidentia in dicta
canonica. ¶Sequitur additio Lap.ſuper uerbo omnes.
¶Hoc intelligit uerum Huſt.ibi ſi deſeruiat per alium
alias dicit conſuetudinem non ualere. Lap.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Epiſcopus an ſine conſenſu Capituli poſſit aliqua loca in perpetuum eximere.*

2 *Ius ſibi quærendum repudiare tolerabilius eſt quam quæ ſituum remittere.*

QVAESTIO CCXLVII.

CAſus talis eſt.Quidam eṗs tṗe cõſtructionis cuiuſ-
dam hoſpitalis ad petitionem conſtructoris exe-
mit ipſum hoſpitale generaliter uel particulari-
ter à iuriſdõne ſua,uidelicet q̃ non poſſet uiſitari ab eo,
uel ſucceſſore & q̃ non tenetur ad quartam relictorum
ſiue mortuariorũ,& hãc exemptionem facit ſine conſen
1 ſu capituli ſui.Quæritur† an epiſcopus hoc facere potue
rit.Et uidetur dicendum q̃ non,quia talis exemptio & li
beratio habet ſpẽm alienationis, & præiudicaretur iuri
& iuriſdõni epiſcopi.ad hoc facit de his quæ fi.à præl.c.
antep.& pe.& ẽt ubi aliquid tṗale remittit uel donat re
quiritur conſenſus Capituli. de dona. paſtoralis in fi.ad
premiſſa facit.c.ſicut uenire de exceſ.prela. & de reb.ec.
non alie.c.2. in cle.cũ ſua materia. Et prædicta maximè
procedũt in uiſitatione, in cuius remiſſione maximè ṽr
poſſe epiſcopus,q̃ in alijs iuribus tṗalibus.ut de cenſi.c.
uenerabilis.& no.in d.c.paſtoralis in fi. ¶Item in remiſ-
ſione quartæ epiſcopalis expræſsè not. quod epiſcopus
non põt.12.q.3.c.ul.& de reb.ecc.non alie.ca. poſſeſſio
nes.in j.gl. & quod talis remiſſio facta p̃ Eṗm ſit minus
iuſtus titulus not.de præſcri.de quarta. niſi quo ad dan-
di cãm præſcribendi.ut ibi no.de his quæ fi.à præla.c.2.
¶Sed diceret aliquis præmiſſa habent locum poſt ædifi-
cationem,& conſtructionem,& conſecrationem, ſecus
ṽr ſciente conſecrationem tṗe cõſtructionis, ut præſup
ponit ad hoc de iure pa.c.præterea.de conſi. quanto.18.
2 q.2.eleuterius.Nam † facilius eſt repudiare ius ſibi quæ-
rendũ,q̃ acquiſitũ remittere,uel donari. ad hoc de his q̃
fi.à maio.par.ea.c.ex ore.& quod no.de tran.c.2.in gl.er
go & de do.inter ui.& uxo.c.ul.in gl. 2. Dico quod pri-
ma dicta uendicant ſibi locum ẽt in eccleſijs conſtruen-
dis,& tṗe conſtructionis.Nam ualde eſſet præiudiciale,
& onerosum Eṗo & eṗali menſæ q̃ eccleſia eſſet in ſua
diœceſi.& quod non habeat ius eṗale in ea, & ſi hoc cõ
ſideretur in una eccleſia eadem rõne poſſet in alia, & ſic
poſſet eneruare totã iuriſdõnem eṗalem,ſed hoc eſt ab-
ſurdũ ergo & illud.Ad hoc facit quod no. Ber.de cõſue.
cũ dilectus in gl.licet eṗs in fine.quæ fuit additio a tem
pore Inn.& idẽ tenet ibi Hoſt.qui Hoſt.glo.Inn.reponit
clarius quam ipſe idem Inn.ponat. ¶Item ſi eṗs non po-
teſt cõcedere tẽpore fundationis quod laicus habeat uo
cem in eccleſia collegiata,in qua conceſſione non pre-
iudicatur iuri Eṗi ut no.de iurepa.nobis ergò multo mi-
nus hoc põt ubi ſibi & ſuæ eccleſiæ enormiter præiudi-
catur. ¶Non ob.contrariũ quia in nullo fit preiudicatio
menſæ epiſcopali.Ad premiſſa benefaciunt.x.q.1.c.2.&
de conſecra.diſt.1.c.precepta.alias præterea.

¶In Chriſti nomine amen. ¶Federicus.

S V M M AE.

1 *Appellatio iuſta & uera negotium principale cum ſuis acceſſorijs & dependentijs transfundit ad Iudicem appellationis.*

2 *Appellatus quod non poſſit trahere appellantem nolentem & inuitum ad iudicium niſi circa finem anni.*

3 *Appellans quod poſſit renuntiare appellationi & pœnitere.*

4 *Appellatus quãdo poſſit trahere appellantẽ ad curiam.*

5 *Reſcriptum iudiciale non debet reo an citationem, & illius præſentationem nocere, cũ actor poſſit illud rumpere & pœnitere.*

6 *Appellatio quod principaliter inducta ſit ad ſolius appellantis commodum & fauentem.*

7 *Cauſa alteri commiſſa quod reuocata iuriſdictio cuiuſcunque alterius Iudicis.*

8 *Clerici & Prælati priuilegio clericali gaudentes quod non debeant trahi ad iudicium ſeculare.*

QVAESTIO CCXLVIII.

CAſus talis eſt. Bertraodus executor deputatus per
ſedem apoſtolicam ſuper gratia facta Martino in
Romana curia exiſtẽti,fecit proceſſus ſuos cõtra
quendam poſſeſſorem cuiuſdam beneficij Sen. diœceſis.
Ex quibus proceſſibus poſt eorũ notitiã.j. tempus debi-
tum appellatum extitit per illum poſſeſſorẽ ad ſedẽ apo
ſtolicã coram uicario do. Senẽ. epiſcopi tanquã corã pu
blica & honeſta perſona, quia propter breuitatẽ termi-
ni,& abſentiã executoris non potuit in eius pñtia appel
lari,nunc apparet quidã procurator illius ob cuius fauo
rẽ facti fuerunt proceſſus,& corã Iudice ſeculari cõis Se
nen.petit illum poſſeſſorem cogi ad dandũ ſibi copiam
illius appellationis.¶Modo quæritur nunquid recte pe-
tat. Et dicendum eſt quod ſiue petens foueat iuſtitiã ſiue
nõ ineptè petit clericum compelli coram Iudice layco,
quia actor forũ rei & c.ut in c. cum ſit gñale de foro cõ-
pe. Itẽ nec idoneus Iudex ṽr do. Vicarius Epiſcopi,quia
1 † per iuſtam & uerã appellationem negociũ principale
cũ oibus ſuis acceſſorijs & dependẽtijs ad Iudicẽ appel
lationis trãsfuſum eſt tanquam ad maius tribunal, & ſic
ſuſpenſa eſt iuriſdictio inferioris Iudicis,patet de appe.
c.ut noſtrum.& c.præcedenti in fi.& eo.tit.c. appellatio
nib.lib.6.Sed poſito q̃ alias ſimus coram Iudice compe-
2 tenti quid erit,idem eſt.ſ.quia non poteſt cogi † quia ap
pellatus non põt trahere ad iudicium appellantem inui
tum niſi circa finem anni ut extra de app.oblatæ. & 2.q.
3 6.ſiquis appellat † imò appellans poſſet renunciare ap-
pellationi,& pœnitere ut in l.ſi quis libellos canoniza
ta.2.q.6.ſiquis libellos,ſed Inhibitio copiæ appellatio-
nis eſt de præparatorijs proſecutionis. ergo non põt co
4 gi ad id inuitus.¶†Item per iura noua appellatus põt tra
here appellantem ad curiam ut extra de ele.c.1.lib.6.&
eo.tit.cauſam hoc uerum eſt,quando appellatio intima
ta eſt appellato,uel eius procuratori ſpeciali,ſed in po-
teſtate appellantis eſt intimare uel nõ intimare. Nam ſi
appellens uult cãm tñe in curia, & appellatũ cogere ad
proſecutionẽ neceſſe hẽt intimare ſaltem j. mẽſem &c.
ut in c.cãm de ele.in cle.Et ſic debet intelligi de ap.c.j.
in clemen.ſed ubi appellans nõ uult proſequi,nullo iu-
re cautum eſt, q̃ appellatus cogat uel cogi faciat appel-
lantem inuitum. Ratio eſt, quia cum appellatio ſit hic
interpoſita nõ coram Iudice & parte abſente extraiudi-
cialiter non põt dici uel computari iſta appellatio in-
ter acta forenſia. ¶Non ob.gl. Innocen.de proba.cap.1.
quia loquitur de actis forenſibus,& depẽdentibus ad fo
renſia ut patet per iura quæ allegat, & ſic non commu-
ne,ſed proprium eſt iſtud inſtrumentum appellationis,

ſi proprium.

ſi proprium.ergò non debet edi.ſed immediatè quod ap-
pellans proſequitur appellationem & producit & utitur
inſtr͂o appellationis tũc illud inſtr͂m factum eſt cõe & de
bet edi. Optime facit quod no.per Hoſti. de reſti. ſpo.ex
5 conq̃one poſt Inn.ubi no.quod † reſcriptum iudiciale de
quo magis vr̃, nunquàm prodeſt reo. nec aliquid hẽt fa-
cere in illo niſi poſtquam litteræ ſunt præſentatæ Iudici
bus.& citatio ſubſecuta eſt. & niſi hæc fiant põt actor pę
nitere.& ſuum reſcriptum rumpere.quia in ſui fauore cõ
6 ceſſum eſt reſcriptum.†Sic appellatio eſt inducta in fauo
rem appellantis qui põt ei renunciare.& chartã appella-
tionis dentibus lacerare, & poſtea appellatus quærat il-
lam raptam.¶Præterea qũo põt Iudex ſecularis hoc face
re,nonnè notum eſt ſibi per litteras autẽticas quomodo
cã iſta pendet in curia legati, & notificatum eſt ſibi ꝑ Au
7 ditorem dñi Legati de pendentia litis. † ¶Ex quo ergo cã
alteri commiſſa eſt, nonnè reuocata eſt iuriſdõ cuiuſcun
que Iudicis certè ſic.de ap.ut noſtrum de offi.de le.Iudui
ſti extra de accu.ad petitionem. ¶Præterea quomodo po
teſt ferre Poteſtas & eius conſiliũ quod in contẽptum iu
riſdõnis eccleſiaſticæ cogat Prælatos in ſua curia litiga-
re maximè cum imprime indiſſolubilibus nexibus cũ ſan
cta Romana eccleſia ſunt coniuncti. Aut ergo illa cõiun
ctio eſt uerbalis,ꝙ non eſt credendum, aut realis & tunc
re,& opere debent membra & priuilegia Romanæ eccle
8 ſię honorare,inter quæ illud eſt potiſsimũ, † ꝙ clerici &
Prelati priuilegio clericali gaudentes non debent ad ſe
culare iudicium trahi.extra de iu.& qualiter. & c.clerici
cũ mille cum ſimilibus. Dimittat ergo Poteſtas Deo quę
ſunt Dei. & quæ ſunt Cęſaris ſibi ſeruet.

¶Conſultatio Federici de Senis.

S V M M AE.

1 *Alienatio bonorum eccleſiæ ad hoc ut ſit ualida præſup-
ponit cauſæ cognitionem, epiſcopi autoritatem: & Ca-
pituli conſenſum.*

2 *Alienatio non debet in eccleſiæ leſionem admitti: alias
competit reſtitutio.*

QVAESTIO CCXLIX.

DOmino Michaeli de Florentia Fede.Senen. Noue-
ritis ꝙ quædam modica q̃o eſt, mihi conſulenda
commiſſa,quæ talis eſt.¶Eccleſia parochialis de
ſtructa eſt.nec ſũt aliqua mobilia unde poſſet re-
parari. Exhibet Rector eccleſiæ petitionem Epiſcopo ut
poſsit aliquod prædium eccleſiæ alienare nullo prædio
ſpecificato.Epiſcopus committit uni presbytero ut acce-
dat perſonaliter ad eccleſiam,& inquirat ſi eccleſia indi
get reparatione.ac ẽt inq̃rat de poſſeſsionibus eccleſiæ,
minus utilibus ad retinendum,& plus utilibus ad uendẽ-
dum,& quod de prædictis inuenerit referat. Iſte cõmiſ-
ſarius retulit Ep̃o eccleſiã indigere reparatione. & quod
expẽſa aſcendit & aſcendere poterit uſque ad ſummam
ducentarum librarũ. ſed de poſſeſsionibus nihil retulit.
Demum Ep̃s dedit licentiam presbytero uendendi certũ
prędium. nec apparet nec apparere põt ꝙ aliqua exami-
natio uel cauſæ cognitio ſit adhibita circa rem alienatã.
Prima facie uidebatur mihi quod alienatio non ualebat.
Conſului quendam mixtum idest in utroque iure peritũ
& ipſe reſpondit. Idem tamen inſerit quędam alia quæ
non puto uera. Mitto uobis conſultationem quam fecit
ad illam & reſponſionem ſuam.

¶In conſultatione illa ſunt quędam alia de quibus nõ cure
tis remittatis mihi iſtam literam & cedulam Abbatis de
Podio Boniti.cuius concluſionem nõ credo ueram.& cõ
ſultationem quam miſi illi perito, & ſuam reſponſionẽ,
& reſponſionem ueſtram. Iſta q̃o non aſcendit ad centũ
libras, modicum ſalarium habeo,ꝙ diuidere uobiſcũ nõ
putaui.expedit.n.ſolummodo pro me.& ut non errẽ pro
ueritate habenda uos conſului.unde reſponſio ueſtra eſt
facienda mihi, & non partibus & iccirco ſalarium non
mitto.teneatis Henricum quia ut credo dubia quæ con-
ſiſtunt in iure ſunt uobis leuia unde modica de liberatio
ne indigetis ualete.

¶Reſponſio ſiue conſilium domini Michaelis de Florentia
ſuper prædicto themate.

¶Attento themate pręſuppoſito vr̃ mihi prima facie,ꝙ alie
natio teneat moueor maximè,quia ſolẽnis cãę cognitio
de qua uidemini intelligere, non occurrit mihi ꝙ ſit de
ſubſtantia alienationis.¶Nõ obſtat gl. Inn.in c.ut noſtrũ
ut ecc.benefi.quia ſi bene aduertatur non de tali ſolenni
cauſę cognitione loquitur ſed dę cauſę cognitione, quę
interuenit in tractatu alienationis.Facit gl.Io. An.de re.
ec.non alie.c.1.lib.6.ſuper uerbo tractatus in fine. ubi di
1 cit ꝙ † neceſſaria ſunt cãę cognitio,auctoritas Ep̃i & cõ-
ſenſus Capituli.Et planum eſt,ꝙ de tractatu alienationis
loquitur dum dicit cãę cognitio,quia de illo loquitur il
la decretalis.¶Item nec uidetur neceſſaria talis cognitio
per.§.ubi decretum allegatum per uos quia decretum in
talibus non uidetur neceſſarium, ſed ſolum licentia ſiue
conſenſus ita loquuntur iura.12.q.2.ſine.& c.abbatibas.
& 17.q.4. in uenditionibus & hoc ſentit Inn. in c.prędi-
cto dudum.¶Non obſtant iura allegata in contrarium,&
quæ poſſent allegari quia non de alienatione rerum ec-
cleſię, ſed de alienatione rerum minoris loquuntur, in
qua maior ſolennitas requiritur, & quę in multis diſtat
ab illa.ut in l.magis allegata per uos & probatur & nota
tur per Inn.in prędicto. c.dudum in gl.12.q.2.poſt prin-
cipium. ¶Pręterea ſi aliqua cãę cognitio foret neceſſaria
illud deberet intelligi de illa.an ſcilicet expediat ex tali
cauſa rem alienari.non autem illa an expediat hoc prę-
dium magiſquam illud alienari ſm̃ uos expedire poſſet
magis illud quàm illud alienari. quod probatur ſic.Nam
licet Ep̃s benefaciat hoc inquirere & potius uult prędiũ
minus utile alienari,quàm magis utile,tamen non eſt ne
ceſſarium.nam illa ſolennitas.aut.hoc ius porrectum.C.
de ſac.ſan.eccl.ꝙ primo minus utiles &c. Hodiè non ſer
uatur ut notant moderni in c.dudum,de re.eccl. nõ alie.
lib.6.¶Vnde puto ꝙ etiam ſi conſtaret illud prędium ma
gis utile poſſet auctoritatem ſine conſenſu preſtare & te
2 net alienatio.Licet fatear quod † ſi ex hoc lęderetur ec-
cleſia haberet reſtõnem. ad quid ergo eſſet talis cãę co-
gnitio de ſubſtantia. ¶Item in caſu propoſito maximè nõ
vr̃ neceſſaria talis cãæ cognitio quia cã alienationis eſt
cã neceſsitatis. Vnde licet uideatur neceſſarium qñ ex cã
utilitatis ſit alienatio, inquirere quam rem magis expe-
diat alienare,quia hoc de ipſa cã principali alienationis
inquiret.non ſic uidetur qñ ex neceſsitate procedit quia
ſufficit quod cã neceſsitatis ſubſit ut procedat alienatio.
Simile huic quod no. Arch.ſecũdum Io.12.q.2. ſiue in gl.
ſed nonne. ſ. ꝙ licet quando ex cã utilitatis ſit alienatio
non ſufficit ꝙ ſit utiliter cœptum, & poſtea incipit eſſe
damnoſum tamen ſecus quãdo ex cauſa neceſsitatis pro
ceſsit alienatio. ¶Item quia & ſi dici poſsit quod epiſco
pus de hoc habeat inquirere tamen licet non præceſſerit
inquiſitio teneret licentia,& ualeret alienatio.ar.l.ſi pu-
pillorum.§.ſi prætor uer.quid ergò.ff.de reb.eo.ubi dici-
tur,ꝙ licet prætor malè faciat concedendo tutori uende
re, uel obligare, quia ipſe debuit declarare quod magis
pupillo expediat, ſcilicet uendere uel obligare. tamen
ſit in arbitrio tutoris. Sic ad propoſitum, & ſi epiſcopus
debuerit inquirere,ꝙ prædium magis expediat alienare,
tñ ſi non fecit ſed dedit licentiam nedum in ſpecie ſed
etiam in genere alienandi uſque ad talem ſummam erit
in arbitrio alienantis. & tuetur alienatio licet fatear ꝙ
ſi læderetur eccleſia competere reſtitutio.Pręterea forte
dici poteſt quàm hæc ſolẽnitas præſumetur fuiſſe neceſ-
ſe prout uidetur not. Guil.in Spe. de emp.& uen.§. nunc
dicẽdum reſtat uer.& breuiter. Licet huic multum repu-

gnet quod de ſolẽnitate intrinſeca & extrinſeca not.per gl.Dy.in l.ſciendum.ff.de uer.ob.& no.eriam inſti. de fideiuſ. in fi. ¶Quod autem dixiſtis, quod per acta conſtat illam ſolennitatem non fuiſſe ſeruatam,& ſic nõ eſſe locum coniecturis non intellexit, cum per præpoſita mihi non appareat conſtare ſolẽnitatem non fuiſſe ſeruatã,licet non poſsit dici conſtare ſeruatã fuiſſe,& ſic uidearur poſſe locum eſſe coniecturis. Iutibus illins prudentis nõ cutaui reſpondere, quare & uos non curetis. ¶Similiter quia parũ mulcent aures & uos melius noſcins quid cõcludant. ¶Reſpondeatis quid conſulueritis & rationem principalem, quæ uos mouebat ad conſulendũ propter feſlinantiam nuncij non potui cõferre cum prudentibus Florentiæ, tñ conferam hodie & ſi ſentiunt contratinm eius quod ſcribitur ſtatim reſcribã.Occurrunr mihi prædicta ex illa modica deliberatior e quam potui habere.

S V M M AE.

1 *Vocis & ſcripturæ ſignificatio non eſt tam attendenda in teſtamentis,quàm teſtantis intentio.*

2 *Legis ſalcidiæ diſpoſitio non procedit ubi teſtator legauit creditori ſuo ut liberationem conſequatur.*

3 *Legatum non dicitur, quòd ob remunerationis cauſam conceditur.*

4 *Vſurariorum priuatis ſcripturis quod utique credatur in ipſorum odium non minus quam animarum fauorem.*

QVAESTIO CCL.

EX teſtõ condito à Raynerio Bindi de Aſciano de quo conſtat per manum Ioannis Caracellæ quondã Geraldi notarij,qui Raynetins multa reliquit hoſpitali nouo miſericordię de Piſis ad hoc ut cõſequeretur indũlgentiam,& remiſsionem ſuorũ peccatorum,& maximè malè ablatorum ſecundum tenoré priuilegiorũ conceſſorũ à ſede apoſtolica eidem hoſpitali,ut in dicto teſtõ latius continetur. Orta eſt dubitatio quia fideicommiſſarij teſti,qui & inuentarium fecerunt de bonis teſtatoris, & multa alia diſpoſuerunt, dicunt ꝙ ipſe Raynerius legauit pluſquã haberet in capitali, & uoluit defalcare ſeu dedncere de legatis factis hoſpitali, & ſoluere legatarijs pro libra & ſolido pro rata unumquemque legatarium contingente.Hoſpitale contradicit quibuſdam rõnibus. De qua dubitatione & rõnibus hincinde motis conſtat in quadam priuata ſcriptura ſeu cædula quæ incipit. Dñs Alexander Papa quartus, & finit iudicium dari in ſcriptis. Quæritur quid iuris. Etiam uiſis dicto teſtò & priuilegiorum copijs vr̃ nnbis Abbati ſanctl Michaelis de Podio boniti & Federico de Senis decretorum doctoribus dicendum,ꝙ hoſpitale debeat habere integrum legatum,& nõ debet pati diminutioẽ pp equa-
1 lit tum ſernandam quo ad alios legatarios,quia † omnibus modis quantum eſt poſsibile dẽt ſeruari mens & intentio teſtòris ẽt cootra ſignificationem uocis,ut omnia iura clamant de teſt.c.3.& c.tua nos, faciunt concordantiæ poſitæ de uer. ſigni.præterea. & de re.iu.contra eum li.6. Sed in caſu noſtro ſi fieret diminutio fraudaretur uoluntas teſtatoris quĩ legauit de bonis ſuis ob cãm quam conſecutus fuit in uita ſua. ſ.remiſsinnem peccatorum. Ergo ſi fiar diminutio de legato facto hoſpirali, aut minuetur in purgatorio remiſsio peccatorũ, quod ſentire eſſer hæreticum, de pœni.diſt.3.diuina clementia. Aut fraudabitor hoſpitale, quod tantam remiſsionẽ non dediſſet, uel daram non declaraſſer ſi ſciuiſſet legatũ ſuum
2 diminueodum & utrumq; uitandum eſt.¶†Præterea certum eſt quod ſi reſtator legauit creditori ſuo aliquid ut cõſequatut liberationem rõ falcidiæ locum non hẽt ut. ff.ad.l.fal.l.cum dotem cum ſua gl. Sed cum iſte Raynerius propeccatis ſuis quibus omnes ſubiacemus, ut. 12. q.5.pro obeuntib.ſit Deo obligatus & liberatione & remiſsione à Deo indigeat, tanq̃ à ſuo creditore, & inter alios modos liberationis eſt indulgẽtia,& Papalis remiſſio,ut de pęni.& remiſ.cum ex eo cum ſimilibus, & uelit cyrographum ſuæ obligationis tollere & cãcellare,iuxta illud Ambroſij.77.di.hũc numerum,ſequitur ꝙ illud, ꝙ datum fuit hoſpitali non fuit domum,legatum,uel domum ſpeciale,ſed potius prætium indulgentię apoſtolicæ peccatorum redemptio,ut locũ habeat illud Ambroſij,pœnitentia & eleæmoſynis redime peccata tua,ut de
3 pœni.di.1.c.medicina.†¶Præterea illud,ꝙ datur uel cõceditut ob cãm remunerationis, non eſt ſimpliciter legatum,uel datum,ſed potius retinet uim cuiuſdam permutationis.Ad hoc facir.ff.de peti hære.l.ſed & ſi.§. conſuluit,& mandat.l. quia de mutua in fi.cum ſeq. ad quam quis naturaliter obligarur ut in l.prædicta, & 18.q.2.illud.¶Præterea certum eſt,quod priuatis ſcripturis uſurariorum creditur non ſolum io ipſorum odium,ſed in fauorem aiarum ipſorum,ut de uſuris c. uno in cle.multofortius publicæ ſcripturæ confectæ hora mortis in qua hora nemini credendum eſt, quod ſit immemor ſuæ ſalutis ut.1.q.7.ſcimus. Cum ergo iſte nomine incertorũ dicat & aſſerat ſe obnoxium culpæ & reſtitutioni incertorum & relinquirur hoſpitali ur accipiat ueniam peccatorum & remiſsionem, merito credendum eſt ſibi ꝙ nõ ut donum ſed ut æs alienũ relinquitur hoſpitali,ꝙ integraliter primo deber deduci de patrimonio inſti.ad.l. fal.in fi. ¶Præterea poſito ꝙ prædicta uim legati nbtineant, q̃ tñ obtinent uim remuneratinnis ſeu permutationis ut s. dictum eſt,tamen confectio. Inuentarij,& alia facta hoſpirali ignorante & quidem in maiori ſumma legatarius erat non præiudicanit ſibi.Ad hoc.C.de iure delib. l.ſcimus uer. non autem dubius, & ſic hoſpitale aſſertioni fideicommiſſariorum ſtare & credere non debet nec tenetur. ¶Præterea in multis iuris articulis ſunt priuilegiata relicta ad pias cauſas ut paret.C. de leg.fal.aut.ſi mulier. & de epiſ.& cler.ad quod.& de ſac.ſan.ecc.l. ut iuris dominium.& de cooſue.c.2. Ex quibus uidetur hoſpitale integre deber conſequi legatum ſibi deſignatum, uel datũ, & credo uerum & equum.

¶ In Chriſti nomine amen.

S V M M AE.

1 *Miſſus uel nuncius credi non debet niſi probet ſuam poteſtatem habere ab eo, qui poteſt.*

2 *Præceptum poteſt diuerſis ex cauſis dici uitioſum, & iniquum.*

3 *Decretum iudicis an excuſet ab operæ.*

4 *Iudex delegatus an poſſit brachio ſeculari ſe iuuare ſine ſpeciali mandato: & an poſſit plus quàm delegans.*

5 *Poſſeſſor alienæ hæreditatis,euicta ſibi hæreditate tenetur hæredi cedere actiones ſibi competentes contra colonos pro debitis non exactis.*

QVAESTIO CCLI.

CAſus talis eſt.Iacobus de Cremona Iudex collateralis Poteſtatis cõis Senen.citauit quoſdã laboratores mediarios & molẽdinarios Plebis de Baſano. Senẽ. Dyoc.& comitatus,qui cõſtituti ante pñtiam dicti Iudicis occaſione dictæ citationis ad ĩterrogationẽ dicti Iudicis confeſsi fuerunt,ꝙ erãt laboratores,coloni mediarij,& molẽdinatij dictæ plebis,& in poſſeſsionib.dictæ plebis,& in eius molẽdinis ſtabãt, & laborabãt ꝓ dicta plebe & pro do.Nic.dñi Volti de Malauoltis plebano dictæ plebis,quibus ruſticis ꝑdicta cõfitentibus dictus Iudex aſſerens, ſed non oſtẽdens ſeu fidem faciens ſe hẽe in mandatis à dño Bertrando, quẽ dicebat executorem datum ab apoſtolica ſede Vgoni Bindi Bẽtiuenis de Senis, ea q̃ ſequuntur mandauit ſub certa pœna. ꝙ de fructibus & redditibus terrarum & poſſeſsionum quas tenebant

reſpon-

reſpóderēt dicto do.Vgoni tāquā plebano uel eius ꝓcu-
ratori, à quo præcepto dicti ruſtici expoſuerunt querelā
grauaminis & dixerūt à dicto p ræcepto ſe grauari, nunc
quæritur an ſint audiēdi necne. Dicendū eſt, qđ ſic, pluri-
bus rōnibus. Primo quia cū ipſe do.Iacobus dictū præce-
ptū fecit tāquàm Cōmiſſarius, uel Executor, ſeu Miniſter
dicti domini Bertrādi quē aſſerebat executorem, & non
fecerit nec obtulerit tpe dictæ citationis uel præcepti
copiā iuriſdōnis , & poteſtatis ſibi traditæ non fuit ſibi
eredendum, & impunè poteſt ſibi non pareri & tanquā
à priuato uideř tale præceptū emanaſſe, licet in iuris ef-
fectu tale præceptū fuerit nullū, de facto tñ grauauit. nec
egemus argumentis, ſed tex. ſunt in prompto de offi. de-
leg. cum in iure. & uide quod ibi no. Pe. de Samp. & de di
la. c. ij. de reſcrip. cum contingat, & ibi gl. ſuper uerbo ꝑ-
5 cipimus. Non enim † debet qs credi miſſus, uel nuncius,
uel deſtinatus niſi probet ſe miſſū & deſtinatū, & habere
poteſtatē ab eo qui poteſt, extra de hære. cū ex iniuncto.
42. di. quieſcamus. C. de man. l. una. & hoc tangit ad lite
rā Hoſt. de re iu. c. qđ ad cōſultationē in gl. magna in fi.
dicit eñ loquens de huiuſmodi Miniſtris, & executorib.
talibus eñ omnino parendū eſt non contumaciter reſiſtē
dū, ꝙ intelligas qñ cōſtat ipſos eē certos nūcios, & de for
ma mandati ſibi dati ab eo qui dare poteſt, alioquin ei re
ſiſti poteſt. C. de iu. fi. l. prohibitū lib. 10. Idē ad litteram
tangit Arch. in l. canonizata. 25. q. 2. & ſi ſit fraus. uerſi. di
cit enim ſequens Ber. & Compo. quod executor dēt face
re copiā ſuę iuriſdictionis, aliàs pōt ab eo licite appella-
ri, & quare uerba fundunť, nonne ſi aliter diceremus qui
libet poſſet ſe cōfingere Iudicē, uel executore in ꝑiudiciū
alterius ſi nō teneretur oſtēdere poteſtatē ſibi datā ab ho
mine, nonne poſsēt eſſe litterę falſę, nōnē poſſet eſſe mor
tuus re integra, qui mandauit quę exceptio admittatur ēt
tpe executionis ut in c. pia de exce. li. 6. Nōne do. Iacob.
poſſet dicere ſe habuiſſe mādatū falſo, nonne nuncii cōis
Sen. portant capelinā rubeā ad oſtendendū ſuo more ꝙ
habeant poteſtatē citandi, quis diceret contrariū, Nonne
creditur per Doctores, ꝙ ſi quis tanq̄ delegatus aliquē ci
tat non creditur ſibi , niſi in citatorio ſit inſerta copia
literarū ut de dil. c. 2. & ibi ſatis de hoc per Inn. & Hoſt.
Itē nonne expreſſe cantum eſt ꝙ ſi duo ex tribus Iudici-
bus citant nō tenetur uenire citatus niſi de commiſſio-
ne uel executione tertii ſibi conſtet per litteras citato-
rias, uel alio modo de officio deleg. c. prudentiā & c. ſeq.
Quid plus ſi Iudex aduerſus me mittit nūciū ad excuſan-
dū, nō creditur nuncio, niſi quod ſit nūcius fides fiat iudi
2 ci & parti. ut no. in c. prudentiā. ¶ † Item alia rōne proba
tur iniuſtitia & iniquitas dicti pręcepti. nam ipſum prece
ptū emanauit ſine aliqua cauſę cognitione, nunqua cita
tis, monitis, cōuictis, uel confeſsis illis, quorū intererat
uidelicet dicto domino Nicolao cuius nomine tenebat
& poſſidebant ſupradicti. nec iſti ruſtici habuerūt copiā
aliquas excuſationes defenſiones afferendi. de maio. &
ob. inter quatuor. C. ſi per uim uel alio modo. l. ul. maxi-
me cū ipſi in pręſentia dicti domini Iacobi cōſtituti no-
minauerunt dominū in iudicio nec fuerunt auditi ꝯtra
iura. C. ubi in rem actio. l. ſecunda & extra ut lit. non cō
teſt. quoniam. Non ob. ſi dicatur quod iſte dominus Iaco
bus non potuiſſet audire defenſiones quia mærus execu-
tor &c. ut uř notari de offi. delega. paſtoralis. nā hoc non
eſt ſimpliciter uerum. nam aliquas poteſt audire ut ſupe
rius dixi, & maxime exceptionem excommunicationis,
& ſaltem exceptiones, quæ retro reddunt iudicium , uel
proceſſus nullos. Si non poſſet audire deberet referre, &
ſuperſedere extra de re iudi. de cętero cum ſua materia.
Quantumcunque enim Papa nedum dominus Bertran-
dus præciſe ſcribat ſemper intelligūtur ſaluæ rationabi-
les, defenſiones. de offi. dele. ex parte. ij. & quantuncun-
que quis non habeat ius in beneficio, ex quo eſt in poſſeſ
ſione. & adminiſtrat ut Rector debent ſibi ſubditi obedi
re, & ſibi de fructibus reſpondere, & debitores dignitatis
ſibi ſoluentes liberātur, nec poſſunt ſubditi & uaſalli ab
eius obedientia recedere. 16. q. 4. uolumus. 8. q. 4. nonne.
Sed ipſo Pręlato cauſa cognita amoto, ſubditi, & ſibi ob-
ligati ut prælato ipſo facto ſunt liberati ut extra de ele. ue
nerabilem in fi. Quomodo ergo potuit percipi iſtis ruſti
cis obligatis actione perſonali, ſcilicet ex locato ſiue ex
cōducto domino Nicolao poſſeſſori dictę Plebis ut Ple-
bano nunquam monito, uel citato, quòd ab alio recogno
ſcant terras & poſſeſsiones dictæ Plebis certè deſiperet
qui ſic ſaperet. ¶ Quemadmodum enim nouus dominus
non tenetur ſtare colōno, ita nec colonus nouo domino
ut no. C. loc. l. emptorem fundi. ff. eod. tit. qui fundū. Et ſi
diceretur iuſtus iudicis excuſat eū a priori obligatione.
Reſpondeo non eſt uerum quamdiu dominus Nicolaus
in adminiſtratione toleratur, quia nunquam fuit proceſ
3 ſum cum eo. ¶ † Item decretum Iudicis, uel iuſſus uel au-
ctoritas non rite interpoſita, non excuſat. ff. de acquiren.
poſſeſ. l. iuſte poſſidet & ibi not. Quod plus in miſſione ī
poſſeſsionem corporalem requiritur aliqua cauſæ cogni
tio ſaltem ſummaria ut in c. quoniam frequenter ut li. nō
cont. in fi. ubi in rem actio. l. 2. & in caſu ſimili. ff. de re iu
di. l. ſæpe. & in d. c. qm̄ §. ꝙ ſi ſuper rebus ut lit. non cōte.
ubi negocium ſummarim examinatur. Ille. §. loquitur qñ
actor mittitur in ueram poſſeſsionem ut ibi no. in gl. ſed
q̄diu. Sed an talis examinatio debeat pręcedere miſſionē
in poſſeſsionē corporalē no. in Spe. de primo decre. §. t.
uer. ſed nunquid præcedit. Quid plus in caſu noſtro ſi In-
dex ſecularis inuocatur ſententia nulla præcedēte, non
debet dare ſuū brachiū niſi iuſte inuocet ſummatim hoc
examinabit. ut no. In. de of. or. c. 1. & Arch. 22. q. 5. admi-
niſtratores, facit quod no. Arch. de ſta. mo. c. uno ī fi. li. 6.
¶ Præterea ſubdelegatus, uel ſubexecutor non pōt pluſ-
quā cōmmittens uel delegatus, de reſcrip. ſuper literis.
ſed delegatus nō poſſet iſtā nouitatē facere cōtra do. Ni
co. & eius laboratores cā nō cognita, ergo nec dominus
4 Ia. qui eius partibus fungitur. ¶ † Præterea brachiū ſecula
re nō pōt inuocare Iudex delegatus ſine ſpeciali manda
to ut no. Arch. de hære. ut inquiſitionis in fi. & hoc de ſti
lo curiæ approbatur, dum dicit inuocato ad hoc ſi opus
&c. q. ſtilus facit ius extra de cri. fal. licet & cap. ſeq. ¶ Itē
dato quod poſſit inuocari debet inuocari cū neceſſe eſt,
& iuris ordine ſeruato, uidelicet qñ remedia eccleſiaſti-
ca deficiunt non debet Iudex delegatus incipere a cauda
ſed a capite. Vnde iura loquētia de brachio ſeculari dicū t
opus eſt. uel neceſſe eſt. hoc habeř de offi. ordi. ca. 1. & c.
quoniā e. titu. extra de iudi. cū nō ab homine. li. 6. de ſta.
mo. c. uno in fi. extra de hære. inquiſitionis in fi. Verecun-
dor igitur tantū fatigari cū iniquitas. et ineptitudo et nul
litas Dci præcepto ſe exhibeant in patenti. Verba domi-
ni Berti inſerta in allegationibus. ¶ Federicus.

¶ Item certo certius eſt , quia caſus eſt legis ꝙ iſta cōmiſſio
executionis facta in curia domini Poteſtatis poſſeſſori-
bus abſentibus et nō citatis ſit ipſo iure nulla, ut patet in
l. ul. C. ſi per uim uel alio mō ar. l. nā ita diuus cum māte
ria ſua ff. de adop. Expeditum eſt ergo dicere, ꝙ ꝑceptum
à do. Iacobo factum fuerit ipſo iure nullum, ēt ita graua
uit eos. ¶ Quid plura, ecce quanta groſſities proceſſit ex
parte do. Iacobi in faciendo dictum præceptum. no. ut ex
ſerie pręcepti apparet commiſſum fuit ipſi domino Iaco
bo quod induceret dictum Vgonem in poſſeſsionem iu-
rium dictę Plebis ac ipſe dominus Iaco. præcepit media
riis quod recognoſcerent, & recōducerent poſſeſsionem
ab Vgone ꝑdicto, quo iure pro Deo emanauit dictū ꝑce-
ptum . Nam & ſi dominus Nicolaus prædictus prædo eſ-
ſet, nec nullum hēret ius in dicta eccleſia. unde hoc quod
mediarij qui cōduxerunt à domino Nicolao teneantur
recōducere, uel recognoſcere poſſeſsionē a dicto Vgone

& certè non reperio.l.uel decretalem, quæ hoc dicat,qui-
nimo benè ſunt iura prompta,quæ cōtrariū dicunt . Nā co-
lonus & qui conduxit ēt à prædone,uel malefidei poſſeſſo
re obligatus eſt perſonali actione ex locato prædoni , uel
malefidei poſſeſſori.à quo conduxit, non aūt uero domi-
5 no ut l.ſi urbana.ff.de condi.indebi . Nā † & poſſeſſor alie-
næ hæreditatis euicta ſibi hæreditate tenetur cedere hæ-
redi actiones ſibi competentes cōtra colonos pro penſioni
bus ſiue mercedibus non exactis ut l.mercedes . & l . Iulia-
nus.ff.de peti.hæred.Ergo ſequitur, quod ipſe actiones ſine
ceſſione non competunt . Alioquin ſi diceremus colonos
debere recognuſcere , obligati remanerent indubitanter
domino Nicolao, cui ab initio obligati fuerunt , ut dicta.
l.ſi urbana.& iterato ex nouo contractu & recognitione
obligarentur Hugoni prædicto quo eſt abſurdo abſur-
dius cogitare,ut accedat.l.bona fides.ff.de regu . iur . cum
ſimilib. ¶ Ex præmiſſis ergò ſatis liquidè conſtat,quòd di-
ctum præceptum nulla iuris rōne ſubſiſtit, nec uideo ſal-
ua reuerentia domini Iacobi quod poſſit quicquā oppoſi
tum cogitari uel dici per hominem ſani capitis iudicantē,
dirigat in uiam iuſtitiæ & ueritatis. ¶Federicus.

S V M M AE.

1 *Hæreticum eſt dicere,quòd anima ſimul cum corpore mo-
riatur.*
2 *Dicere quòd homines regantur conſtellationibus,& natu
ris cœleſtium corporum reprobum eſt & damnabile .*
3 *Dicere paradiſum non eſſe, nec infernum hæreticum eſt.*
4 *Hæreſis crimen quibus & quot teſtibus probetur.*

QVAESTIO CCLII.

REuerendo in Chriſto patri fratri Mino . de ſan-
cto Quinato ordinis fratrum minorum Inqui-
ſitori hæreticæ prauitatis in prouincia Tuſciæ
auctoritate ſedis apoſtolicæ conſtituta Rayne-
rius Abbas de Podio Boniti & Federicus de Senis nota-
rius ſeipſos. ¶ Iacobus inquiſitionis officij ex parte ueſtra
nos ad inſtantiam requiſiuit nihilominus præcipiendo
mādauit ut uobis & offi. ueſtro infraſcripto negocio aſſi
ſtere & cōſulere deberemus in ſcriptis uobis noſtrū cōſi-
liū redditurі nobiſque exhibuit quoſdam quaternos acto
rū actirorū ſub examine ueſtro , & prædeceſſorū ueſtrorū
cōtinētes atteſtationes habitas cōtra memoriā cuiuſdam
noie. S. & exceptiones & defenſiones datas ad defenſio-
nē ipſius , & olim bonorum eius per eos quos hoc nego-
ciū tangit uel tangere poteſt : Vnde & ſi negocium intra-
ſcriptum multiplici rōne tā ternis q̄ ipſorum quos hoc
negocium tangere uideretur ſit per quā durum nihilomi
nus tamen ex debito quo uobis & officio ueſtro ex præce
pto canonis tenemur.ut 15.q.3.nolite.& extra de hære.
ut commiſſi.li.6.ac per conſequens ut pœnam euitemus
parere neceſſe habemus 14.q.1.c.ulti. laborem aſſumpſi-
mus conſulendi . Et habita ſuper prædictis communiter,
& diuiſim deliberatione matura,&inter nos omnibus cō
municatis Chriſti nomine inuocato. ueritate ſemper ſal-
ua,cui omnia cedunt , & ipſa ſemper præuales. 80.di.con
ſuetudo. Dicimus & conſuluimus memoriam dicti S. poſ
ſe & de iure debere damnari, eiuſque bona ex commiſſis
terminis tpe fore confiſcata ēt declarādo rationibus nos
mouentibus infraſcriptis.¶Circa quod primo uidendum
occurrit,an illa de quibus atteſtātur teſtes inducti ꝑ par-
te officij,qui impingūtur memorię dicti S . ſint hęretica.
¶ Secundo an ſint probata. ¶Tertio an exceptiones & de
fenſiones & datę & exhibitę pro parte eorum , quorum
intereſt tollāt probationes pro parte officii factas.Quod
autem ſint hęretica forte ſuperfluū eſt quærere . Sed bre-
uiter perſtringendo dicendum eſt,qđ prima aſſertio quę
1 eſt † quod anima ſimul,cum corpore moriatur eſt hęre-
ſis manifeſta,damnata in canone 23.q.3.c.nl.uer.arabiti,
& eſt cōtra illos canones.25.q.7.licite.& 14.q.2.anima.
& c.tēpus & c. fatēdū.& ex toto eſt contra uerū fidei fun
2 damentum. ¶Secunda uero aſſertio quę habet † qđ ho-
mines uiuant , & gubernentur per naturam & conſtella-
tiones ſuperiores,damnatur & excludit gratiam Dei per
quam quiſque męruit . imo ſine ea mæreri nō poteſt,ha-
betur in canone Auguſtini.23.q.4.Nabuchodonoſor uer
ſi.prædeſtinata Dei. & de conſe.diſtin.3 . nemo tollit.&
c.placuit.& de pœ.diſt.prima.nō poteſt.ſunt enim con-
tra fidem expreſsè ut in ſymbolo.Quicūque ibi qui bona
egerunt ibūt in uitā æternā.qui uero mala & c. nec con-
ſiderauit talia aſſerēdo quæ ſcribit Auguſtinus de origi
ne animę ibi. aut ſicut in Iob merita examinari,aut ſicut
in Herode peccata puniri.& in Ioāne,opera enim illorū
ſequūtur illos.& de ſumma trinitate firmiter credi ad fi-
3 nem . ¶ † Tertia uero aſſertio quæ habet quod non ſit
Paradiſus nec Infernus ſapit hæreſim manifeſtè cū ſit ſu-
pra uerbū & præmiſſum Saluatoris dicentis in euāgelio
Luc.Hodie mecū eris in paradiſo. & in imò redemptor.
In paradiſum deducāt te angeli,& quia in inferno nulla
eſt redemptio &c.& alibi ſempiterno igne &c.de conſe.
diſt. 4.ca.2.& de hęreti.c.3.¶Quarta aſſertio habet quod
inceſtus non ſit peccatum quod eſt contra legem diuinā
& humanam,& de hoc plene in tex.& glo.32.q.1.per to
rum.& 32.q.7.adulterij malum,& extra de eo qui cogn.
conſan.uxo.ſuæ , quod totum.& credendum eſt eum qui
talia pluries & ptinaciter aſſeruit corde geſſiſſe,& credi
diſſe,nemo extimādus eſt quod mente nō agitauerit.22.
q.5.humanæ.ff.de ſuppel.le.l.Labeo.qui ergo talia aſſe-
ſit hæreticus eſt cenſendus,& eius bona à die commiſſi
criminis ſunt ipſoiure confiſcata.ut extra de hære.cū ſm
4 lib.6.¶ †Secundo principaliter uidere reſtat an prædicti
errores,uel aliquis eorum probati ſint. Et dicendum eſt
quod ſic:nam licet aliqui referant in dubium. An ꝑ duos
teſtes probetur crimen hęreſis de quo not.per Archi . de
hære.ut officium li.6.Et an teſtes concordātes de errori
bus,& diſcordantes.in tempore probent , ad quod facit
quod no.Inn.de accu.qualiter.ij.cuius glo.ponit Spec.in
tractu de teſte.§.iam de interrogatorijs,tamen iſta nō ha
bent locū in caſu præſenti,quia per tres teſtes,uidelicet
per primum, ſecundum & tertium,omninò conteſtes ſuf
ficienter probatum eſt,qui tres teſtes adiuuantur ꝑ alios
maximè per octauum & nonum teſtes,qui conteſtes ui-
dentur,per hoc facit forma data inquiſitoribus procedē
di hoc eſt exemplar ad ſi.¶Sequitur de ultimo an obie-
cta & defenſio porrectæ per illos quorum intereſt con-
tra teſtes inductos per officium releuent obijcientem.Et
dicendum eſt quod non,duplici ratione.Prima quia ipſe
exceptiones non probantur,& non ſufficit proponi,niſi
probetur de his quæ. ſi.à ma . par.ca.c.1. Et quemadmo-
dum actor tenetur probare intentionem ſuam.c.q.ul.a-
ctor ſic & reus ſuam exceptionem,ut l.ij.ff de excep.¶Se
cunda quia dictæ exceptiones & defenſiones etiam pro
batæ non releuant,quia in caſu hæreſis recipiūtur extra
nei,participes,periuri,infames,& ſimiles perſonæ,ut ex
tra de hær.fidei.& ca.accuſatus.§.licet.ſecunda q.7.ſi hę
reticus.& plenè no.& Arch.i libello ſuo cōtra tēplarios
edito.§.uiſo uer.item per quales perſonas . Et ſi dicatur
licet admittantur prædicti,nō tamen inimici,& deponē
res ex odij fomite.ut in c.accuſatus.§.licet fateor.ſed illa
inimicitia intelligitur grauis & capitalis & talis quę prę
ſumptionem inducat.quod teſtes per illam deuient a ue
ritate.et no.extra de accu.cum oporteat Arch.in dicto li
bello ul.char.in iij.col.uer.et licet in fauorem fidei mul
ta genera hominū &c.Sed in caſu noſtro nihil huiuſmo
di probatū eſt,nec eſt obliuioni traditum , ꝙ cōtra octa
uum et nonum teſtes nihil obiectum eſt.

¶Do.Alexander de Peruſio.

SVM-

SVMMAE.

1 *Puer ſub tutrice eccleſiæ dicatur; parochialis, an matris an tutricis.*
2 *Domicilij conſtitutio quid præſupponat.*
3 *Ius ſepulturæ & ius parochiale quandoque ſunt idem, quandoque diuerſa.*

QVAESTIO CCLIII.

QVidam puer natus, ipſe & pater in una parochia
in triennio conſtitutus, orbatus patre & matre
exiſtens ſub tutela auiæ paternæ, quæ auia dece-
dẽte; collatus fuit ſub tutela auię maternæ, quæ
auia materna erat alterius parochiæ, q̃ eſſet dictus puer,
quẽ puerũ dicta tutrix ut melius eius tutelã tam circa ꝑ-
ſonã, q̃ circa bona adminiſtraret, retraxit ad domũ ſuam
ipſe puer cũ ea, & in domo ipſius auiæ ſtetit & ibi habita
uit per tẽpus 14. annorũ, & in ipſa eccleſia ſanctæ Mariæ
diuina officia audiendo, & eccleſiaſtica ſacramenta reci
piendo, uſq; ad mortẽ, & tẽpore mortis, qui erat tunc cõ
ſtitutus in ætate 18. annorum, & ante mortem ſuam, quia
uxorem acceperat pluries dixit ꝙ intendebat eam duce-
re ad domum ipſius pueri præparauerat ligna, pro ipſa
domo aptanda, & ut ad ipſam rediret, in qua quidem do
mo ſua ſemper habuit partem maſſariarum ſuarum nihi-
lominus eccleſię parochiali in qua domum ſuam habe-
bat decimam ſoluit. ¶Addi. i. ¶De fructibus bonorum &
ibi etiam diuina officia audiuit, & etiam ibidẽ munera &
onera tanquã ipſius loci parochianus ſubiit, & ibi deſcri
ptus cũ aliis parochianis fuit, & ſe ibi & bona ſua aſſigna
uit officialis cõis Peruſii, qui puer ueniens ad mortẽ con
didit teſtm̃, & in ſuo teſtamẽto elegit ſibi ſepulturã apud
locũ fratrum prædicatorum, & ipſis fratribus aliqua reli
1 quit & deceſſit. Nunc quæritur † cui eccleſiæ debeatur ce
reus factus pro honorando corpus eius qui cereus con-
ſueuit dari eccleſiæ parochiali. An dictę eccleſiæ in qua
fuerat parochianus ipſe puer, & cui earum eccleſiarũ de
beatur quarta relictorum per eum fratribus prædicato-
rum, an utriq;, & uidetur quod ſecunda eccleſia non de-
beat habere hanc canonicam portionẽ ſed ſolum prima,
quia præfatus puer ſemper permanſit parochianus. ¶Ad
di. 2. Et de parochia primæ eccleſiæ, & hoc patet, quia eo
tpe quo acceſſit imo potius allectus & tractus fuit ad ſe
cundã parochiam erat in tali ætate, in qua nullum habe-
bat intellectũ, ut inſt. de inuti. ſti. §. pupillus, & ꝑ talẽ ac-
ceſſũ nõ põt dici habuiſſe animũ cõſtituendi ibi domici
2 liũ, quia † in conſtitutione domicilij requiritur animus &
factũ ut. ff. ad mun. l. domicilũ, & ſic cũ animũ intellectua
lẽ nõ hẽt non poteſt dici domiciliũ nouũ cõſtituiſſe, ſed
nec per moram uel habitationẽ poſt annos diſcretionis
contractã; quia ibi ex certa cauſa ex qua acceſſerat ſtetit
ſicut dr̃ de illo qui ſtudiorũ cauſa ſe transfert, ꝙ nõ uide
tur ibi conſtituiſſe ſibi domiciliũ. ¶Addi. 3. ¶Niſi per de-
cẽnium ibi ſtetiſſet. Sed hic poſt diſcretionis annos non
habitauit per decennium, ergo nõ præſumitur conſtituiſ
ſe ibi domicilium. ¶Additio. 4. ut ff. de inte. l. s. cũ ſua gl.
& l. 3. & 14. q. 1. §. quia ergo in gl. & hoc uerũ &c. ¶Præ-
terea per prædicta patet, ꝙ nec primum relinquere uo-
luerit domicilium, nec ſecundum ſibi conſtituere, & per
actus exteriores apparet, ꝙ uolebat uxorẽ ducere ad do-
mum ſuam in prima parochia. ¶Addi. 5. Et ibi morari, ꝑ
dictos actus in facto poſitos, ad quem animum in hoc cõ
ſideratio pręcipue habetur, ut d. l. domicilium, & eodem
titulo, eius qui §. Celſus, & in 3. gl. §. quia ergo. ¶Nõ ob.
quod allegatur ꝙ talis portio debeatur eccleſię in qua di
uina audiebat officia, & recipiebat eccleſiaſtica ſacramẽ
ta, ut c. 1. de ſepul. & eodem. ti. cum quis li. 6. cum ſi. quia
intelliguntur illa c. ubi audire & percipere debet ſicut eſt
in eccleſia parochiali. ¶Addit. vi. ¶Nam in ea tenetur au-
dire quis diuina officia & recipere ſacra. ec. & nec alius,
cuius parochianus non eſt, ſibi debet miniſtrare, imo pu
nitur ſi hoc facit ſine licẽtia ut 6. q. 3. c. 1. & 2. & extra de
parochi. c. nullus, & pęna nõ debet alicui tribuere immu
nitatem, nec unum, & idem factum debet eſſe cauſa pęnę
& præmij, ut. ff. de interdic. in rele. l. relegatorum. §. fi. &
ad hoc facit gl. Ioã. And. in d. c. cum quis. & hoc expreſsę
uidetur innuere litera in c. ſuper cathedram in cle. & ex
tra de ſepul. c. ſuper quæ. c. uidentur innuere ꝙ de paro-
chiali eccleſia intelligatur. ¶Additio. 6.

¶Vnde cum hic eſſet parochianus dictæ eccleſiæ Sãcti Silue
ſtri cum non eſſet parochianus eccleſiæ ſanctæ Mariæ, &
in dicta eccleſia ſancti Silueſtri audiuit diuina officia, &
ſacra pabula receperit. ¶Additio. 8. ¶Et audire & recipe-
re debuerit ibidem & cuncta tanquam ibi dem exercue-
rit, & non alibi, merito dicta portio dictæ eccleſię ſancti
Silueſtri inſolidum eſt danda.

¶In Chriſti nomine amen.

¶Viſo ſupradicto themate, & allegationibus pro & contra
licet quæſtio reſpectu rei de qua agitur parua ſit, gratia
tñ Aduocatorum repeto ſcripta in contrariũ. Et reſpon-
den parti cõtra quam tenebo qđ debeatur canonica por
tio eccleſię ſanctæ Marię uidetur per c. 1. de ſepul. ibi il-
li eccleſiæ. &c. & eo. tit. c. j. in prin. li. 6. ibi non dimiſſę ec
cleſiæ, & qđ not. Inn. de ſta. mo. c. 1. & quia ꝑ habitationẽ
tanti tpis vr̃ domiciliũ cõtraxiſſe. C. de incolis l. ciues &
no. ꝑ Arch de præ. præſenti. li. 6. ultra hoc facit eo. tit. cer
tificari, & c. in noſtra, i quibus dicitur, ꝙ eccleſiis de qua
rũ parochia mortuorũ corpore aſſumuntur, eſt danda ca
nonica, dr̃ enim quis trahi uel aſſumi de parochia nõ ori
ginis, ſed de illa ubi realiter habitat & larẽ fouet, ut no.
de reſcrip. ſtatutum. §. 2. in gl. olim dicebamus li. 6. ad idẽ
facit eo. tit. c. s. §. huiuſmodi. in cle. ibi cum operatio mer
cedis exhibitio debeatur. Sed certum eſt quod ſi ſacerdos
originis tempore mortis & ante per decem annos & ul-
tra, non ultra laborauit in iſto, & ultima tempora & ulti
ma poſſeſſio ſunt ſpectãda, de cau. poſ. c. cũ eccleſia. C. ne
de ſta. defunct. l. ſi mater. Et poſito ꝙ domicilio originis
nõ poſſit renunciari, tamen ſi alio ſe tranſtulit, ibi põt or
dinari, ut not. 71. diſtin. priuatus, & ibi debet conueniri,
nõ in domicilio originis, ut no. in l. domiciliũ. ff. ad mu-
nicip. Item ad pręmiſſa facit quod not. Inn. de pę. & re-
omnis ſuper uerbo ſacerdote, ex cuius gl. clare patet, ꝙ ſi
aliquis de una parochia ponat ſe pro mercenario famu-
lo, uel nutrice in alia parochia, etiam minus anno illi ſa
cerdoti debet confiteri, & perſonalia ſoluere, alleg. 15. q.
1. quæſtio. nam in loco in quo quis relegatur inuitus, ge-
rens in animo ad patriam redeundi, habet domicilium.
¶Additio. xj. ¶Vt. ff. ad municip. l. eius in fi. ¶Pone igitur
qđ aliquis conduxerit domum pro uno anno in una pa-
rochia, & ex nunc pro ſecundo anno in ſecũda, & ex nũc
pro tertio anno in tertia parochia, & dũ eſt in prima pa
rochia, & in primo anno inſtruit domum ſecundę paro-
chiæ nunquid erit iſte parochianus ſecundę antequam
ſit translatus ad illam, abſit 25. quæſt. 2. ſi quis iam tranſ-
3 latus. Vnde ſciendum eſt † quod ius ſepulturæ & paro-
chiale interdũ ſunt idẽ, interdum diuerſa, ut patet de ſe-
pultu. c. cũ quis, & c. is qui. & c. licet mulieres li. 6. Quod
ſunt diuerſa, uerbi gratia ſoluto matrimonio uxor redit
ad domũ matris, in alia parochiali relicta uiri moritur,
non electa ſepultura ſepelietur in ſepultura uiri, & tamẽ
eccleſia parochialis habebit canonicam. Vnde ſtante eo
dem domicilio quo ad forũ in eadem ciuitate poteſt quis
habere ſepulturam maiorum in una eccleſia & in uno an
no poteſt habere plures parochias. Pone ꝙ quidam Pe-
ruſinus relicta domo originis optimẽ iſtructa & familia
conducit domum in alia parochia contrahens ſocietatẽ
cũ aliquo ſcholari. Vñ nõ vr̃ dubitandũ, ꝙ in domo cõdu
cta hẽt domiciliũ quo ad ius parochiale ſufficit, eñ ꝙ ubi

de foro cōpe.c.ſi.de foro pœ nitētiali not.cōtra.1 6.q.i.
c.1.Tertius cū quibus uagabūdus exiſtat.Quartus cū quis
ſemper dico doli capax.ut habeat animū de relicto domi
cilio proprio uagari,& ſic nō hēt propriū ſacerdotē,uel
iter facit quærēs quo ſe cōferat, q ſine domicilio eſt. ut
ff.ad muni.l.Labeo in princ.& l. eius. §. Celſus. Quintus
quādo ut ſupra dixi alienus parochianus peccat. ¶Addi-
tio.viij.In aliena parochia quia quo ad illud peccatū eſt
de parochia illius ſacerdotalis, & cōtrahit forū illud. ut
no.6.q.4.placuit. Sed nec aliquis dictorū caſuū pōt habe
re locū in puero.de quo quæritur infante.nec de cōfeſsio
ne tractamus,ſed de iure funerario, propter parochiā. ut
ibi deberet ſepeliri, ſed alibi nō haberet debitā ſepultu-
rā.propter maiores uel propter electionē,& in parochia
ſancti Ioānē domiciliū habeat cū illud nō poſsit trāsfer
ri ſiue cōſtitui ab infante,& in fi.niſi peruenirit ad annos
diſcretionis,ut in c.noſtra,& in c.licet preall. ¶Additio
viij.Et optimè de pœ.& re.c.omnia. in prin. imò melius
niſi peruenerit ad illam ætatē in qua potuerit teſtari ſcili
cet.14.annorū,ut.ff.de teſt.l.qua ętate.& d.c.licet x de ſe
pul.lib.vj. Vnde hoc tenendū eſt pro certo qđ dictus in-
fans domiciliū retinebat ſuæ & paternæ originis, quod
mutare nequit & aliud nō cōſtituit donec ætatē habuiſ-
ſet conſtituēdi ſibi illud,ut.ff.ad muni.l.placet. & l. ſeq.
nec ſequitur quis domiciliū matris ſi eſt legitimus,ſed e-
ius qui illū patrē nō habet, propria origo a matre eſt, eo
que die quo ex ea eſt muneratur ut d. c. licet eius qui iu-
ſtū,ipſe ergo ſolus animo nō pōt ſibi cōſtituere domici-
liū,quo efficiatur incola.ut parochianus nō alius.ut d.l.
nō utique.& l.nihil ad municip.& de capti. & poſtli.re.
in fi.licet in facto opus ſit ut l. domiciliū. ff. ad municip.
alioquin eſt parochianus eccleſiæ originis prædictæ,ubi
& aliàs domiciliū habebat. ¶Sed exēplū de uxore ſuper-
uiuēte uiro facit ad ꝓpoſitū, primo quia illa maior erat,
quæ potuit trāſferre domiciliū,& conſtituere,ſed infans
nō ut dictū eſt.¶Præterea nec credo illud uerum niſi i il-
la parochia ſancti Ioannis haberet originem uel domici
lium animo non diſcedendi in perpetuum.C.de incolis.
l.ciues.¶Additio.x ¶Idē dico de tertio exemplo & quar
to de.c.reſcriptum.& ibi not.¶Additio.xj.Quinimo om-
nia illa legata faciunt pro domino Iacobo.& Pro eccle-
ſia ſancti Chriſtophori uſque ibi.Sed diceret aliquis &c.
Et abinde infra dico, quod dictus iſans habebat & ſeque
batur domicilium paternum & ſuum filiumfami. habi-
tantem & larem habentem,ut in dicta l.ciues.& ff. de le-
gationibus.l.filio & maximè in tali filio infante.ut.C.de
oneribus & muneribus non con.l.j. §. infante uero. Nec
cautum reperitur iure, quod animus matris conſtituat
domicilium filio infanti. Præterea nec pater. ¶Additio.
xij.¶Poteſt filiof. conſtituere domicilium extra originē,
nec filius ſequetur tale domicilium ſed oportet eum ſibi
ipſi.¶Additio. xiij.¶Conſtituere domicilium.ut.ff.ad mu
nici.l.utique.¶Præterea nec mater habuit annimum con
ſtituendi filio prædicto domicilium in parochia ſancti
Ioannis,& ſic quod domicilium mutaret uel trasferret,
nec habitatio quam faciebat cum matre etiam ſi habuiſ-
ſet ætatem legitimam 14. annorum inducebat conſtitu-
tionem domicilij.ut.C.de incolis.l.2.& 3.ſed ſi domici-
lium conſtituiſſet ei mater,amiſiſſet aliud domiciliū pri-
mū,ꝙ habebat in parochia ſancti Chriſtophori. ut C. de
incolis.l.j.& ff. ad munici.l.domicilium ergo ſine facto
& animo filij auelleretur ei & transferretur quod ſuum
erat,quod eſt contra.l.id quod noſtrum.ff.de re.iur. Nec
eſt uerum ꝙ mater eſſet tutrix, quia & ſi iura permittant
matrem ſubire tutelam filiorum non tamen cogitur. C.
quando mu.tu.offi.fun.po.autem, matri & auię. ¶Præte-
rea nec ſi fuiſſet tutrix ſequitur pupillus domicilium tu-
tricis,imo retinet ſuū,ut dict. l.2.& 3.C.de incolis.¶Præ
terea nec dicta mater habet domicilium in parochia ſan-
cti Ioannis uel eſt de parochia eius in qua habitat. ¶Ad-
ditio.xiiij.ad præſens per aliquod tēpus in domo ſororis
ſuæ, ut ſupra dictū eſt. Itē nec erat peregrinus dictus in-
fans:ut locū hēat i penul.parte allegata.Sed Senēſis erat
notabilis & famoſus in quo nō eſt difficultas talis ſicut i
peregrino reducēdo ad ſuā parochiā.¶Sequūtur apoſtil.
& primo ſuper uerbo.Iacobi. ¶Addi.j. ¶Cum maiori la-
bore conatur incipiēs reſpōdere allegationibus factis cō
tra dominū Iacobū,quā ille,qui cōtra dominū Iacobū al
legabit Federi.¶Pro fundamēto. ¶Addi. ij. ¶Super falſo
5 fundamēto nō rectè ædificatur,nā ſi oriūdus Senis trāſ-
ferat domicilium Florētiæ,ubi ſe collocet,ſola eccleſia
Florē.erit ſua eccleſia parochialis, & nō eccleſia origi-
naria,ita ꝙ ſola ratio domicilij realis cōſideretur, ubi ſi
quis audit diuina &c.ut patet de ſepul.c.j.ibi ſocij paſsio
num,& ca.de his ibi ſalutis pabula. & capi.certificari.&
c.in noſtra.ubi dicitur, ꝙ eccleſiis de quarum parochijs
mortuorū corpora aſſumuntur dēt dari canonica portio.
Dicitur. n. quis trahi uel aſſumi ubi realiter habitat, &
optime facit quod not. de reſcrip.ſtatutū in gl.olim dice
bamus in fine.& quod ibi not.Archi.poſt Goff.ſuper uer
bo actor & reus,ad idē de ſepu.cū quis 1.reſpōſo.li.vj.&
eo.ti.c.ij.uerſi.huiuſmodi ibi cū operario mercedis exhi
bitio &c.Sed certū eſt ꝙ ſacerdos originis nō laborauit
in iſto.Itē dicit lex ꝙ ibi habet qs domiciliū ubi realiter
inhęret.ff.ad muni.l.municipes. §. miles. Et licet quo ad
honores dicatur quis retinere domiciliū originis,tamen
ibi nō poterit cōuenirí,ſi alibi habet domiciliū reale,ut
no.co.titu.l.domiciliū,& ad hoc facit quod no.Hoſti.de
parochijs.§.quis intelligatur parochianus,in prin.Fede
ricus.¶Seu reale.¶Addi.iij.¶Nō eſt uerū ꝙ reale habuit i
parochia ſancti Chriſtophori. Sed i parochia ſancti Ioā.
& ſic poſitū fuit i themate.Federi.¶Proprius eſt.Addi.4.
¶Pluries dictū eſt ꝙ per ſe eſt ius ſepulturę,& ꝑ ſe ius ca
nonicæ portionis.& eſt caſus de ſepul.c.ij.j.reſpon.li.6.
Fed.¶Omnis vtriuſque.¶Addi.v.¶Iſta decre. dicit ꝓprio
ſacerdoti,ſed non declarat quis dicatur proprius ſacer-
dos,& de hoc uertitur altercatio Federi.¶Indiſcretus il
le.¶Addi.vj.¶In iſto caſu remanet parochianus primi ſa
cerdotis,& ſi decedit illi debetur canonicas.Fe. ¶Pubes.
¶Additio.7.¶Hic uō fallit regula cū proprius deſinat eſ-
ſe ille primus.ex quo alibi traſtulit domiciliū Federic.
¶Peccat.Addi.8.¶Licet iſte ratione delicti. quo ad forū
cōuictionis cēſeatur de illo ubi deliquit, nō tamē muta-
uit parochiā,& debet cōfiteri proprio ſacerdoti & nō il-
li,ubi deliquit.ut not.16.q.c. t.ſecūdū correctionē archi.
Federi.¶Et.c.licet.¶Additio.ix. ¶Iſta iura nō tractant de
caſu noſtro ponamus iſtū caſum, pater aliunde natus ha
bitabat in parochia ſancti Chriſtophori deceſsit relicta
uxore prægnante in uilla, & in uilla pęperit,& audiens
mortem mariti ad domum patris uel propriam cum in-
fante rediit,& tāquam tutrix uendidit ſolenniter omnia
quæ maritus habuit in parochia ſancti Chriſtofori. & in
fans cum matre ſtetit per plures annos,quæ eſt parochia
iſtius,cum iſte non habeat diſcretionem.Et cum ſecundū
te mater nil operetur ad ſepulturam.Item mater in paro
chia ſancti Chriſtophori uulgo conceptum peperit,dein
de ad paucos dies tranſtulit domicilium & puerum ſecū
duxit, quem ſecum in iſto ſecundo domicilio retinuit ꝑ
8.annos & mortuus eſt, quis ſepeliet eum cum iſte non
poteſt oſtendere patrem.Item non habet animum uel di
ſcretionem, & certum eſt quod in parochia ſancti Chri-
ſtophori non habet domiciliū. Sed non poteſt negari qn
realiter habitauerit in parochia ſancti Ioannis, & qui ſit
de familia matris.Ad hoc facit decretalis in noſtra i fin.
de ſepulturis.Illa enim decretalis nocat eccleſiam paro
chialem illam,de cuius parochia corpus aſſumitur, ſiue
adulti,ſiue infantes ſint,illi,qui aſſumuntur.Federi.L. ci
6 ues. ¶Additio. x. ¶Non eſt arguendum de iure parochiæ
ad ius

ad ius incolatus,nã exiſtẽs quis Incola,in eodẽ anno põt qs eſſe parochianus pluriũ eccleſiarum,nec requiritur ꝙ quis habeat animũ in perpetuũ ſtãdi,uerbi gratia. Quidã de parochia ſancti Ioãnis cõduxit domũ pro anno ſequẽti in parochia ſancti Petri, & pro ſecũdo anno in alia parochia,ita qđ animus eius morãdi ſolũ eſt ad annũ,nunquid ergò iſte erit parochianus illius licet nõ itẽdat eſſe ultra annũ.Quis dubitat,ex quo in cõtrariũ larẽ fouet dato ꝙ nõ habeat bona ſua.Itẽ quid ſi aliquis propter guerrã fugit de parochia ad parochiã, & ibi ſe trãſtulit cũ rebus animo reuertẽdi ad primã ceſſante guerra.Nũquid interim eſt parochianus iſtius ſecũdæ parochiæ. Vtique cũ uerò redierit ad primã deſinit eſſe parochianus ſecũdæ, & iſte eſt caſus,de parochi.c.ul.& facit:de elect.cauſam, uerſi.ſi uerò babitare ibi cõmuniter cõſueuit.& ibi gl. in cle.Fede.¶Et de ibi no.¶Addi.xj.¶An finis illius gl.quæ incipit olim dicebamus faciat pro eo , uel cõtra uos iſte cõſpicite cũ illa gl.dicat ĩ dubio debere intelligi de diœceſi in qua de facto habitat.Feder. ¶Præterea ne pater.

reformationem ordinis uel obſeruantiam regularem in-
uiolabiliter obſeruari.Si ergo ordinet de his capitulū ꝓ-
ſidentibus approbātibus.quòd unus ſolus aliqua poſſit q̄
non ſunt de his,quæ expreſſe requirant duos uel maiorē
partē puto quòd ualeat ordinatio. nec uideo quid reſtat
ſic.Sic dico & conſulo ego Ioan.Andreæ.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Frater minor an poſſit eſſe executor , ſtante conſtitutione quòd non: ſi teſtator ante ſactam dictam conſtitutionem illi commiſerit.*

2 *Executio an conſtitutione ſuperueniente prohibitiua: cenſeatur interrupta.*

QVAESTIO CCXCIII.

FActum tale eſt. Ante conſtōnem do. Clemē v. quæ
incipit. Exiui de paradiſo fratres minores inſti-
tuebāur executores iuſtiorum , & illa exequeban-
tur.& ita erat cōis opinio & reputatio quòd fratres
poterant hmōi executiones ſuſcipere & ſic cōiter ſuſci-
piebant.Accidit quod quidā in ſuo teſtō pauperes Chri-
ſti hæredes inſtituit , & hæreditatis uſumfructū reliquit
uxori& uoluit ꝙ poſt mortē uxoris dicta hereditas diſtri
bueretur iter pauperes Chriſti talis loci ꝑ guardianū fratrū
minorum.Ante uero mortē uxoris ſuperuenit conſtō ꝓ-
dicta exiui in §. cupiens.uer. cuoque ordinis &c. ubi dř
ꝙ fratres mioores ſciaot ſibi interdictū & hmōi execu-
tionibus & diſpenſationibus ſe exponant.¶Nunc quæri
tur an dictus guardianus nō obſtāte dicta cōſtōne poſſit
exequi teſtm̄ cum ipſum teſtm̄ & mors teſtatoris præceſ-
ſerint conſtitutionem.Et vř quòd poſſit,ꝑ regulam iuris
factum legitimè & ibi per gl.do.Io.An.& Dy.li.6.Et quia
conſtitutio reſpicit futura,& oon pręterita de conſti.c.ul
ti.& quia ex cōtrario uoluntas teſtatoris q̄ ſummè cōfide
bat de fratre minore fraudabatur contra id.C.de ſacroſ.
eccle.l.j.& de teſta.tua.Pone quod ille teſtabatur ꝙ talis
diſtributio fieret per epiſcopum loci habens eum ex præ
terita uita ſuſpectum circa talem executionē. Si dicemus
quòd frater minor non poſſit exequi deuoluetur iſta exe
cutio ad epiſcopum per l.nulli.& l.ſi quis. C. de epiſ. &
ele.ut ſi egrederetur executio perſonam deputatā cuius
induſtria fuit electa contra illa iura de offi.deleg.c.ulti.i
ſi.& eo.tit.is cui li 6.ff.de arbi. l. io compromisſis. ¶Ad
iſtam quæſtionem faciat nouum caſuum ſimilitudo . &
iura illam ſimilitudinem probantia, quæ ponit Io.And.
in quęſtione diſputata ſuper regula factum legitimè. de
reg.iur.lib.6.in princi.argumenti, quòd incip.circa pri-
mum uideo. Et faciuot etiam iura quę dicunt principiū
conſiderari debere.ut no.in c.dudum.de elect. & de cen-
ſi.peruenit.In contrarium faciuot primo iura , quę alle-
gaotur io regula factum legitime,ex quibus probaṫ quod
ex ſuperuenienti facto irritatur quod legitimè inchoa-
tum eſt. Iura quę finem reſpiciunt not.in cap.dudum.in
ſi.gloſſ.magnę. & utraque dicuot quod non ſolum tem-
pus teſtamenti.ſed aditionis conſideraodum eſt ut ff. de
5 hęre. Inſti. l. ſi alienum extraneis. ¶†Item eum in caſu
noſtro res eſſet integra.i.nondum iochoata executio nul
lum eſt,ioconueniens quod non iocipiāt exequi obſtan-
te noua cōſtitutiooe, quę fratres reddet inhabiles Aliqd
.o.cōceditur re itegra.qđ non cōcedi re nō itegra.ut pa
tet de his quę no.de offi.dele.licet.& ti.ſeq.c.ul.& de pre
ben.ſi cui.in ſi.li.6.optime facit qđ no.de æta.& qua.c.2
in gl.quod poteſtas in cle.ubi noua conſtitutio reſpicit ꝓ
teritas conſtitutiones quo ad futuros tractatus & actus
& capitulorū.Sic & hic reſpicit futuras executiones q̄ nō

dum erant inchoatæ,conſtõnis.Optimè ẽt facit qđ no.in cle.1.de teſta.in gl.ſuper uerbo deputatis.ubi no.quod illa noua conſtitñ,quæ de executione teſtamenti tracta reſpicit executores olim deputatos ſuper futuris geſtionibus.& de ui.& hone.cleric.c.2.in gl.de teſtib.& in cle.1. de ſta.monacho.in gl.non dicit.Item facit quia noua conſtitutio exiui in uerſicu.allegato uidetur ẽt potius declaratoria q̃ noui iuris promulgatoria.Videtur mihi ſtandũ primis iuribus. Reſtat reſpondere ad contraria. Primo quod non obſtant iura in c.factum,poſita in fine,quia illi ſunt caſus ſpeciales & ſic reſpõdetur ad c.dudum.in fi. magnæ gl. ¶Item non obſtat.l.ſi alienum.§. in extraneis quia imputandum eſt hæredi ſi non eſt capax tẽpore aditionis. ¶Item illa inhabilitas redundat in præiudiciũ tertii,& fraudaretur uoluntas teſtatoris. ¶Item inhabilitas fratrum minorum non prouenit ea defectu uitii uel non. ſed quia non decet tales uiros huiuſmodi executionibus immiſceri.Sed hæc decentia nõ eſt obſeruãda in p̃iudiciũ tam piæ uoluntatis illius.qui ſecutus communem obſeruantiam Guardianum ſuum executorem inſtituit.

¶Item non obſt.quod dicitur de re integra,quia illa iura loquuntur in odioſis puta in reſcriptis iudicialibus uel beneficialibus.Item licet res ſit integra quo ad fratres non eſt integra quo ad teſtantem,qui de nouo executore ſibi grato prouidere non poteſt. Non obſt.glo.quæ incipit quod poſteris quia illud non reſpicit præiudicium tertii ſed fauorem diuini cultus. Non ob.de teſta.c.uno in uerbo deputatis.Nam quod illa conſtitutio reſpiciat futuras geſtiones eſt in fauorem executorum & teſtamentorum. Sic hæc eadem rõne fauore executoris ne ſit caſſa uoluntas teſtatoris reſpiciat futura.Simile eſt quod no.de exce. dilecta. Non.oe.quod dicitur q conſtõ noua eſt declaratoria &c.nam ad illud tenetur ut in ſimuli not.de poſtu. præla.c.uno in uerbo decreto.li.6.

¶Ex prædictis uidetur poſſe inferri,q principalis rõ, quæ mouet tenentem hanc opinionẽ eſt,nè fraudaretur intentio teſtatoris.Sed cõtra hoc poſſet opponi ſic.Pone quòd Guardianus nollet ſuſcipere hoc officiũ, uel ſuſcepit & poſtea prohibitus eſt p ſuum ſuperiorẽ. & ſic deuoluetur executio ad epiſcopum quem ille habebat ſuſpectũ.quia nõ poteſt facere quòd leges non habeant locum in teſtõ ſuo ut de teſta.c.requiſiſti.Ergo ſola fraudatio uoluntatis nõ debet eſſe cauſa huius tranſgreſſionis illius cõſtitutionis clemen.5.

¶Hic reſpondeo q in exemplis poſitis ſupra fuit imputãdũ teſtatori ſi ſibi non prouiderit.quia illi caſus ſunt quotidiani & frequenter accidentes & omnibus ẽt laicis.Non debebat ergo cogitare hoc poſſe euenire,& in illo caſu debebat inuenire remedium. Sed quod noua conſtõ ſtatuerit uel facere fratres minores inhabiles ad tam pium opus exequẽdum,hoc uериſimiliter non debuit cogitare. & ſic ſibi ſubueniendum eſt.Ad hoc de iureiur.ueniẽs.ff. ex quib.cau.maio.l.ſed ſi.§.ſi forte.Sed nullus poteſt negare hanc partem benigniorem.

¶Item poſſet forſitan attentari quod ſicut clerico cõſtituto in ſacris,eſt interdictum officium tabellionis.& tamen ſi inſtrumenta conficiat ualent ut no.Ioan.And.poſt Hoſt. ne cleri.uel mona. fient.Sic in caſu noſtro licet Guardianus poſt conſtitutionem Clemen.qui ſe talibus immiſcet ſit reprehendendus. Si,tamẽ nec ſuperior prohibeat, nec epũs nec collega ſe opponat ut executor. quia vt ſupra dixi tale interdictum eſt pp ſtatum ſuæ perſonæ & perfectionis regulę non propter vitium,uel defectum, ſicut dicimus de epõ qui propter dignitatem ſuam non debet p ſe quem verberare etiam intuitu correctionis nec curam pupillorum gerere.29.diſ.epiſcopus gubernationem.86. diſti.non liceat.& in alijs exemplis poſitis de regu.iu.poteſt quis lib.6.In multis iuris articulis ſunt aliquæ perſonæ prohibitę ab aliquo actu ſi tamen illum actum exercuerint ſe nemine oppon.valet quod ſit, vt eſt in milite, nè ſit procurator in excommunicato nè agat.ff.de procu. l.filius.& de excep.pia.lib. 6.

¶Reſponſio domi.Fede.ad dominum Vicarium domini epiſcopi Senen.

SVMMAE.

1 *Verbum iudicare in hac regula quòd filiusfamilias cum aſſenſu patris poteſt aliquid pro anima iudicare,qualiter intelligatur.*

QVAESTIO CCXCIIII.

1 HAbuiſtis vſque modo bonum intellectum †. quod filiusfamil. cum aſſenſu patris poteſt aliquid pro anima iudicare.quia hoc dicit litera illius capi.licet de ſepult.a contrario ſenſu.Sed qũo intelligatur iſtud uerbum iudicare glo.non aperuit.Nam exponit idem in ultima uoluntate relinquere.Legiſtæ intelligunt ideſt cauſa mortis donare.p l.tam is qui. ff. de dona.cau. mor. Nam filiusfami. non poteſt teſtari nec legare ẽt de aſſenſu patris.Sed mortis cã donare cuius donationis formam uidere in Specu.de inſtr.edic.§.porro.in prin.quaſi ad fin.tit.& multiplicem differentiam inter legata & donationes cã mortis uide inſti.de do.in prin.in gl.Vnde legiſtæ dicunt quod arg. a contrario ſenſu non habet locũ ut poſsit iudicare.i.legare.Sed poteſt iudicare ideſt donare cauſa mortis.Tamen ſi uolumus inherere textui illius. c.tam is non poterit ſolum pro anima ſed etiam amicis cã mortis donare. Ego alias ſcripſi q ego credebã q ſimplicitas canonica de hac ſubtilitate non curaret cum relictum,quod ſit pro anima ſit ad pias cauſas in quo relicto ut ſcitis ſunt multa ſpecialia.& text.Sexti libri non conſueuerũt eſſe obſcuri.& Benedictus eſt uſus ibi uerbo Generali indicare.Nam ſi Benedictus intellexiſſet de donatione cauſa mortis quare dixit pro anima. Quare non dicitur ſimpliciter iudicare,cum ſecundum.l.iam is poſſit donare cauſa mortis,unde nõ ſine cauſa dixit p anima.

SVMMAE.

1 *Capitulum eccleſiæ cathedralis , an ſine epiſcopo poſſit celebrari contractum precarium*

2 *Contractus qui fiunt ad uitam ad longum tempus fieri dicuntur, & an quaſi perpetuò.*

3 *Tempus ultra decennium dicitur magnum.*

4 *Capitulũ eccleſiæ, quare dicatur nõ habere ſucceſſorem.*

QVAESTIO CCXCV.

1 AD ſecũdũ dubiũ q eſt.† An capitulũ eccleſiæ cathedralis poſſit ſine epõ celebrare cõtractũ precariũ de quo loquitur.c.2.& 3.in fi. de præc.x. q. 2. hoc ius ad fin.uer.hæc uſus præſtatio. Sic reſpondeo q illud põt facere capitulum. menſam diuiſam habens ſicut poſſet unus Rector uel unus plebanus. Quæro ergo an rector, uel prælatus inferior hoc facere poſſit ſine epiſcopo.& ſi fecit an epiſcopus uel idem plebanus , uel eius ſucceſſor poſſit reuocare uidetur q hoc facere non poſſit cum talis contractus qui ſit ad uitam ſit ad lõgum tempus. Et quaſi dicatur perpetua alienatio. 10.q. 2. c. hoc ius uer.perpetua quoque in gloſſ.& de rebus eccl.nõ alie.nulli in uerbo conditione. Sed ad lõgum tempus, & de loca.cap.2.in fin.& clemen.1.de rebus eccle.non alie.
2 in fin. Nam † magnum tempus dicitur ultra decennium, & ſufficit ut poſſit durare ultra decennium.ut not. de reſcri.c.ultimo libr.6.Optimè facit 12. q.2. alienationes in glo. ult. Hanc.eſt quod Ioan. And. in c.1. de his quæ fi.à

præ-

præ.ſic dicit ꝙ ſi ep̄s aliquid dedit precario ſine cōſenſu
canonicorum, uidetur ꝙ ualebit quia poteſt qn̄ uult re-
uocare, de preca.c.ſi. Credo contrarium quia poſſet eſſe
occaſio do.Io. And in contrarium facit quod conceſsio
ad vitā non dēt dici perpetua conceſsio uel alienatio,
quia ſi ita eſſet deberet in eo reſeruari omnis ſolennitas,
ꝙ tn̄ non eſt uerum, ut de his quæ ſiunt à præla.c.2. & no
ta.16.q.2.poſſeſsiones. Hinc eſt ꝙ hodie decimæ nō poſ-
ſunt perpetuo laico concedi. ut de deci.ad hoc: & tamen
pn̄t in uitam alicui laico concedi, ut s.ot.eod.tit.quāuis.
Item non pōt negari quin in uita cōcedentis locari, uel
concedi poſsit, ut de deci.ex multiplici in glo.pen. & de
præben.niſi & de tranſac.de cętero, & c. ueniens in glo.
ſic.ff. Item Io.And.in c. ueniens, de teſti.ſuper uer. promi
ſiſſet, ſic ait ante præſentationem, uel electionē, ſicut po-
tius non fuiſſet ſymonia tn̄ non ualeret niſi ad uitā remit
tentis, de dona.c.2.de tranſact. de cætero. Io.And.facit.
16.q.1.c.1.in gl.4.c.1.in gl.1. ibi ad hæredes deſcēdant,
& quod no. ſupra in q.129. quæ incipit quidā prælatus.
Itē facit ꝙ no.Io.And.poſt Hoſt. & Io. Mo. de reb.eccle.
non alie.c.1.ſuper gl.no. quòd in tēporalibus ibi tacitè,
ſic dicēs & ſic excludit tractatū. Vnde dicebat hoc Hoſt.
& Io.Mo.quòd ſi pietas cā aliqua poſſeſsio eccleſiæ cō-
cederetur alicui ad uitā, uel aliud tēpus non eſt locus ſo
lennitati, ut 16.q.1.poſſeſsiones.2.q.5.c.illud Io. And. In
hoc dubio dicerē quòd capitulum, uel pręlatus nō poſsit
uenire contra, ob hoc ſolum quod ep̄s non cōſenſit, ſed
alio modo ſic. Puta quod fuit deceptus ultra dimidiam,
uel dolo metu contractus, uel ꝑ reſtit. in inte. Nā iſti ca-
ſus conceduntur ēt ſi ep̄s conſenſiſſet ſed ſucceſſor Ple-
bani non tenetur ſtare cōtractui ne præla.uic.ſu. c.ult. &
4 not.17.q.2.alienationes in gl.ult. Sed capitulū † non hēt
propriè ſucceſſorem, quia ſemper idem Capitulū eſt, ut
not.7.q.1.denique in gl. 2. Non obſt.25. q.9. quiſquis de
rebus eccl.non alie. ſi quis presbyterorum ibi fuit perpe
tua alienatio. & in c.3.de arbi.poterit eſſe perpetuū præ-
iudicium, & quia pro debito perſonali non debuerunt
res eccleſiæ adiudicari. Super c. requiſiſti, de teſtamen.

SVMMAE.

1 *Legato de centum, eccleſia cathedrali facto, quàm partem*
& quo iure debeat epiſcopus de illo legato petere.
2 *Nomen eccleſia multa ſignificare poteſt.*
3 *Epiſcopo legata an debeant diuidi cum ſua eccleſia uel*
capitulo & ſi ſic quo iure.

QVAESTIO CCXCVI.

1 Quidam in ſuo teſtamēto † legauit eccleſię cathe-
drali centum. Quæritur quam partem habeat ep̄s
de illo legato, & ſi quam partem habet, qualiter
& quo iura illam partem habeat, præſuppoſito
quòd menſa epiſcopi & adminiſtratio ſit totaliter diui-
ſa à menſa capituli, & iſte qui legauit non ſit parochia-
nus eccleſiæ cathedralis. Et quid ſi eſt parochianus, &
2 quid iuris ſi eſt alterius diœceſis. † Eſt nunc ſciendum,
quòd illud nomen eccleſia habet multas ſignificationes,
inter aliàs ſignificat, uel accipitur pro capitulo eccleſiæ
cathedralis, de uerb.ſign.cleric. Interdum accipitur pro
epiſcopo, ut de uerb.ſign.nouimus, & de hæreti. excōica
mus.2. Interdum comprehendit prælatum capitulum &
illos, qui non faciunt unum corpus cum canonicis, ut de
priui.per exceptionem lib.6.& ibi no.in iſto.c. requiſiſti
in toto c.accipitur pro capitulo eccleſiæ maioris. Vnde
in principio decre.dicitur qualiter ſint inter ep̄m & ec-
cleſiam diuidenda hic non pōt eccleſię includere ep̄m,
imò ut quid diuerſum ponitur ab epiſcopo. Vnde ibi Gof
fredus exponit eccleſiam.i.collegium clericorum, alle-
gat eod. titu. relatum.s. Inn. exponit eccleſiam.i.cathe-
dralem, quaſi eccleſiam cathedralem intelligat capitu-
lum. Et uī ꝙ in toto cap.illo, eccleſia accipiatur, ut quid
diuerſum ab epiſcopo, aliàs eſſet intricatio, & repetitio
unius & eiuſdem. Contra id de elect.in Geneſi. & eſt ſi-
mile quod dicit Ioan. An.de notario & inſtro de fide in-
ſtru.cum Io. poſt Inn.ubi tractat an per duos teſtes repro
betur inſtr̄m eius in uno caſu in c.requiſiſti circa princi-
pium uer. quemadmodum uideatur epiſcopus compre-
hendi ſub uocabulo eccleſię niſi teſtator relinquat eccle
ſiæ, ita quòd ep̄s nil habeat, tunc ex mente teſtatoris epi-
ſcopus non includitur. Et ſi dicatur ſi epiſcopus compre
hendatur quare ergo habet partem in illo legato. Reſpō
deo non habet partem ut legatarius, ut ſic petat actione
ex teſtō, ſed habet canonicam, quam petit cōditione ex
canone hoc eſt quod dr̄ ibi, non pōt generalem conſtitu
tionem canonis immutare. Ad propoſitum ergo uenien-
do ſi dicā ꝙ noīe eccleſię intelligat ep̄s, & capitulū ac ſi
expreſſe dixiſſet, relinquo hoc ep̄o & capitulo, tunc epi-
ſcopus habebit dimidiā, & capitulū aliā dimidiam.ff.de
uſufr.accreſ.l.ſi quis Titio. Et facit quod no.Inn. & Hoſt.
de exceſ.præla.in c.1.de ap.a collatione lib.6. in nouel-
la. Vnde tantā partem habeat epiſcopus in conferendo,
quantā totū capitulū, & iſto caſu habebit ep̄s canonicam
portionē de dimidia capituli, ac ſi à principio dixiſſet re
linquo capitulo, nā ex quo capitulū hēt menſam diſtin-
ctā ab ep̄o cenſetur quaſi una eccleſiaſtica perſona. Hinc
eſt ꝙ pro pertinentibus ad menſam ſuam agit ſine ep̄o &
uacante ſede currit ſibi præſcriptio, ut ſolet recitari de
reſcrip.edoceri de reſtit.in inte.c.1.in ſi.& ꝓcurabit ep̄m
uiſitantē de cenſi.c.1.lib.6.& interponet auctoritatē alie
nationibus quas facit capitulum, ut no. de reb.eccl. non
alie.c.1.in gl.econtra lib.6.in nouella. Vnde ſicut ep̄s hēt
dimidiam cōicandam cum ſuo capitulo, qn̄ relinquitur
ſibi & capitulo, de dimidia capituli hēt canonicam, quā
non cōicat capitulo ſuo, ut legitur in c. requiſiſti, & no.
Hoſt.& recitat Io.An.in nouella. Sic qn̄ relinquitur ca-
pitulo, uel capitulo & ep̄o de parte capituli habebit ca-
nonicā portione, non ut legatarius ſed conditione ex ca
none. Si uerò dicimus ꝙ noīe eccleſiæ intelligatur capi-
tulum, tunc ep̄s habebit canonicā tm̄ conditione ex ca-
none, & ſi pręſcriptum eſt contra eum nil habet de præ-
ſcrip.de quarta. Quid dicemus, Reſpondeo attendendā
eſſe mentem legantis, ſi non appareat, attendendum eſt
quid uulgaris locutio intelligat, quid habet cōis intelli
gentia, quid conſuetudo fuerit in his caſibus interpreta-
ta, & illud ſequendum eſt de uerb.ſign. intelligētia cum
duobus.c.ſe.de conſue. cum dilectus deſponſa. ex literis
cū ſi. His oībus ceſſantibus uī ꝙ ep̄s hēat dimidiā ut le-
gatarius, & canonicam in dimidia capituli, ut dixi s̄. Sed
nunquid capitulū habebit partē aliquā de illa dimidia
epiſcopi. Ita uī ut in hoc capitulo in pluribus locis. Ergo
ſi capitulū canonicā hēt de dimidia epiſcopi; & epiſco-
pus habet canonicam in dimidia capituli, ergo una ſola
fiat diuiſio de relicto facto eccleſiæ cathedrali, ut epiſco
pus hēat dimidiā, & aliā dimidiam hēat capitulum, ergo
fruſtra s̄ dictum eſt, ſ.ꝙ epiſcopus habet dimidiam capi-
tuli & conditione ex ea nonne habeat canonicam. Ad
tollendum hoc, quæro quo iure de relicto facta epiſco-
po habeat capitulum partem cum menſa ſit diſtincta, qa
de ſignificatione uocabuli, nomine epiſcopi non uenit
capitulum immò ſunt diuerſa. Vnde dicit rubrica de his
quæ ſi.a præla. ſine con.c.& alibi dicitur epiſcopus fa-
ciat hoc de cōi ſenſu capituli, ad hoc facit quod no. de
æta.& quali.c.2. in glo.cathedralis in fin. in clem. Item
minor non recipit canonicam de relicto facto maiori,
quia canonica petitur a maiori de relicto facto ſubditis,
ut in hoc cap. requiſiſti, in fin. Ad hoc reſpondet Hoſt.
quod iſtud c.debet intelligi in ſi.quod omnia bona aliàs
ſunt communia inter epiſcopum & capitulum, ut de reli-

cto facto a parochiano eccleſiæ cathedrali. Nã dicit ipſe ꝙ delegato facto epõ ab extraneo capitulum non habet. Vnde Ioan. And. in princ. huius c. poſt eum ſic dicit ſuper uer. teſtator parochianus. ſ. eccleſię cathedralis quo ad canonicam Epiſcopi Io. And. & Hoſt. quaſi dicat Hoſt. capitulum habet partem in legato epõ, non ut legatarius ſed recipit hoc ut alia eccleſia parochialis recipit canonicã de relicto facto per ſuum parochianum. Sed examinemus iſta exempla poſita per Hoſt. † Nam dicit ꝙ põt hoc
3 intelligi qñ omnia bona ſunt cõia. Certè nõ uĩ hoc procedere. nam ſi omnia ſunt cõia, quid ad nos quo relinquatur. & cui, & ad quid fieret diuiſio. ſi omnia remanerent cõia. Si uolumus ſuſtinere exemplum Hoſt. ſic poſſumus reſpondere obiectioni, uidelicet ꝙ poſito ꝙ omnia ſint cõia. nihilominus fiet diuiſio ad uſum. Exemplum in Abbatia Sancti Petri ubi conuentus non habet menſam diſtinctam, & tamen quo ad uſum aliqua pro ſuſtentatione conuentus & ueſtiarijs monachorum. Item ubi bona capituli non ſunt diſtincta per præbendas, tñ quo ad uſum, & pro ueſtimentis plus deberet percipere de communi ſacerdos acolitus, ut ſolet dici poſt Inn. de conſt. cum omnes. & de maio. & obed. ſtatuimus. Item ſm Hoſt. ut dixi ſupra poteſt intelligi hoc capitulum de relicto ꝑ parochianum eccleſiæ cathedrali. Examinemus hoc dictum, capitulum eccleſiæ cathedralis habet parochiam. Parochianus iſtius parochiæ eligit ſepulturam apud fratres, & reliquit epiſcopo, quo iure capitulum tanquã eccleſiæ parochialis debet habere canonicam. de relicto facto epiſcopo. Nam ſecundum ueram opinionem eccleſia parochialis debet habere canonicam de relicto. illi eccleſię. ubi quis ſepultus eſt. Sed Hoſt. forte dixit hoc habens reſpectum ad opinionem ſuam quam notat de ſepultũ. ca. j. quæ opinio non eſt communis nec ſeruatur. Concludendo ergo ſecundum hanc lecturam Hoſt. dicẽdum eſt ꝙ ſi menſa eſt diuerſa, & relictum fiet non ut a parochiano ipſi epiſcopo, ꝙ capitulum nil debet habere de relicto facto epiſcopo. Vnde ſi conſanguineus relinquat epiſcopo. tunc erit proprium ipſius epiſcopi. ita ꝙ de illo poterit teſtari ſicut de re propria. Si uero relinquat extraneus tunc erit illud epiſcopi tantum. i. menſæ epiſcopi, & non erit communicandum cũ capitulo. quia Capitulum appellatione epiſcopi non comprehẽditur. nec ut Capitulum petat, quia minor non leuat canonicã a ſuo maiori. Si uellemus tenere quod appellatione epiſcopi comprehendatur eccleſia. i. capitulum. tunc de legato facto epiſcopo, capitulum uel legatarius habebit dimidiam. Sed inſtemus relinquatur epiſcopo centum. Capitulum ſecundum hãc opinionem habebit quinquaginta ut legatarius. Sed certè epiſcopus uellet de iſto legato canonicum puta 12. cum dimidia. Nam epiſcopus debet habere de omni relicto canonicam, ut in hoc c. requiſiſti in fine. Certè iſtud non poteſt negari, ꝙ quandocunque fiat relictum ſiue epiſcopo, ſiue eccleſię, ſiue capitulo. Ex quo præſupponis capitulum capere hoc uoluntate defuncti ex ſignificatione uocaboli epiſcopus debet habere canonicam. Sed capitulum de relictis factis epiſcopo nũquam poſsit petere canonicam. Si ergo de relicto facto epiſcopo capitulum aliquid conſequatur, ut legatarius de iſto legato epiſcopus habebit quartam.

¶Federicus de Senis Peruſij.

S V M M Æ.

1 *Executor literæ gratioſæ an mortis concedentis deſiſtat à proceſſu capto, uel ſi perſeuerabit.*

2 *Monachatus an dicatur beneficium.*

3 *Mandatum ſuper beneficio uacaturo quare ſit odioſum non ſuper uacante.*

QVAESTIO CCXCVII.

Legatus conceſsit alicui literas ut reciperetur in monachum cuiuſdam Monaſterij dato executore ad compellẽdum, qui executor fecit proceſſus ſed antequam reciperetur mortuus eſt legatus, nunquid executor poterit procedere non obſtante c. præſenti. de offi. lega. lib. 6.

¶Dominus Petrus de Tuderto.

1 ¶†Credo ꝙ dictæ literæ, & proceſſus facti per dictũ executorem. uirtute dictarum literarum expirauerunt per mortem legati. Et eſt ratio quia per tales literas, & proceſſus non põt dici fuiſſe proceſſum ad collationẽ uacantis beneficij ſicut uĩ requiri per dictam decre. nam talia faciliter expirant. facit de conceſ. præb. c. ſi. lib. 6. Iſta circa præſens dubium credo, ſemper uera deciſione ſalua.

¶Federicus de Senis.

¶In caſu nřo non põt uacare beneficiũ, quia in Monaſterio non eſt numerus monachorum. ut de præb. dilecto. Item conſideratis an in monachatu recipiendo ſit ambitio.

¶Predictus do. Petrus.

¶Ego bene cogitaui ſi poterã uidere differentiã inter hmői conceſsione literarũ, & de reſeruatione. De qua in dicto decre. uĩ quam uidere non potui nec poſſum. Nã ut mihi uĩ licet decretalis illa exprimat, ꝙ dẽt eſſe proceſſum ad collationem beneficij uacantis idem credo quod debet eſſe proceſſum ad collationem beneficij de nouo creati. Nã illud uĩ dicta decr. principaliter & neceſſariò ponderare. uidelicet ꝙ ſit ad collationem proceſſum. Sed ideo illud de uacante exprimit. q. ut. plurimum ſuper talibus beneficijs conſueuerunt tales reſeruationes & mandata fieri. Nam ubi non eſt proceſſum ad collationẽ, quia non contulit, ſed mandat conferri. non poteſt dici per talem grãm ius quæſitũ in re, ſed ad rẽ. quod qdẽ ius expirare uĩ. Nec credo monachũ aliquid noui iuris in iſto caſu inducere, quia licet in monacho poſſet dici, ꝙ ceſſat ambitio. tñ dictũ monachatum dictarum literarum, quæ iam expirauerunt non poteſt petere tanquam ſibi debitum.

¶Dominus Hermanutius ad idem.

¶Credo ꝙ executor poſt mortem legati non poſsit ꝑ pall. c. pręſenti ibi quoruncunq; beneficiorum &c. Quod hoc ſit uerum oſtenditur ſic. Ratio illius decre. præſenti, fuit ut præiudicaretur ordinariæ poteſtati. ut ibi no. in glo. hoc patet circa fin. quæ ratio eſt communis in monachatibus. & in alijs quibuſcunq; beneficijs, ſicut ergo eſt in eis eadem ratio, ſic in eis eadem iuris diſpoſitio.

2 ¶†Præterea monachatus dĩ beneficiũ large ſm Arch. de ele. quia ſæpe li. 6. & per Inn. de ſimo. dilect. 2. ſi eſt beneficiũ nedũ mens prout dictũ eſt ſupra. Sed & uerbũ decr. uĩ in monachatibus locũ hẽre. ex quo non eſt proceſſum ad collationẽ ante mortẽ legati, nec eſt curãdũ de uerbo reſeruationis, ſed ordinariæ intendit. & de hoc indicat uerbũ declaramus ibi poſitũ. Dñs meus Io. And. in c. præſenti. in gl. hoc põt eſſe in ſi. dicit poſtquam grã non erit facta ſed facienda ẽt re nõ integra expirat expirãte legatione, & in hoc mandatũ legati differt a mandato Papę. Itẽ in eo quod dicit ꝙ per tales reſeruationes præiudicatur ordinariæ ptãti, ſed per mandatũ Superioris de quo quæritur facta inhibitionẽ per executorem datũ ad compellendum præiudicatur ordinario. ut de conceſſ. præb. ſi ſoli lib. 6. Quod legatus poſsit interponere decretũ. & ꝑ conſequẽs executor datus ab eo probatur de pręben. ſi apoſtolicæ. An uero liget ignorantes. no. in nouella poſt Inn. & Compo. & Archid. Item ſi expirent literæ legatorum qñ reſeruauit, quæ ſunt fortiores. & per eas ligatur manus ordinarij, & multofortius debent expirare literę minoris efficaciæ. ad hoc ẽt facit quod no. Io. And. in nouella in prædicto c. poſt Archi. & Io. Mo. in fiu. ubi dicitur quod ex quo per tales literas ius non eſt creatum, ſed

creandum

creandũ ſublato principali,ſ.legato & officiũ executoris ab eo dependens expirare debet. Sed cõtrafacit qđ not. Io.And.in eo.c.in glo.ubi decre.ꝙ ſi ordinarius dedit executoré ad conſerendũ beneficiũ uacãs. q executor literis receptis ante factã collationẽ primo ſciẽter cõtulit ſecũdo ipſe ordinarius dicit primum potiorẽ ſm Steph. ac in propoſito ubi in eccleſia uel monaſterio nõ eſt certus numerus canonicorũ uel monachorũ ibi nõ põt beneficium uacare, ſed eſt in poteſtate Capituli & per cõſequens legati,creare de nouo & ſic uidẽtur paria beneficiũ uacans & beneficiũ poſſe creari de nouo.Hinc eſt ꝙ promiſſio de bñficio uacaturo eſt illicita & tñ promiſſio de beneficio uacãte nõ eſt illicita.licet.n.afficiat.no.Io.And. de conc.
3 pb.c.1.ĩ nouella. ¶ †Ex his igitur arguiĩ ꝙ fauorabilius eſt mandatũ legati factũ ſub beneficio uacãte ibi.uel ad quod creari poteſt,quã ſuper beneficio uacaturo.Sed contra de præbẽdis.ſi cui.quæ decre.loquitur quãdo Papa mãdat beneficiũ uacãs cõſerre alicui.& tamẽ talis gratia expirat re integra . & res non dr̃ eſſe integra in legato per ſolos proceſſus & ibi no.per c.præſenti.itẽ decreta.præſenti põderat collationẽ beneficij.Si uolumus tenere ſecundã partẽ.dicas ꝙ quãdo Papa uel legatus mãdat beneficiũ cõferri uacãs uel quod creari poteſt de nouo, ut in caſu noſtro re nõ integra eſſe per proceſſus cõſuetos , ſiue in mãdato Papæ ſiue legati.& illud quod in gloſſ. dicitur in c.ſi cui ꝙ talis proceſſus nõ facit dici rẽ nõ integrã in legato, habet locũ quãdo legatus facit reſeruationem de beneficio uacaturo.hoc eſt quod dicit ibi Ioan. And. in nouella dũ dicit ꝙ reſeruationes legatorũ ſunt odioſæ.Itẽ nota.cap. præſenti. dum dicit ſi non eſt deuentum ad collationem. quia intelligitur quando à principio facta fuit reſeruatio de uacaturo ita ꝙ initium talium litterarũ fuit odioſum. ſed certè mirabile uidetur hoc,nam ſi legatus reſeruauit, & poſtea durante legatione uacauit beneficium , & petitum fuit per impetrantem ab executore ut conferret ſed anteq̃ fieret collatio expirauit legatio expirat mãdatum legati . Quare non debet exprimere ſi mandauit conferri beneficium uacans & ante collationem expirauit legatio certè ratio diuerſitatis non uidetur efficax poſſe reddi.

Dicamus igitur ꝙ literæ groſſæ non de ſimplici iuſticia legatorum,quorum iuriſdõ non eſt naturalis, & fauorabilis ut aliorum ordinariorum.ut no.cle.ij.de off.ord. expirent expirante legatione,ex quo non fuit proceſſum ad collationem.uel receptionem,licet proceſſus fuerit factus ut in c.præſenti .

Allegatiões domini Iacobi de Appi.

S V M M AE.

1 *Inhabilis ad teſtandum , conſequenter inhabilis eſt , ad codicillandum .*
2 *Inhabilitas teſtandi quibus perimatur caſibus .*
3 *Vltima uoluntas filij , an uoluntate & conſenſu patris ſit exequenda uel iudicanda .*

QVAESTIO CCXCVIII.

QVoniam uarietas non in ſermonibus ſed in radice rõnis conſiſtit ut ff.de legi. l . ſcire. C. de præci. impe. offe.l.fin. de uerb . ſignifi . intelligentia cum materia ſua . Iccirco cum paucis legibus agamus accedat ff . ad legem Aqui . l. ita uulneratus in fi.factum ex quo ius oritur. l. ſeruus. C. de condi. & demon . ſub compendio inferendũ duxi,qđ eſt,tale.¶Comitius olim Ioannis exiſtẽs in ptãte ſui patris relinquit de conſenſu & uoluntate dicti Ioannis patris ſui certas pecunias ſeu quãtitates pecuniæ diſtribuendas pro anima dicti Comitij . Nunc quæro an talia relicta mereantur executioni mandari poſt mortẽ dicti Comitij. Et breuiter allegaſ . & aſſertiue deſcribitur,quod talia relicta executioni mandari non merẽtur . Certum eſt
1 quod †inhabilis ad teſtandũ,eſt per conſequẽs ad codicillãdũ.ut l.2.§. furioſus ff.de iur.codicil.& l.cõficiuntur.§.codicilli,cũ ſimilib.Sed certũ eſt quod filiusfami.in ptãte exiſtens non poteſt teſtari. ergò nec p codicillos relinquere. ut inſti.quibus non eſt per.c. fa.te.in prin.& C qui teſta.face.poſ.l.nemo.& eo.ti.l. ſenium cum ſua materia.
2 ¶†Nũc eſt uidendũ an dicta inhabilitas perimatur.quia relinquitur pio loco uel piæ cãæ.& eſt certũ qđ nõ , ut C.de ſacroſ.eccl.l.j.& no.ibi. Nũc eſt uidendũ nunquid cõſenſus & uolũtas patris perimat dictã inhabilitatẽ,& eſt,certũ quod nõ ut ff.de teſta.l. qui in ptãte l princi. & l. tam is de mor.ca.do.cũ materia ſua.Nũc reſtat ad quædam,quæ poſſunt in contrariũ elici reſpõdere.Et primo nõ obſtat quod dr̃ de donatione,quæ prohibita eſt inter uirũ & uxorem.& tamẽ ſi maritus donat uxori.ut det Deo ualet, & tenet donatio.ut l.ſi ſponſus.§.cõceſſa.ff.de dona. inter uir. & uxo. nã non eſt illa rõ. quia Deo detur. ſed ratio illa eſt.quia ad inefficaciã donationis inter uirũ & uxorẽ.duo requirũtur integraliter ſ.quod donãs efficiatur pauperior, & donatarius locupletior.quorũ ſi alterũ deficiet donatio nõ impeditur,ut in præalle. §. conceſſa. & §.ſi quis rogatus. & per Arch.in ſumma de dona.inter ui.& uxo.§.prohibemus. hic eſt,qđ ſi uir emerat unguẽta. & per eius mortẽ donet uxori.donatio impeditur.ut l.ꝙ autem. §. j. ff. de do. inter ui. & uxo.cum materia ratione præmiſſa.

¶Item non obſtant iura,quæ dicunt ꝙ in talibus relictis ceſſat falcidia auc.ſed cũ teſtator.C. de falci. & in aut.de eccle.ti .§.ſi aũt hæres , nec canoniæ portio deducitur. ut de teſta.c.ſi. tum quia non tangunt caſum noſtrum. tum qa in non exceptis regula firmatur . Cum ergo nil dicat de filio fami . quod talia poſſint relinquere igitur in caſibus nõ exceptuatis regula firma manet ut ff.de ſuu . inſtru.l. quæſitũ. §.idem & in aut.de non alienan.§. ut autem columna ſecũda cum materia .

¶Præterea uideo , ꝙ in teſtõ militis ceſſat falcidia & tamẽ remouetur inhabilitas teſtandi per militia . ut C . qui teſtamen.face.poſ.l.nemo.& ad legem Falci.l.in teſtamẽto .

Item non ob. quod dr̃ ꝙ in talibus remittatur numerus teſtiũ.quia ſufficiunt duo uel tres teſtes. ut de teſta. cum oẽs & c.relatã cum ſimi. qa multi ſunt caſus , in quibus remittitur numerus teſtium,non tamen perſonæ inhabilitas ut l. diuus C.de mi.teſt. & e.ti.milites.& tamen perſonæ inhabilitas non remittitur extra caſus ſpãliter conceſſos. ut C. qui teſta. face. poſ. l. licet cum ſimilib. ¶Priuilegiatiuè & ſingulariter inducta uelut exorbitantia iure non ſunt extra ſuos caſus & terminos ,progãda , ut de regu.iur.quę a iure communi & c.ꝙ ob gratiam lib. 6.& ff.de legi.ꝙ uero cum materia.

¶ tem nõ obſtat.de ſepul.licet.§.q̃uis li. 6. qđ c.fuit mihi allegatũ pro caſu in.tali qõne.Sed reuera nec ꝑ rex . nec ꝑ argumento ualidè poteſt adduci.qđ ſic oſtendo.Certũ eſt, ꝙ iuriũ eſt uitanda correctio ut in aut.qui. modis natu. efficiun.ſui.§.tribus.de elec.cum expediat li.6.

¶Ita ubi ar. a ꝯtrario ſenſu eſt tale , ex quo reſultat iuriũ contrarietas , tale argumentum non procedit. ut l. conuenticulam. C. de epiſc. & cle. & l. nemo. C. de iuriſ.om. indi.

¶Item uerba abnegatiua non conſerunt ut l. Titio §. ſi ſemper propter uitanda. & l. cum tale. §. fallam. ff. de condi. & demon.

¶Ex his concludo ꝙ in dicto.c.uerbum iudicare prout refertur ad donationem cã mortis reſultat conſonum iuri cõi. & ꝓcedit argumentum a contrario ſenſu qđ eſt ualidum. ut ff.de do.cau.mor.l. tam is.& l.j.§.huius rei.ff. de of.eius cui man.eſt iuriſd.& l.in poſſeſſione.§. qđ dr̃. ff. ex q.cau. in poſ.ea.& tũc non tangit caſum noſtrum , prout uerò refertur uerbum iudicare ad relictũ per modũ ultimæ uoluntatis.

tatis,& tūc uacat ibi argumentū à cōtrario ſenſu tāquā iuri
contrariū,ut præalleg.iuribus & ſubauditur tūc uerbū ma-
8 ximè, quaſi ſinc ſine uoluntate patris poteſt filius iudicare
per modū ultimæ uoluntatis Sed electio ſepulturæ de uolū
tate patris procedit,nec eſt mirū ſi ius canonicū determine
tur per ius ciuile ut accedat de teſta.ſi hæredes,quod.c. de-
terminatur per §.ſi quis in aut.de hære.& fal.unde ſumitur
aut.hoc amplius cum materia.C.de his quæ pe.no.

¶3 Patet igitur à principio accedēte patris cōſenſu relicta per
filiū nō fore executioni mādanda,& longè minus in noſtro
themate cū dicatur exactis,nō a principio ſed ex poſt facto,
patris acceſsiſſe conſenſum,ut accedat.C.de bo.quæ libe.l.
ſi.in prin.& qđ di de re.iu.nō firmatur lib.6.ff.eo.tit qđ ab
initio cū ſua materia. Hinc eſt ꝙ pactū nedū licet ab initio
appoſitū iuxta uelitiū cōſeruetur ſiniū, tñ ex interuallo &
poſt factū ſecus,ſicut cōditionalis inſtitutio de filio ex poſt
facto exhæredato nō ſuſtinetur de iure,ſed ſimul ſubſiſtne-
tur,& de iure procedit,ut.C.de inſti.& ſubſti.ſub cōditio.ſi
pater,& ibi not. Meo iudicio ſolum eſt inſiſtendum cir-
ca intellectum iſtius capi.licet de ſepulturis,libr.6. In quo
quidem c.ſm allegationes præcedentes nō hēt locum ar-
gumentū à cōtrario ſenſu,uel ſi hēt locū intelligatur iudi-
care pro donatione cauſa mortis, ut ſic corrigatur qđ no.
in l.tā is ubi, no. ꝙ nec codicillari nec legare pōt filiusfa.
Sed uī mihi ꝙ bene latius ſenſerit in fauore aiarū, ut uerbū
iudicare accipiatur pro relicto in ultima uolūtate ſi enim
ſenſiſſet,ut de deci.ad audientiā. Itē cum exceptio firmetur
per regulā,ut in d §.ſi aūt,de nō alic. & no.ſatis per Dy. de
re.iu.ſuper rub.ad fi.li.6.& in d.c.licet accipiēdo à ɔtrario
intellectu, qui ibi ſumitur in uerbo ſine patris aſſenſu: ut
patet de his quæ ſi. à pla. cum apoſtolica in fine. Dicat qđ
filiusfa.pro aīa iudicare pōt de caſtrenſi peculio. & in illo
uerbū iudicare accipiatur in quocūque iudicio legato uel
cā mortis donatione. Sequitur ut uera ſit exceptio,quòd.ſ.
intellexerit ꝙ ponitur pro relicto, & forte hoc uoluit. Ar-
chi.& no.Io.An.qui exponūt iudicare.i. in ultima uolun-
tate relinquere, ut ſic uerbū iudicare ſimpliciter, & indefi
nitè poſitum generaliter intelligatur & pro hoc faciunt
iura,quæ fauent talibus iudiciis.ſ.allegata.¶Itē in aſsignā
do drias inter legata & donationes cā mortis, fortior uī
donatio,q̄ legatū,nam ſm quoſdam in donatione requiri-
tur traditio. Item donatio pt fieri ſubſtituto,ergo,ſi filiusf.
poteſt ꝙ plus eſt ergo & ꝙ minus, & quia in effectu modi-
ca differentia eſt,ut.C.de do.cau. mor.l.ſi. in ſi. ideo Hoſt.
in ſumma eo.tit. §. 1. in ſi.cū aſſignaſſet drias inter iſta duo
quæ aſſignant legiſtæ. Dixit ego non curo inter hæc ma-
gnam driam aſſignare. Et credo quod canoniſta qui uitio-
ſas ſubtilitates aſpernatur, ut de iudi.dilectus, & de do.&
contu.c.1.cū ſuis glo.hanc partem tanq̄ benigniorem, &
Deo magis acceptam ſequi debeat & hoc idē magis placet
mihi præcipue,ſi in fine inſtrumēti illius iudicii dicitur ut
ualeat iure cuiuſcunque ultimæ uoluntatis cum donatio
cā mortis ſub ultima uoluntate comprehendatur, ut pro-
batur in l.tam his, & probatur.C.de condi.inſti. l.ultima
in ſi.præcipue ſi in dicto inſtrumento fit mentio de mor-
te, per id qđ habetur.ff.eo.l.1.& 2. & præcipuè ſi ille filius
non hēt deſcendentes uel collaterales. Nam ſi ſolum patrē
qui alias ſibi ab inteſtato debeat ſuccedere cōſentiendo
ſibi potuit præiudicare,de dona.paſtoralis,tñ licet ſic uidea
tur non auderem conſulere cum eo.quod dñs Ioan.And.in
nouella ſuper.vi.in ca.de teſt.in prin.ſuper uerbo patet di-
cit ſic factum.Nam ſi in alterius poteſtate fuiſſet,etiam non
teſtari potuiſſet.ff.eod.tit.l.qui in poteſtate,inſti.quibus nō
eſt per.fa.te.in princ. etiam patre permittente, ut ubilibet
eo permittēte donare poſſet cā mortis,ut.j.ti. 1.c. pe. non
ponā caſum nouū ſed qđ loquit in caſu illius.l. ff.de dona.
cau.mor.l.tā is,ſic poſsit donare cā mortis,ut.j.tit. 1.c. pe.
hētis ergo uidere an uerba illi'.l.donationē.cā mortis indu
cāt,q̄ ſub uocabulo ultima uolūtate cōprehendi pt ut ſ dixi.

S V M M AE.

1 *Stāte ſtatuto quod pro rebus & creditis ſoluatur gabel-
la, an creditores teneātur denūciare ſingula nomina ſuo
rum creditorum.*

2 *Producēs inſtrumēta debitorum an dicatur dare nomina
debitorum.*

QVAESTIO CCXCIX.

DOminus Peruſij uolēs, ꝙ pro reb. & creditis; quę
qs hēt.ſolueret collecta s ordinauit, ꝙ qliber bo-
na ſua,& credita & debita, & noīa debitorū aſsiga
ret officialib.cōis Peruſij ad hoc deputatis. ſ. ad li-
1 bratū, & cataſtrū faciendū† mō Brutus Federici hñs duos
debitores ſibi inſol.obligatos tpe debiti aſsignauit ſe de-
bere recipere ab uno de dictis debitorib.quātitatē ſibi pro
miſſam, & dictus talis debitor in ſuo cataſtro & libra idē
poſuit, ſcilicet ſe eſſe debitorē d. Bruti in cētū.dicto Bru.
fuit facta aſsignatio pro dicto debito qđ recipere debebat,
hoc facto dictus Brutus creditor petiit debitū ab alio cor
reo cōtra quē nō aſsignauit, & d. debitor nihil ēt dixit in
aſsignatione ſua de dicto debito, excipit dictus debitor ꝙ
in dicta aſsignatione nō eſt nominatus,& ꝙ nō dixit in ſua
aſsignatione facta in cataſtro,ſe debitorē dicti Bruti,& di-
ctus Brutus creditor in ſua aſsignatione non dixit ſe credi-
torem dicti obligati.

¶Quod nō ualet quia nō fuit aſsignata. Replicatur quod poſt
quā unus de debitoribus fuit aſsignatus,& in aſsignatione
fuit dictū qđ ipſe Brutus eſt creditor Brugati,qui erat unus
de dictis duobus debitoribus inſolidū obligatis, ꝙ ſufficit
quia cōſiderato effectu uoluit ſtatutū ſeu ordinamētū pro
tali debito creditor haberet librā, & ſolueret collectam &
hoc factū eſt. Itē quia interruptio facta contra unū de debi
toribus ualet contra omnes. Iura nō allego uobis quia uo-
2 bis nō ſunt.Itē† ſi dono uobis inſtrm uideor donare nomina
debitorū.Itē quia allegatur dolus nō aſsignātis.qui proba
tus nō eſt per teſtes,quia teſtimoniū omniū fuit per uerba
negatiua per inſtrumēta nō eſt facta probatio quo iure ful-
ciatur ſcripta,per tres tabelliones,neſcio legē uel glo. quæ
hoc dicit.Modo quæritur quid iuris in dicto puncto,& quæ
ſunt partes iudicis in executione dicti inſtrumenti.

¶In Chriſti nomine amen.

¶ Habito ſuper præmiſsis ſtudio diligēti.Videtur mihi ꝙ cre-
ditor non debeat incurrere pœnam ſtatuti ſi aſsignauit de-
bitum, & nominauit unū ex debitoribus inſolidū obliga-
tis. Primo quia mens ſtatuti ſeruata eſt, qđ uoluit proui-
dere Reipublicę cōtra occultātes facultates ſuas,nā in caſu
noſtro non intereſt Reipublicæ, an creditor habeat plu-
res debitores ſuper eodē debito, necnè, cū illud debitū ei-
dem creditori ſit cataſtratum. Scdō manet ratio, leg. ulti.
C.de duo.reis,& de cōſti.trāslato, cū ſuis gl. Tertiò qa qui
unū dicit & exprimit oia exprimit, & dicit quæ conclu-
duntur in illo uel dependent ad illud.ff. qđ met. cau. l. 1. &
de offi.delega.c.cū ſuper. Itē ſi ius creditoris eſſet amiſsum
quo ad debitorē non aſsignatū fieret ꝑiudicium creditori
ēt in eo in quo non peccauit ſcilicet quo ad debitorem aſſi
gnatū,nā liberato uno ex debitoribus fit ꝑiudiciū credito
ri intotū uel in ptes quo ad alios debitores,ſed creditor nō
poſſet credere iure ſoluenti ɔtra debitorē, iuxta id quod
no.de duo.reis.l.1.Melius eſt ergo quod pp ius conſerua-
tum creditori, qui unum ex debitoribus correis inſolidum
aſsignauit,conſeruetur ſibi ius quo ad alios correos, quam
propter ius commiſſum ex perſona debitoris non aſſigna-
ti pereat ius creditoris quo ad perſonam debitoris, quem
aſsignauit ar.ad hoc.ff. de libe. & poſthu.leg.ſi ita,& opti-
mè facit de præben.c.antepe.lib.6.Qn enim diuerſa ad di-
uerſa diuerſis reſpectibus emergunt id eligendum eſt,quod
minus in ſe captionis habet. ff. de regu. iur. quatenus, de
offic.

offic.delega.c.3.lib. 6. Dico ergo rationibus ſupradictis quod iſte ſatisfecit ſtatuto & menti eius. Preterea ſtatutum mandans nomina debitorũ exprimi in numero plurali loquens, retulit ſe ad pluralitatem debitorũ ut ſicut ſint diuerſa debita, ſic diuerſi & plures debitores, ad litteram facit de priuileg. ut priuilegia ad fin. Et ita credo & conſulo ego.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Inhibitio canonicè facta non poteſt extendi ad futura.*
2 *Debitor qui iurauit non contrauenire inſtrumento, non debet audiri contrauenicns, niſi prius abſoluatur à iuramento.*

QVAESTIO CCC.

FActum tale eſt. Debitor promiſit ſoluere centum creditori ad ſuam petitionem & terminum, qui confeſſus fuit ſemper habuiſſe mutuo à dicto creditore, & recepiſſe, & iurauit ad ſancta Dei euangelia prędicta uera eſſe, & perpetuo tenere, attendere, & obſeruare, inde confecto publico inſtrumento poſt tẽpora creditor petiit executionem dictę chartę in curia ſeculari contra debitorem prædictum, & ab ipſo debitore petiit dicta centum quo debitore contumacæ exiſtente dictus creditor impetrauit à iudice ſeculari licentiam pignorandi & grauandi debitorem prædictum.

¶Poſtquam dictus debitor creditore non citato à diœceſano epo, uel eius uicario impetrauit literas inhibitorias ad iudices ſeculares quatenus procedant ad executionẽ dicti debiti petendo ſe abſolui à iuramento prædicto ex eo, ꝙ dicit promiſsionem & inſtrumẽtum prædictũ eſſe & fuiſſe uſurarium, & ſatisfactum eſſe eidẽ creditori de uera ſorte, per dictum uero creditorem opponitur cõtra dictum debitorem, & eius petitionem & literas, quod ipſe debitor ſuper prædictis audiendus non eſt, & dictæ literæ ſunt reuocandæ, obſtante dicto iuramento & petita per eum non procedunt niſi primo & ante omnia facta ſolutione & ſatisfactione de dictis centum creditori, prędicto, quæritur quid iuris.

¶In Chriſti nomine Amen. Dico ſalua ſemper ueritate, cui
1 me ſubiicio, quod † inhibitio quæcunque canonicè facta, nunquã aſpicit præterita ſed futura, ut de app. non ſolũ. ʒ. reſponſn. li. 6. de no. ope. nuncia. c. 1. circa princ. Vnde ſi ante inhibitionẽ debitor erant pignoratus uel captus per talem inhibitionem non reuocatur captura, ſed tunc demum reuocatur cum per ſniam fuerit pronunciatum inſtrumentum fore uſurarium & extenuatum per ſolutionem ſortis. Item dico qđ iudex ſecularis dẽt ceſſare facta ſibi inhibitione, dum tamen fiat canonicè, ſed dicitur eſſe canonica, cum lis pendeat coram iudice eccleſiaſtico, ſed non dicitur pendere niſi citatione ſecuta ut cle. 2. ut lite pen. & ſic dẽt intelligi, de ordi. cog. tuam. Nam & iudex appellationis non poteſt inhibere niſi partibus citatis, de ap. Romana. §. ſi uero lib. 6. hoc quod dicitur inhibitione uidetur ex audiendum cum iudex procedat ad partis inſtantiam, ſecus ſi ex officio, quia tunc poteſt inhibere, & mandare & ualet inhibitio & mandatum abſque citatione, ſeu cauſę cognitione pront no. per Inn. & Hoſti. & ꝑ Io. An. in nouella, de temp. ordi. ad aures, de reſtit. in integrum. c. 2. de no. oper. nuncia. c. cum ex iniuncto ſuper 4. gl de teſta. c. Raynaldus ſuper gl. hoc bene, ad hoc bene facit quod no. ipſe Io. An. poſt Hoſt. in nouella de ſymo. licet hely. ſuper uer. ſui officii, de priuile. cum & Plantare ſuper uer. & ptatem ſuam. Vnde uidetur quod ſi iudex eccleſiaſticus et ſine citatione ex officio ſuo fortè ad denunciationem ſibi ſuper hoc factam uel aliàs in tali caſu, uel ſimili inhibeat iudici ſeculari ne procedat i tali cã, & parti nè aliquid faciat nouitatis, & pœnã adiiciat ualebit inhibitio, & pœnæ appoſitio, & ſi ꝯtrafiat legabit ea faciẽs ꝯtrariũ ad hoc de iurei. c. 1. & c. debitores, & c. ad noſtrã. 2. & c. tua. de uſuris, & quod ibi no. per Inno. & Hoſti. & Io. An. ¶His nõ obſtant in ꝯtrariũ allegata, quia loquuntur qñ ad ſubſtãtiã partis præceditur, & in cauſis priuatis non publicis. & ibi animarum periculũ uertitur, propter quod impeditur ꝓceſſus iudicis ſecularis, & nouitas partialis & ſi non propter pendentiam litis, tamen propter inhibitionem ex officio factã, ut qui ſi. ſint le. c. 1. de don. inter uir. & uxo. prudentiam & quod ibi no. per Inn. & Hoſti. & per Io. And. Et quod poſſit iudex plura ex officio, ꝙ̃ ad inſtantiam partis bene facit quod no. Io. An. de teſt. Ioannes in ſi. ulti. qõnis in nouella. I.a. Abbas. Itẽ di-
2 co ꝙ † debitor qui iurauit ſeruare inſtrumentum, & non ꝯtrauenire nõ dẽt audiri uolens uenire, ꝯtra, niſi primo fuerit abſolutus a iuramẽto nã ſi expreſſe iuraſſet ſoluere uſuras tenet ſeruare iuramentũ donec fuerit abſolutus à iuramento. Item dico ꝙ pendente q̃ne appellationis, an ſit abſoluendus à iuramẽto, nõ dẽt fieri inhibitio iudici ſeculari nè ꝓcedat in cã mota corã eo. nã ut dictum eſt iuramẽtũ debet ſeruari donec debitor fuerit abſolutus. Qũo enim poteſt fieri inhibitio iudici ſeculari, uè procedat ad exequendũ inſtrumentũ, cum ſuper inſtrumento nõ pendeat lis in ꝯpatu, ſed an debeat fieri abſolutio pẽdente lite. Itẽ dico ꝙ ad hoc ut obtineaſ abſolutio à iuramẽto neceſſe eſt, ꝙ fiat fides ꝙ inſtrumentũ ſit uſurariũ, ſaltim ſemiplenè, eo abſoluto admittetur ꝯtra inſtrumẽtũ, & iterato habebit plenè probare, ꝙ inſtrumentum ſit uſurariũ, & probationes primo factę ſuper incidẽti nõ faciunt ſidem ſuper cã uſuraria. Optime facit ad hoc de teſti. uenient. 2. de reſti. ſpolia. ſolitẽ, & qđ no. de ordi. cog. c. 2. in gl. hic patet. Itẽ dico ꝙ abſolutio a iuramento dẽt peti ante terminum ſolutionis faciendæ, & ſic intelligitur c. 1. de iureiu. ut no. Io, An. c. ti. debitores ſuper gl. pe. in ſi. Si enim eſt lapſus terminus ſolutionis faciendæ, & ſic in periuriũ incidit debitor, non debet audiri, quia fruſtra legis auxilium &c. de uſuris quia fruſtra, & facit de iureiur. §. ulti. ita & mihi uidetur Fede. de Senis.

S V M M AE.

1 *Affinitas ſiue cognatio uel parentela, qualiter ex carnali copula licita uel illicita contrahatur.*

QVAESTIO CCCI.

MAgiſter noueritis quod olim prohibitio copulæ coniugalis extendebatur uſque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis, & affinitatis, quia nullam de conſanguinitate mea uſque ad ſeptimũ gradũ poteram accipere in uxorẽ. Item ſi cognoui aliquã mulierẽ coitu fornicario uxorio, non poterã habere aliqua de conſanguinitate illius cognitæ in uxorẽ, quia omnes conſanguinei illius cognitæ ſunt meæ affines, & ita uulgaliter dicũtur. Sed quia nimis erat difficile cõputare gradus uſque ad ſeptimũ propter breuitatẽ uitæ hominũ. Ideo Inno. in Cõcilio generali reſtrixit gradus cõſanguinitatis, & affinitatis uſque ad quartũ gradũ incluſiuè, reputãs quaternariũ numerũ congruentẽ, quia uſque ad illũ gradũ hoies cõiter uiuere poſſunt, & certificari de illo & per ſimilitudinem quatuor humorũ, & quatuor elementorũ, de quibus homo cõponitur ſed ut ſuperius dixi affinitas uel cognatio, contrahaſ per copulã licitã uel illicitam non curo, & de iſta copula iura loquuntur iſto modo ſi cognoui illam, ſi carnalis copula interuenit ſi commixtio carnalis interuenit, ſi ſunt una caro ꝑ cõnubiũ, ſi iacuit cũ illa, ſi dormiuit cũ illa, ſi
1 corrupit eandẽ. Modo quærunt doct. † quando ex copula exurgit iſta affinitas ſiue cognatio uel parentela. Et dicũt Inn. 4. Hug. & Lauren. quod licet uir agitauerit ſeu immiſerit membrũ in membrum mulieris, ſi tamen ſemen non emiſit, licet mulier palpata & agitate ſemen emiſerit,

non

